c 69

£4.4.—

U5

Rare —

BOSTON
MEDICAL LIBRARY
8 THE FENWAY

(71)

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Open Knowledge Commons and Harvard Medical School

http://www.archive.org/details/bibliothecachiru01vigi



S. H. de Vigiliis M. D. invenit — *J. E. Mansfeld sc.*

BIBLIOTHECA CHIRURGICA

IN QUA

RES OMNES AD CHIRURGIAM PERTINENTES

ORDINE ALPHABETICO,

IPSI VERO

SCRIPTORES,

QUOTQUOT AD ANNUM USQUE MDCCLXXIX.

INNOTUERUNT,

AD SINGULAS MATERIAS

ORDINE CHRONOLOGICO

EXHIBENTUR,

ADJECTO AD LIBRI CALCEM AUCTORUM INDICE.

STUDIO ET OPERA

STEPHANI HIERONYMI DE VIGILIIS,

VON

CREUTZENFELD,

PHIL. ET MED. DOCTORIS, FACULT. MED. VINDOBON. MEMBRI.

Volumen I.

VINDOBONÆ,

TYPIS ET SUMTIBUS JOANNIS THOMÆ NOBILIS DE TRATTNERN,

SACR. CÆS. REG. AULÆ TYPOGR. ET BIBLIOP.

MDCCLXXXI.

BIBLIOTHECA CHIRURGICA

IN QUA

RES OMNES AD CHIRURGIAM PERTINENTES

ORDINE ALPHABETICO,

IPSI VERO

SCRIPTORES,

QUOTQUOT AD ANNUM USQUE MDCCLXXIX.

INNOTUERUNT,

AD SINGULAS MATERIAS

ORDINE CHRONOLOGICO

EXHIBENTUR,

ADJECTO AD LIBRI CALCEM AUCTORUM INDICE.

STUDIO ET OPERA

STEPHANI HIERONYMI DE VIGILIIS,

VON

CREUTZENFELD,

PHIL. ET MED. DOCTORIS, FACULT. MED. VINDOBON. MEMBRI.

Volumen I.

VINDOBONÆ,

TYPIS ET SUMTIBUS JOANNIS THOMÆ NOBILIS DE TRATTNERN,

SACR. CÆS. REG. AULÆ TYPOGR. ET BIBLIOP.

MDCCLXXXI.

Ж 23 Ah 4
8.2027 Б31

ILLUSTRISSIMO, MAGNIFICO,

AC

CELEBERRIMO

DOMINO, DOMINO

ANTONIO

LIB. BARONI DE

STÖRCK,

DOMINO IN JETELSEE,

AUGUSTISSIMO IMPERATORI

A

CONSILIIS AULICIS,

ARCHIATRORUM COMITI, STUDII MEDICI, ATQUE
INCLYTÆ FACULTATIS MEDICÆ VINDOBONENSIS

PRÆSIDI, AC DIRECTORI PERPETUO,

PER UNIVERSAS AUSTRIÆ PROVINCIAS

PROTOMEDICO,

NOSOCOMII PAZMANNIANI

PHYSICO,

SOCIETAT. EDINBURG., BOTAN. FLORENT., MED. PARISIN.,
ACAD. SCIENT. NEAPOLIT., SIEN., ACAD. PRINC. HASS., INSTITUT.
BONON., ACAD. NAT. CUR., DEGLI AGIATI DI ROVEREDO

MEMBRO, &c. &c.

ILLUSTRISSIME, MAGNIFICE
AC
CELEBERRIME
DOMINE!

Consilio tuo ſapientiſſimo, ſumme ſalutarium Artium Moderator, Baro Illuſtriſſime, Bibliothecam chirurgicam nova ratione adornandam ſuſcepi eo quidem animo, ut ſi finem a TE *præfixum pro ea ac decebat, & ac vehementer optabam ratione adſequi ſatis nequirem; ſaltem promptæ meæ voluntatis conſcientia memet conſolarer. Atque ita animo obfirmato laborem ſuſceptum continuavi, ut tamen, diffiſus viribus meis, dolerem, nihil forte me in medium prolaturum eſſe, quod* TUO *dignum fuerit aut conſilio aut conſpectu. Cum vero poſtea intelligerem lucubrationem meam neque fruſtraneam nec inu-*

tilem a TE *Viro ſummo fuiſſe judicatam, cumque præterea mecum reputarem, eandem utique pertinere ad utilitatem ejus Artis, quæ protectionem* TUAM *jure quodam ſuo expetit: ideo nihil tantopere exoptabam, quam, ut Bibliothecam hancce Nomini* TUO *inſcribi* TUIS*que fortunari auſpiciis liceret. Et pro incredibili* TUA *benignitate id etiam exoravi; tanto quidem facilius, quanto majori cura & fervore* TU *ſatagis res chirurgicas promovere, aut quanto majori ſcientia, prudentia, atque fide univerſam Artem ſalutarem complecteris: uti res a* TE *ſive ſcriptæ ſive geſtæ abunde teſtantur. Quippe edita a* TE *opera, monumenta illa*

glo-

gloriæ TUÆ *ſempiterna: ſalus tot ægrorum fere jam deploratorum opitulante* TE *reſtituta, tuis præſertim remediis, quibus ſollicite & propriæ vitæ cum diſcrimine adinventis Artem Hippocraticam ditaſti: inoculatio variolarum, quæ* TUIS *auſpiciis, ductu, atque tutela anno milleſimo ſeptingenteſimo ſexageſimo octavo, XIII. calendarum Aprilis in Noſocomio D. Marci a viro chirurgo* TIBI *probato* Rechbergero *ſuſcepta fuit, tantaque felicitate quotannis Vindobonæ inſtituitur, ut & parentes innumeri ob redditam ſibi caram ſobolem, & ipſa hæc Urbs ob tot ſervatos cives, quos ſecus contagium varioloſum deleviſſet, gratias* TIBI *meritas*

ritas

ritas habeant: TUA *tam neceſſaria ac tam cum immortalis* Swietenii *legibus, ſancte a* TE *cuſtoditis, concordantia Inſtituta; ſive quæ omnes illos, qui genuinis Matheſeos ac Phyſices præſertim experimentalis principiis non rite fuerint imbuti, a Medicinæ limine procul eſſe jubent; ſive quæ candidato etſi ſeveræ in rebus ad theoriam pertinentibus explorationi ſatisfactum ab eo fuerit, tamen ſpem laureæ adimunt omnem, niſi is altero in tentamine mere practico ea in promptu habeat, quæ ad lectos ægrorum condiſcere ipſi erat neceſſe: cathedræ novæ a* TE *erectæ; ut eſſet, unde tum oculorum morbi, tum hiſtoria naturalis, tum obſtetri-*

cia

cia & chirurgica Ars a Medicinæ quoque candidatis perdiſcantur; ut haberent ipſi etiam chirurgi, unde & rerum phiſiologicarum notitiam, & methodum morbos internos cognoſcendi curandique hauriant, qui ſic inſtructi, & ſimul utiliſſimo TUO *opere* (a) *adjuti poſſunt ægrotantibus, cum præſto non fuerit medicus, ruri præſertim & in caſtris opitulari: Noſocomium practicum in gratiam tironum medicorum opportuniorem in locum a* TE *translatum; ubi ob ingentem ægrotantium confluxum hinc & morborum varietatem optima ſeſe offert proficiendi egregie in ſtudio medico clinico occaſio:*

phar-

(a) Mediciniſch-practiſcher Unterricht &c.

pharmacopœa Auſtriaco-provincialis (b) *ab inutilibus obſoletisque libera, & novis neceſſariis medicamentis locupletata; cujus ad normam cuncti Ditionum Auſtriacarum pharmacopœi jubentur remedia, quibus officinas ſuas inſtruant, parare. Quid igitur hæc ſunt, niſi totidem teſtimonia, ex quibus abunde patet, quanta cura atque fervore, quanta ſcientia, prudentia, fide univerſam, quæ afflictæ hominum valetudini proſpicit & cujus* TU *gubernacula tenes, Artem complectaris? Verum neque hic adhuc finis eſt: nam longe plurima poſſem*

(b) *Prodiit* VIENNÆ 1776. 8. 1780. 8. *quæ quarta eſt editio aucta & emendata.*

ſem TUÆ *non doctrinæ & fervoris ſolum, ſed & pietatis & ceterarum virtutum argumenta adducere, niſi verendum mihi eſſet, ne vel patientia, vel certe modeſtia* TUA *abutar, quæ tanta eſt in* TE, *ut longe magis optes, quæ recta ſunt & laudabilia gerere, quam eorum, quæ præclare a* TE *geſta ſunt, ullam commemorationem audire. Quare modum egomet mihi imponam, nihilque de* TE *prædicabo. Sit itaque liber hic,* TUO *ſacratus Nomini, æternum meæ piæ voluntatis pignus. Ultimo pietas me monet, ut quidquid Baro Illuſtriſſime vel voto concipere potes optem* TIBI *evenire. Deus O. M.* TE *quam*

diutiſſime ſoſpitem ſervet in bonorum omnium ſolatium, & noſtræ ſalutaris Artis incrementum. Ita ex animo precari nunquam deſinet

ILLUSTRISSIMI, MAGNIFICI
AC
CELEBERRIMI
DOMINI

clientum devotiſſimus
STEPHANUS HIERONYMUS DE VIGILIIS
V. CREUTZENFELD.

PRÆFATIO.

I Chirurgia quemadmodum præcipuam Medicinæ partem conſtituit, & utilitate ſua ſummopere ſe commendat, ita nunquam caruit Viris medicis, qui eam ſeu exercerent, ſeu docerent, ſeu ſcriptis illuſtrarent, ſeu auctoritate protegerent. Vindobonæ quoque poſt reſtauratam a GERARDO Lib. Bar. van SWIETEN Facultatem medicam Chirurgiæ ſtudium lætius cœpit vireſcere. Namque SWIETENIUS *inſtitutionum chirurgicarum prælectioni deſtinavit* JOSEPHUM JAUSIUM, *Vindobonenſem* (a), *qui* CAROLI *VI. Auguſti juſſu ac ſumtibus*, *Lutetiæ Pariſiorum ſub illuſtris* WINSLOWII *celebriorumque ejus temporis chirurgorum diſciplina*, *quidquid ad Anatomen & Chirurgiam pertinet*, *quam diligentiſſime didicerat. Atque ut auditoribus poſſet*, *quæ ipſe ſciverat*, *pandere*, *omni cum inſtrumentorum machinarumque apparatu inſtruxerat*, *quæ encheireſibus opportuna eſſe veteres recentesque chirurgicarum rerum Auctores judicaverant. Obſtetriciæ Arti Profeſſorem publicum deputavit* HENRICUM CRANTZIUM (b), *Luxemburgenſem* (c), *qui Pariſios* AUGUSTÆ *ſumtibus ab Eo miſſus tam accurate perve-*

(a) Huic vita functo ſucceſſit FERDINANDUS de LEBER. Vide *pag.* 1029. (b) Vide *pag.* 1201. (c) Et VALENTINUM de LEBMACHER, Medicinæ Doctorem, poſtquam CRANTZIUS ad Phiſiologiam & Materiam medicam tradendam fuit promotus.

ſtigaverat, quæcunque illic exiſtimantur profutura obſtetricantibus, ut auditoribus poſſet de illis docte experienterque diſſerere, ſuppeditata illi ſupellectile omni ad Artem demonſtrandam, encheireſesque faciendas neceſſaria (d). Auditoribus porro iis ita rite inſtructis patuit Noſocomium D. MARCI, in quo opportuna erat ad ipſos parturientium lectos ſub dexterrimo RECHBERGERO (e) artem exercendi occaſio. Sed & morbis dentium medendis apud nos ut totos ſeſe darent nonnulli, inter quos BRUNNERUS (f) tractatu ſuo inclaruit, opera SWIETENII effectum eſt.

Inſignem SWIETENII, ut in cæteris Medicinæ partibus, ita etiam in chirurgicis rebus promovendis ardorem quantopere ſibi Illuſtriſſimus noſter Præſes Barò de STÖRCK imitandum ſumſerit, & quæ jam ad Chirurgiæ incrementum contulerit, hæc documento eſſe poſſunt: *Facultas noſtra* (inquit Illuſt. de STÖRCK (g)) *ut ab Eo* (SWIETENIO) *exſtructa a fundamentis eſt, ita Ejus inſtitutis, quibus hodie regitur, ſiquidem inviolate perſtiterint, potis eſt in quamcunque ſeram ætatem honorificentiſſime florere. Nam ſi temporum conditio videatur fortaſſe requirere, ut quid illis addatur, quemadmodum ad Ejus mentem ipſi fecimus, conſtitutis tum peculiari tractatione de oculorum morbis cognoſcendis manuque curandis* (h): *tum chirurgicis, obſtetriciæque Artis prælectionibus extra ordinem in eorum commodum, qui ordinario prælectionum publicarum curriculo intereſſe nequeunt* (i): *tum*

(d) Ita Illuſtriſſimus Lib. Bar. de STÖRCK in *Inſtitutis Facultatis medicæ Vindobonenſis* in præfat. pag. XVII. Vide *pag.* 959. (e) Vide *pag.* 1241. (f) Vide *pag.* 661. (g) In *inſtitut. Facult. med. Vindob.* præfat. pag. XX. (h) Prælegente medico viro perſpicaci, & ad ſubtiliſſimas ejuſmodi operationes nato, nunc etiam Anatomiæ Profeſſore JOSEPHO BARTH (i) Deputato ad hoc munus obeundum RAPHAELE JOHANNE STEIDELE. Vide *pag.* 1229.

tum informatione internorum morborum in pagis frequentiorum chirurgis tradenda (k). Atque ſic Artis chirurgicæ ſtudium cura Illuſtriſſimorum Medicorum Vindobonæ promotum colitur egregie, ejusque culturæ fructus per Auſtriacas, qua late patent, Provincias magna Incolarum cum utilitate diſtribuitur.

Ut autem magis ſtudium hocce vigeret, voluit Illuſtriſſimus Störckius nova inſuper ratione eidem providere. Etenim cum ego anno 1777. menſe Novembri ad ſummos Artis medicæ honores adſpirans, celeberrimum Praxeos medicæ Profeſſorem Maximilianum Stoll acceſſiſſem, ut ipſe mihi adſignaret materiam pro diſſertatione inaugurali: Ille juſſu Illuſtriſſimi Præſidis provinciam mihi dedit conſcribendæ Bibliothecæ, in qua tum Chirurgiæ Scriptores, tum res ab eorum quolibet pertractatæ, & ſi quæ præterea eſſent notatu digna, ita ordinarentur, ut horum quæque absque magna temporis jactura commode poſſent a Chirurgiæ Cultoribus inveniri.

Voluntati ab Illuſtriſſimo Viro profectæ nefas certe fuiſſet refragari. Quare lubens onus, etſi cæterum grave, in me ſuſcepi; maxime eo fine, ut Juvenes chirurgicis dediti ſtudiis uno quaſi intuitu perſpiciant, quinam & quam multi de qualibet re chirurgica egerint; ex adjectis vero celeberrimorum Virorum judiciis noſcant, quinam legendi ſint Auctores, qui vero tanquam inutiles aut noxii rejiciendi; ne ſecus operam perdat horum lectione parum adhuc firma Juventus, aut, mala forte imbibendo Artis principia, plane ſeducatur cum maximo ſalutis humanæ detrimento: ut fontes ope hujus Bibliothecæ facilius detegantur, ex quibus haurire clanculum aliqui ſolent, qui neſcio quo ſcribendi aut potius deſcribendi pruritu laborant, non ut

(k) Per Jacobum Reilein, Vide *pag.* 1821.; & Josephum Joh. Bapt. Langmayer. Vide *pag.* 665.

ut Artem ſuam novis & utilibus inventis adaugeant, aut aliorum præclara inventa repetitis experimentis ac obſervationibus illuſtrent firmentque, ſed potius ut vel pecuniam lucrentur, vel nominis exiſtimationem ſibi concilient, vel aliorum famam arrodant: ut illis, qui Artis limites ulterius proferre ſerio cupiunt, vel leviter inſpicientibus materia ſeſe offerat, de qua nondum plene, nondum exacte alii egerint, quamque ideo oporteat rite pertractandam ſuſcipi præ reliquis, de quibus jam ſatis & ad nauſeam ſcriptum eſt; ne crambe forte centies jam recocta Chirurgorum menſæ apponatur; quæ continua eſt Cenſorum querela.

In opere autem hoc conſcribendo hac uſus ſum methodo: morbos aliasque res chirurgicas ſuis cum ſynonymis in ordinem alphabeticum diſpoſui, eamque diſpoſitionem *Elenchum materiarum chirurgicarum* vocavi: ad quamlibet vero materiam Auctores tum veteres tum recentiores, quotquot ad annum uſque MDCCLXXIX. colligere poteram, ordine chronologico recenſui: Sic v. g. *Abſceſſus* eſt materia in *Elencho* reliquarum omnium prima; & in hac HIPPOCRATES primum locum occupat: HIPPOCRATEM ſequitur GALENUS, GALENUM ORIBASIUS, & ſic aliorum quilibet alteri præcedit, prout prior alicujus materiei chirurgicæ ſcriptor exſtiterit.

Materias has in *Elencho* paſſim generatim tantum exhibui, uti ſunt *Fracturæ*, *Herniæ*, *Luxationes*, *Tumores* &c. difficile enim fuit, omnia ad ſpecierum denominationes revocare; cujus difficultatis ratio poſtea clarius patebit: dedi tamen operam, ut ſpecificis haberentur inſignita nominibus, ſicubi aliqua ſpeciatim magis a Scriptoribus pertractata invenirem, uti *cancer*, *vulnera capitis* &c.

Ante-

Antequam vero hanc rerum in *Elencho* diſpoſitionem incepiſſem, obſtaculis quibusdam obnitendum erat: ſunt enim Auctores quam plurimi, qui non de una ſingillatim materia, ſed vel de Chirurgia univerſa, vel de pluribus ſimul chirurgici argumenti rebus ſcripſerunt: ſunt etiam, qui ſingillatim quidem aliqua pertractarunt, ea tamen non ediderunt ſpeciatim; uti ſunt multa, de quibus in Actis variarum Societatum relatum eſt. Hinc neceſſario debui rerum quaſi ſylvam, quam *Chirurgiam univerſam ſive penum chirurgicam* dixi, conflare, eamque *Elencho materiarum* præmittere, ut ibidem tum horum Auctorum opera, & quæ ad hæc pertinent editiones, verſiones, judicia de his operibus ab aliis prolata &c., tum Acta illarum Societatum commodius locarentur: ne eadem omnia in *Elencho* inutiliter & cum tædio neceſſe eſſet ſæpius repetere; ſed ſufficeret in eodem *Elencho* indicare ſolummodo paginas, in quibus hæc eadem poſſent nullo negotio reperiri. De cætero ordinem & in hac *Penu chirurgica* chronologicum ſecutus ſum, obſervata, ut in *Elencho*, Auctorum ætate, quæ a primo, quod quisque edidit, opere, deſumitur; opus autem primum, niſi id ipſum jam fuerit, quod ob oculos inſpicienti verſatur, citationes oſtendent.

At enim cur tamen ſunt in *Elencho* non pauca, quæ ad *Penum chirurgicam* potius, quo proprie pertinent, referri oportuiſſet? En rationem: acciderat perſæpe, ut impreſſio hujusce operis interrumperetur, dum alia interveniſſent, quæ citius imprimi debuerant. Quam ob cauſam opus iſthoc, cum ſecus ſpatio quinque menſium abſolvi facile potuiſſet, nonniſi poſt annos duos integros prelo ſe extricavit. Præſagiebam ego, non dubiis ex indiciis, ita futurum; ideoque, ubi primam vix imprimi cœpti operis remoram in ſex hebdomadas protractam ob-

ſervavi, illico animum adjeci ad colligendos plures Auctores, ut ſic ditior evaderet atque amplior hæc Bibliotheca. Verum quum fervidius nonnihil in iisdem undique conquirendis occupor, interim *Penus chirurgica* prelo elabitur: hinc factum, ut, quemadmodum poſtea in Scriptores alios atque alios quotidie incidi, ſic eorum opera, quæ ſecus in *Penum chirurgicam* referenda fuiſſent, coactus fuerim in *Elenchum* ad primam, quam prelo vicinam materiam præ manibus adhuc habebam, locare.

Crevit ipſo duorum annorum ſpatio hæc non jam diſſertationi inaugurali (ejus enim loco *theſes medico-practicas de inoculatione variolarum* anno 1779. 22. Martii defendendas ſubſtituere debui) apta Bibliotheca adeo, ut nunc mole prope laboret ſua. Quapropter moleſtam eam Lectoribus eſſe multi mihi, ni fallor, objicient: quid, quod & ſupervacaneam, ob tantam Bibliothecarum multitudinem alii affirmabunt? Subeſſe aliquid moleſtiæ equidem non abnuo; id ſolum ajo: longe majori moleſtia afficietur, qui alibi quærere debuerit ea, quæ in voluminoſo hoc opere collecta habentur: ſupervacaneam verum non eſſe, ipſe illius uſus optime comprobaverit.

Abundat quidem noſtrum hoc ævum Bibliothecis etiam præſtantiſſimis. Verum enim vero eos omnes conſului, qui magna cura & induſtria hoc in genere verſati ſunt; uti GESNER, LINDEN, HORNE, WALTHER, CONRING, MANGET, KESTNER, PORTAL, HALLER, RICHTER, TODE, & alii: nec tamen obſtare Iidem videbantur, quominus & huic Bibliothecæ, diſſimili utique tam quoad ſcopum, quam quoad methodum ratione conſtruendæ, locus ad exiſtendum daretur. In horum enim celeberrimorum Virorum Bibliothecis Auctores paſſim vel juxta ordinem chronologicum recenſentur, vel librorum noti-

notitia ſimpliciter divulgatur & conſervatur, vel Lectores animadverſionibus ibidem conſignatis de bona malave librorum fruge admonentur, vel demum Artis incrementa & decrementa per ſecula magis oſtenduntur. Noſtri vero Illuſtriſſimi Præſidis provida fuit voluntas, ut Bibliothecam ea, quam ſuperius indicavi, methodo conſcriberem; quod hactenus, quantum memini, præſtitit nemo.

Exhibent quidem J. GEORG. WALTHER (l) ampliſſimam rerum Auctorumque ſylvam, J. JACOBUS MANGET (m) morbos omnes, & quæ ad hos pertinent curationes & medicamenta, ſed jejuna eſt ac tenuis apud Illos Auctorum notitia; præterea multum ſunt a noſtra ætate remoti: ALBERTI (n) res ipſas potius collegit, quam earum Auctores: KESTNERUS (o) pro diverſitate partium Medicinæ pauciſſimos & melioris tantum notæ libros indicavit.

Horum tamen & prædictorum Virorum celeberrimorum Bibliothecas noveram eſſe fontes, unde utiliſſima quæque huc derivare poſſem. Cum autem inter eas principatum teneat *Bibliotheca* ſummi HALLERI *chirurgica* (p), utpote omnium pleniſſima, & a Viro erudit iſſimo, recti judicii, in arte celeberrimo, juſtoque judice concinnata; ideo hanc omnem exhauſi. Certe in *Penu chirurgica*, ſi ea excipias, quæ ultra annum 1774. porriguntur, & pauca alia, quæ facile eſt dignoſcere, reliqua meri ſunt rivuli ex uberrimo Bibliothecæ HALLERIANÆ fonte deducti. Ex *medica* quoque Ejusdem *Bibliotheca* (q) non pauca collegi, quæ ad ſcopum meum facere videbantur.

 Venio

(l) Vide *pag.* 44. (m) Vide *pag.* 67. (n) Vide *pag.* 84. (o) Vide *pag.* 945. (p) Vide *pag.* 112. (q) Quæ prodiit BASILEÆ 1776. 4.

Venio nunc ad ea, ex quibus liquido patebit ratio, ob quam difficile mihi fuerit tum res omnes in *Elencho* ſpeciatim exhibere, tum certum aliquem Auctoribus nonnullis, qui in *Penu chirurgica* continentur, locum in eodem *Elencho* adſignare: Scilicet HALLERUS, utpote cui alius eſſet ſcribendi finis, non fuit ſollicitus omnes omnino materias, quas unusquisque Auctor peculiariter tractavit, indicare; hinc ea tantum, quæ majoris momenti Ipſi viſa ſunt, enarravit fuſius, reliqua ne generatim quidem attigit, uti verba Ejus teſtantur: *pauca decerpſimus — Agit de omnibus morbis — Habet etiam alia — Agit de calculo, partu difficili, hernia* &c. — *Multa omiſi — Pauca decerpemus* & ſimilia. En difficultatem inſuperabilem toties mihi natam, quoties in ejuſmodi loca incidi; ut adeo in *Elencho materiarum*, præterquam quod rerum multarum ipſæ deeſſent ſpecies, etiam quam plurimi ad ſingulas materias deſiderati fuiſſent Auctores, niſi WALTHERUS, ALBERTI, & alii, quibus uſus ſum, hic me aliquantum ſublevaſſent. Dixi aliquantum: ſiquidem permulti adhuc reſtent in *Penu chirurgica* Auctores, qui vel de omnibus vel de variis ſaltem chirurgicis rebus ſcripſerunt, quorum tamen in *Elencho* nullam plane mentionem facere potui; cum ipſa eorum opera ob temporis anguſtiam adire non valerem ad inſpiciendum de quanam proprie materia, & in qua operis parte, libro, capite aut ſectione egerint. Eadem fontes ipſos adeundi difficultas non raro hæſitantem me, quoties Auctoris alicujus nomen aliter in indice aliter in ipſo opere apud HALLERUM ſcriptum reperiſſem, coegit utrumque retinere, interjecta quidem particula *vel;* ut ſic ſaltem admonerem Lectores ad ſubſtituendum genuinum, ſi de eo certius Ipſis conſtiterit. Cæterum errata, quæ in ſuo opere ipſe HALLER ſe obſer-

obſervaſſe candide fatetur & dolet (r), pro virili emendare conatus ſum: quorum ſi tamen quædam, vel etiam alia & in hac mea editione, præter jam emendata ad finem operis, inveniantur, homini mihi, ut ſpero, condonabuntur: quamquam & aliqua menda potius typographo quam mihi imputanda erunt.

Præterea monendum eſt, WALTHERI & ALBERTI citationes librorum, capitum, ſectionum &c. non ubique accuratiſſimas eſſe: errores enim multos deprehendi; ut adeo de plurimis aliis ſuſpicio eſſe poſſit, quos ob temporis penuriam ad examen vocare nequivi. Hos tamen errores, uti & reliqua quæcunque minus exacte hic elaborata eſſe arbitror, emendabo forte, ſi mihi otium & occaſio non defuerit aliquando ad novam hujus operis editionem parandam: qua occaſione breviſſime etiam addam quidquid unusquisque Auctor in locis a WALTHERO citatis boni malive habeat. Addam etiam tum Auctores, quos in *Elencho materiarum* adhuc deſiderari monui, tum eos, qui ſerius in lucem prodiverint.

Libros chirurgicos nuperrimos potiſſimum deſumſi tum ex celeberrimo RICHTERO (s) tum ex TODE (t), tum ex MEUSELO (u), tum denique ex præſtantiſſima Bibliotheca Berolinenſi (x).

 Re-

(r) In *Bibl. chirurg.* T. II. præfatione *video*, inquit, *vitia ſupereſſe bene multa, quæ non potui iterata correctione emendare: repetitos nonnullos libros, corruptos annos.* Invenies porro libros abſque editionis loco & anno; indicem ſæpe fallacem; eundem Auctorem aliter in indice & aliter in loco citato ſcriptum, Auctores plures in indice, qui non occurrunt in ipſo opere; & viciſſim. (s) *Chirurgiſche Bibliotheck.* Vide *pag.* 193. (t) *Mediciniſche chirurgiſche Bibliotheck.* Vide *pag.* 240. (u) *Das gelehrte Deutſchland.* LEMGO 1772. 8. 1776. 8. (x) Cui titulus eſt: *Allgemeine deutſche Bibliotheck.* Vide *pag.* 961.

Recentiſſimas etiam quaſdam librorum editiones, verſiones, nonnullos item libellos & diſſertationes nuperrimas huicce Bibliothecæ inſerui.

Auctorem ego neminem laudavi (pauciſſimis, qui mihi notiſſimi ſunt, exceptis), vituperavi neminem; cum meum non ſit horum virorum cenſorem agere: Artis hujus peritiſſimi jam monuerunt, quid unusquisque proprii, quid alieni, quid veri, quid falſi haberet; & ad Horum judicia provocavi.

In indice nulli habentur nec verſores, nec editores, nec diſputationum inauguralium, ita dicti, Reſpondentes; ſed ſoli Auctores: quorum nominibus adjecti numeri indicant paginas, quibus varia eorum opera ſparſim continentur. Ubi etiam notandum: aſteriſco (*) Chirurgos: crucula (†) vero eos deſignari, in quos accuratius inquirere brevitas temporis non ſivit: indicem enim poſtulabat ſibi typographus eo ipſo tempore, quo juſſus fui hunc aſteriſcum nominibus chirurgorum præfigere. Nullum ſignum præſeferentes ſunt aut Medici, aut Medicinæ cultores, aut Philoſophi, aut fœminæ obſtetrices.

Jam nihil magis in votis habeo, quam ut hicce meus labor Viris in Arte celeberrimis probetur. Quæ ab Iis tamquam errata, aut omiſſa mihi imputata fuerint, gratiſſimo animo recipiam, maximaque, qua par eſt, diligentia emendare ſatagam: dummodo Deus mihi tantum vitæ & otii conceſſerit. Interim B. Lector vale, & primum meum conatum non deſpice.

CON-

CONSPECTUS MATERIARUM
IN
ELENCHO CONTENTARUM.

Abſceſſus, ſive apoſtaſis, apoſtema.

Adminiſtrationes chirurgicæ.

Ambuſtio, ſive combuſtio, uſtio.

Amputatio artuum.

Anadeſmi. vide *faſciæ.*

Anchyloſis. vide *oſſium morb.*

Aneuryſma.

Ani fiſtula. vide *fiſtulæ.*

Anthrax, ſive carbo, carbunculus, ignis Perſicus, pruna.

Arteriotome, ſive arteriotomia.

Atreſia, ſive atreti, imperforati.

Aurium morbi.

Balſamatio cadaverum, ſive cadavera condiendi ratio, caromomia, embamma, funus medicatum, mumiſatio.

Batro-

Batrochus. vide *ranula.*
Bdellæ. vide *hirudines.*
Bronchotomia, ſive laryngotomia, tracheotomia.
Bubones (non venerei).
Cadavera condiendi ratio. vide *balſamat. cadav.*
Calculus.
Calculi ſectio, ſive cyſtotomia, lithotomia.
Callus. vide *oſſium morb.*
Cancer, ſive carcinoma, carcinus.
Cantharides. vide *veſicantia.*
Carbo. vide *anthrax.*
Carbunculus. vide *anthrax.*
Caries, ſive gangræna ſ. ſideratio oſſium, teredo.
Carotomia. vide *balſamat. cadav.*
Carunculæ. vide *vener. morb.*
Caſtratio. vide *adminiſtr. chirurg.*
Cataracta. vide *oculor. morb.*
Catheteriſmus.
Cauteriſatio.
Cele. vide *herniæ.*
Chirurgia forenſis.
Choerades. vide *ſcrophulæ.*
Circumciſio. vide *genital. morb.*
Circumligatura glandis. vide *genital. morb.*
Cirſus. vide *varix.*
Clavus. vide *tumores.*
Clyſteres, ſive clyſmata, enemata.
Contuſio.
Cucurbitæ, ſive cucurbitulæ.

Cutanei

Cutanei morbi.
Cyſtotomia. vide *calculi ſectio.*
Decoratio, ſive reparatio.
Dentium morbi.
Dictionarium. vide *onomatologia.*
Dislocatio. vide *luxatio.*
Ecptoſis. vide *luxatio.*
Eluxatio. vide *luxatio.*
Embamma. vide *balſamat. cadav.*
Embrocatio, ſive embregma, embrocha, embrochatio, embroche, impluvium, inſtillatio, ſtillicidium.
Emphyſema, ſive empneumatoſis.
Empyema, ſive ecpyema, ecpyeſis.
Enemata. vide *clyſteres.*
Epideſmi. vide *faſciæ.*
Epulis. vide *dentium morb.*
Exarthrema. vide *luxatio.*
Exarticulatio. vide *luxatio.*
Excidentia. vide *luxatio.*
Extractio corporum peregrinorum in faucibus hærentium.
Faſciæ, ſive anadeſmi, epideſmi, laquei, vincula.
Fiſtulæ.
Flatus ſpinæ. vide *ſpina ventoſa.*
Fonticuli, ſive fontanellæ.
Fracturæ.
Fungi de variis corporis humani partibus efflorеſcentes.
Funus medicatum. vide *balſamat. cadav.*
Gangræna & Sphacelus.

Genitalium morbi.
Gibboſitas. vide *oſſium morb.*
Gonorrhœa. vide *vener. morb.*
Hæmorrhagia.
Hæmorrhoides.
Herniæ, ſive cele, ramex, ruptura.
Hirudines, ſive bdellæ, ſanguiſugæ.
Hiſtoria Chirurgica. vide *lites chirurg.*
Hydrocephalus.
Hydrophobia. vide *morſus canis rabidi.*
Hydrops articuli.
Hypochyma, ſive hypochyſis, cataracta. vide *oculor. morb.*
Hypogloſſis. vide *ranula.*
Hyſterocele. vide *prolapſus uteri.*
Ichor.
Ignis Perſicus. vide *gangræna.*
Impluvium. vide *embrocat.*
Incontinentia urinæ.
Inflammatio, ſive phlegmone, phlogoſis.
Inſtillatio. vide *embrocat.*
Inſtitutiones chirurgicæ. vide *Chirurgia univerſa.*
Inſtrumenta chirurgica.
Iſchuria, ſive ſuppreſſio urinæ.
Ixia. vide *varix.*
Labium leporinum.
Laquei. vide *faſciæ.*
Laryngotomia. vide *bronchotomia.*
Lexicon. vide *onomatologia.*
Ligamentorum adfectus. vide *tendinum adfectus.*

Linamen-

Linimentum. vide *turunda.*
Linguæ morbi.
Lites, ſtatuta & hiſtoria chirurgica.
Lithotomia. vide *calculi ſectio.*
Lues venerea. vide *venereus morbus.*
Luxatio, ſive diſlocatio, ecptoſis, eluxatio, exarthrema, exarticulatio, excidentia.
Medicamenta chirurgica.
Mictus cruentus. vide *hæmorrhagia.*
Morſus animalium venenatorum.
Morſus canis rabidi.
Mumiſatio. vide *balſamatio cadav.*
Narium morbi.
Nephritis. vide *calculus.*
Nephrotomia. vide *calculi ſectio.*
Obſtetricia ars.
Oculorum morbi.
Odontalgia. vide *dentium morbi.*
Onomatologia, ſive dictionarium, lexicon.
Operationes chirurgicæ. vide *adminiſtrat. chirurg.*
Oſſium morbi.
Otalgia. vide *aurium morbi.*
Ozæna. vide *narium morbi.*
Pædarthrocace. vide *ſpina ventoſa.*
Panaritium, ſive paronychia.
Paracenteſis abdominis.
Paracenteſis oculi. vide *oculorum morbi.*
Paracenteſis thoracis ſive pectoris.


Paraphimoſis. vide *genital. morb.*
Paronychia. vide *panaritium.*
Parotis. vide *tumores.*
Partus Cæſareus. vide *obſtetr. ars.*
Parulis. vide *dentium morbi.*
Perniones. vide *tumores.*
Phimoſis. vide *genital. morbi.*
Phlebotomia. vide *venæ ſectio.*
Phlegmone. vide *inflammatio.*
Phlogoſis. vide *inflammatio.*
Polypus.
Prolapſus ani.
Prolapſus cartilaginis mucronatæ ſive Xiphoideæ.
Prolapſus oculi. vide *oculorum morbi.*
Prolapſus uteri & vaginæ.
Pruna. vide *anthrax.*
Punctio veſicæ. vide *iſchuria.*
Pus. vide *ſuppuratio.*
Ramex. vide *herniæ.*
Ranula ſive batrachus, hypogloſſis.
Ruptura. vide *herniæ.*
Sanguiſugæ. vide *hirudines.*
Scarificatio ſive ſcariſatio.
Scirrhus, ſive ſclerus, ſclirus, ſcirrhoma, ſcirrhoſis.
Scrofulæ, ſive ſcrophulæ, choerades, & ſtrumæ.
Sectio calculi. vide *calculi ſectio.*
Sectio Cæſarea. vide *obſtetr. ars.*
Setaceum.

Sphace-

Sphacelus. vide *gangræna.*
Spina bifida.
Spina ventoſa, ſive flatus vel ventus ſpinæ, pædarthrocace, ventoſitas ſpinæ.
Statuta chirurgica. vide *lites chirurg.*
Steatoma. vide *tumores.*
Stillicidium. vide *embrocatio.*
Strumæ. vide *ſcrofulæ.*
Submerſi, ſuffocati, ſuſpenſi.
Suffuſio ſive cataracta. vide *oculor. morbi.*
Suppreſſio urinæ. vide *iſchuria.*
Suppuratio.
Suturæ.
Syphilis, ſive lues venerea. vide *venereus morbus.*
Tendinum & ligamentorum adfectus.
Terebratio, ſive trepanatio.
Teredo. vide *caries.*
Tracheotomia. vide *bronchotomia.*
Trepanatio. vide *terebratio.*
Tumores.
Turunda, ſive turundula, linamentum.
Varix, ſive cirſus, ixia.
Venæ ſectio, ſive phlebotomia.
Venereus morbus, ſive morbus gallicus, hiſpanicus, neapolitanus, ſyphilis, venerea lues.
Ventoſitas ſpinæ. vide *ſpina ventoſa.*
Veſicantia, ſive veſicatoria.

Veterinaria ars.
Vincula. vide *faſciæ.*
Ulcera.
Vulnera.
Vulnera capitis.

CHIRUR-



CHIRURGIA UNIVERSA,

SIVE

PENUS CHIRURGICA.

Liber minus certo HIPPOCRATIS περι ιητρεων, pertinet ad inſtitutionem junioris chirurgi, eſt inter libellos, quos edidit MANIALDUS, & in editione MACKII, & inter 22. libros, quos edidit ZWINGERUS, BASIL. 1579. fol. Gallice convertit DACIER cum aliis Hippocraticis. PARIS. 1697... Vide *adminiſtr. chirurg.*

Quis eſt *L. Chirurgiæ* HIPPOCRATIS? in Bibl. R. Par. n. 305.

JOHANNES GRAMMATICUS, Jacobita ſeculi VII. Ejus Chirurgiæ codex M. S. eſt in B. BODLEYANA. n. 3500.

NICETAS medicus Conſtantinopolitanus ſeculo XI. chirurgorum fragmenta permulta collegit, hujusque collectionis tria exſtant exempla M. S. unum in *Bibliotheca Medicea* a LASCARI Byzantio adlatum; duo in Bibl. R. P. n. 2247. 2248. Ex priori COCCHIUS ORIBASII *de fracturis & luxatis libros* edidit, & aliqua loca APOLLONII CITIÆI. Pluſcula ſupereſſent edenda, ut hujus ipſius APOLLONII in HIPPOCRATIS L. *de articulis comm.* deinde Græcus contextus ORIBASII *de laqueis & machinamentis*, cujus ſola VIDIANA verſio exſtat. NICETÆ collectionem ANTONIUS COCCHIUS edidit cum titulo: *Græcorum chirurgici libri e collectione* NICETÆ, FLORENT. 1754. fol. Addidit eruditas notas vir Cl. de ſcriptoribus eorumque aliis codicibus, paſſim loca emendavit; interpoſuit etiam anatomicas ſuas adnotationes:

Græci incertæ ætatis } Anonymi *de Chirurgia* ex variis auctoribus in B. R. P. n. 2191.
Incerti Auctoris προς σηψιν κεφαλης, in B. AUG. VINDEL.

Anonymi *Chirurgia Hebræa* in B. VINDOBON.

Anonymi Hebræi *praxis medico-chirurgica.* Ibidem.

Quid ſint JOHANNIS MESVÆ *Chirurgiæ* L. V, quos FERRARIUS Judæus chirurgus ex Arabico in Latinum vertit? in Bibl. R. P. n. 7171.

HILLEL fil. SAMUEL *tr. ad Chirurgiam pertinentes, ad Galeni, Avicennæ & aliorum veterum ductum.* Codex M. S. eſt in B. R. P. n. 319.

ROGERIUS, Salernitanus, Cancellarius Univerſitatis Monſpelienſis. Ejus *Chirurgia* prodiit BERGAMI 1498. fol. VENET. 1499. fol. In medicamentis fere verſatur. Propriam paſſim ad experientiam provocat, neminem citat præter HIPPOCRATEM, multum tamen Arabibus uſus eſt. Codices M. S. reperiuntur in libris ROB. BURSCOUGH n. 7688. in Bibl. BODLEYANA n. 3700. in ASHMOLEANA n. 7800. 7762. in MERTONENSI n. 686. in B. Colleg. novi n. 1135. in B. CAJO GONVILL. n. 971. Quatuor magiſtrorum SALERNI ſuper eam Chirurgiam commentarii M. S. ſunt in Bibl. CAJ. GONV. n. 971. in B. BODLEY. n. 3500.

BRUNUS, Longoburgenſis Calaber, vixit PATAVII anno 1252. ſuo ævo celebris. Ejus *Chirurgiæ magnæ* L. II. prodiere in collectione VENETA 1499. fol. BERGAMI 1498. fol. Et eodem tempore ejus *Chirurgia parva* breviſſima cum prædicta edita eſt. Ex Arabibus Scriptoribus multa habet. Codex M. S. eſt in B. CAJ. GONV. n. 971. in B. R. P. n. 7128. in B. MEDICEA Plut. 73.

THEODORICUS ex ordine prædicatorum, & pœnitentiarius Pontificis, dein Epiſcopus Cervienſis, HUGONIS a LUA diſcipulus. Ejus *Chirurgiæ* L. IV. editi ſunt PERGOMI 1498. fol. BRUNO multum uſus eſt.

LANFRANCUS, Mediolanenſis, clericus, vir excitati ingenii, GUIL. de SALICETO diſcipulus, cujus opus HALLER ob Chirurgiæ ſui ævi hiſtoriam, quam tradit, omnibus commendat, aſſeritque Gallorum Chirurgiam illi ſoli deberi, cum ante eundem eo in Regno nihil ſcriptum fuerit. Juſſu MATTHEI vice-comitis ex patria pulſus LUGDUNUM primum, inde PARISIOS venit anno 1295. & anno 1296. ſcripſit: *Practica, quæ dicitur ars completa totius Chirurgiæ*, edit. VENET. 1490. fol. 1499. fol. 1546. fol. PERGOMI 1498. fol. LION. 1553. fol. Codex eſt in B. CAJ. GONV. n. 973. in B. R. P. n. 7129. & 6992. Anglice vertente HALLE, LONDON 1565. 8. HALLER putat eſſe hanc Chirurgiam, quam GUIL. IVOIRE Gallice vertit, LUGDUN. 1490. 4.

Chirurgiam vero *minorem* ſcripſerat LUGDUNI, quæ cum priori prodiit VENET. 1545. fol. Seorſim Germanice verſa ab OTTONE BRUNFELS, ZWICKAU 1529. 4. STRASBURG 1558. 4. Cum aliis 1555. 4. SCHLEUSINGÆ 1630. 8. FRANCF. 1566. Codex eſt in B. Coll. Novi OXON. n. 1135. in B. R. P. n. 6992. Verboſus Arabum collector, imitator GUILIELMI.

Ejus porro *compendium ſuper* ALBUCASIN M. S. exſtat in B. Nat. Cur.

NIC. BERTRUCCIUS in *collectorio totius fere Medicinæ* edit. LION. 1509. 4. 1518. 4. COLM. 1537. 4. morbos etiam chirurgicos tradit.

JOHANNES de GADDESDEN, empiricus homo, plenus ſuperſtitionum, apprime indoctus, arcanorum amans & laudator, lucri cupidus, rei culina-

culinariæ peritus (a). Ejus *roſa anglica, ſeu practica Medicinæ a capite ad pedes.* PAVIÆ 1492. fol. PARIS 1492. 4. VENET. 1502. fol. Codices etiam M. S. enumerantur in B. BODLEYANA n. 2463. 3619. Fatuam, neque immerito roſam vocat GUIDO, eſt enim empirici, turpitudinem ſuam minime diffitentis, crumenimulgi opus: addit omnia ſua ſe habere ab HENRICO de HERMONDAVILLE. Certis ſuisque medicamentis nullum non morbum ſanandum recipiebat. Morbos utique omnes perſequitur, etiam chirurgicos. Minus certe inutilis aliis coævis, tamen & adminiſtrationum chirurgicarum dat præcepta, & ex ingenio conſilia. HALLER.

DINUS de GARBO, Profeſſor Florentinus. Ejus *Chirurgia* cum tr. *de emplaſt. & unguentis* prodiit FERRARIÆ 1483. fol. VENET. 1495. fol. 1636. fol. Celebris Chirurgi filius, ſæpe a GUIDONE citatur.

Ejus *ſuper 4. fen. Avicennæ.* VENET. 1504. fol.

JOHANNES ab ARDERN, Chirurgiæ in ANGLIA inſtaurator, GUIDONIS coævus, vixit circa annum 1349. quo magna peſtis graſſabatur. Ejus *Chirurgia* inedita eſt, cujus codices vero in ANGLIA frequenter inveniuntur. *Practica M.* JOH. ARDYNI in B. Ashmoleana. n. 7748. 7773. 7804. in B. BERNARDI n. 3658. 3662. in TYSONIANA n. 4159. *Chirurgia* inter ll. SLOANEOS n. 8849. *The Chirurgery.* Ib. 8893.

Ejus *opera medica, & chirurgica* in B. BRUSCOUGH. n. 7639. & in B. BERNARDIANA n. 3635. 3649.

HUGO BENZIUS ſcriptor ſeculi XV. Ejus *conſilia ſaluberrima ad omnes ægritudines.* VENET. 1518. fol.

JACOBUS DONDUS, Patavinus, vulgo *aggregator.* In ejus *tractatibus* tertius eſt de ægritudine a capite ad calcem; 6. de decoratione; 7. de pertinentibus ad Chirurgiam; 8. de venenis. Sic GESNERUS in Bibl. Sic in *promptuaria medicina.* VENET. 1576. fol. Medicamenta ſimplicia ad omnes adfectus chirurgicos exhibet. GESNERUS in collectione reddidit.

LEONARDUS BERTAPALIA. Ejus L. *ſuper quartum* AVICENNÆ *de apoſtematibus, morbis, cutaneis, gangræna, carbunculo peſtilente, cancro; de vulnere duri nervi, fiſtula, ventoſitate ſpinæ.* In collectionibus chirurgicis fere reperitur, cum GUIDONE, & aliis VENET. 1499. fol. B. B. 1546. fol. Seorſim ut quidem videtur. VENET. 1513. fol. Fere totus eſt in medicamentis.

ANTONIUS CERMISON ejuſdem ſeculi ſcriptor. Ejus *conſilia medica* 163. *contra omnes fere ægritudines a capite ad pedes.* VENET. 1503. fol. 1514. fol. LION 1521. 4. Codex M S. eſt in B. BODLEY. n. 877.

J. MICHAEL SAVANAROLA, CERMISONI diſcipulus. Ejus *de ægritudinibus a capite ad pedes.* PAPIÆ 1486. fol. VENET. 1498. fol. 1559. fol.

JOH. BAVERIUS de BAVERIIS, *de Imola conſiliorum de re medica, ſ. morborum curationibus.* BONON. 1489. fol. PAPIÆ 1521. fol.

(a) HALLER in *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 443.

CHRISTOPHORUS de BARZIZIIS. Ejus *introductorium, ſ. Janua ad omne opus practicum.* AUG. VINDEL. 1518. 4.

GUILIELMUS BRIXIENSIS. Ejus *tr. ad unamquamque ægritudinem a capite ad calcem curandam.* VENET. 1508. fol.

JOHANNES ARCULANUS, Veronenſis. Ejus *practica medica, ſ. opus in nonum.* PAPIÆ 1517. fol. VENET. 1493. fol. 1525. literis gothicis fol. 1557. fol. cum figuris inſtrumentorum chirurgicorum. BASIL. 1540. fol.

ORTLOF HEIDENBERGER *von Bayerland Arzneybuch.* NÜRNBERG 1477. fol.

HIERONYMUS a BRUNSWIGH, qui toto fere ſeculo XV. vixit, ad ſummam perveniens ſenectutem. Ejus *Buch der Chirurgia, und Wirkung der Wundarzney.* STRASBURG 1497. fol. 1513. fol. 1539. 4. 1580. fol. 1508. 4. AUGSBURG 1497. fol. Anglice *the noble experience of the virtuos handworke of Surgery.* LONDON 1525. fol. In præfatione vocatur *Wundarzt der Stadt Strasburg.* Ex Arabibus, & barbaris ſua fere collegit.

M. ROLANDUS, Parmenſis, ſcripſit *Chirurgiæ* L. IV. VENET. 1499. fol. 1519. fol. 1546. fol. BASIL. 1541. fol. BERGAMI 1498. fol. Codices M. S. ſunt in B. MEDICEA Plut. 73. n. 30. in B. R. P. n. 7134. Fatetur ipſe ſub finem, ſe ex ROGERIO ad verbum exſcripſiſſe.

Incertæ ætatis.

MILO, cujus *Chirurgia* eſt in B. BODLEY. n. 774.

Magiſter BONGIANNA de ORTO ſ. ARETINO. Ejus *roſea ſpina Chirurgiæ, quæ eſt colligens dicta ſapientum*, ſervatur in B. MEDIC. Plut. 77. n. 22.

CANCELLARIUS, cujus *experimenta chirurgica* ſunt in B. R. P. n. 7091.

WILLIAM de PINE. Ejus *Surgery* SLOANE B. B. n. 8773.

SIMON OWEN KINGSTON, chirurgus. Ejus codex M. S. eſt inter TYSONIANOS. n. 4167.

MAFFÆUS de LANDE. Ejus *problemata medica.* Codex M. S. eſt in B. B. ſcriptus anno 1442. in quo omnia vix non chirurgica ſunt, ex genio ſeculi ſcripta.

Anonymi *Chirurgia* ſeculi XIV. habetur in B. R. Par. n. 7137.

Anonymi *Chirurgia* libris novem. In B. R. P. n. 7134.

Anonymi *collectio artis chirurgicæ* ſeculi XV. habetur in B. R. P. n. 6972.

Anonymi *excerpta de Chirurgia* in B. R. P. n. 349.

Anony-

Anonymi *elucidatio artis chirurgicæ.* In B. COLL. S. TRINIT. CANT. n. 392.

Practica Chirurgiæ, in B. BERNARDI. n. 3683.

L. de Chirurgia. in B. CAJ. GONV. n. 977.

De curis chirurgi in B. ASHMOLE. n. 7775.

Miſcellanea medica & chirurgica in B. BODLEY. n. 2063.

A treatiſe of Surgery in B. ASHMOLE. n. 7806.

A treatiſe of Surgery in eadem B. n. 7798.

Eodem cum titulo ibidem. n. 7801.

Cum formulis ibidem n. 7704.

The mirour of Phyſik and Chirurgery. In B. TYSON n. 4174.

A large treatiſe on Surgery. In B. ASHMOLE. n. 7809.

A diſcourſe of the whole art of Chirurgery. In B. ASHMOLE. n. 7805.

MEISTER HANS V. GERSDORF *genannt* SCHIEL HANS. Ejus *Feldbuch der Wundarzney* edit. STRASBURG 1517. fol. 1526. 4. 1540. 4. FRANKF. 1551. fol. 1598. 4. 1604. 4. Latine 1551.

GEORG FLÜGUSS, chirurgus Argentoratenſis. Ejus *experimenta chirurgica*, & *unguenta* &c. edit. STRASBURG 1518. 4. Germanice cum LANFRANCO.

Anonymi *Chirurgia.* ARGENTOR. 1540.

PAMPHILUS MONTIUS in ſua *medendi methodo* AUG. VINDEL. 1540. 8. paſſim morbos etiam chirurgicos tradit.

LORENZ BULKES. Ejus *Wundarzneybüchel in 2. Theil.* ERFORD. 1530. 8. 1549. 4.

NICOLAUS GODIN *Chirurgiam militarem* Latine ſcripſit, & Gallice verſam a JACOBO BLONDEL, ANTWERP. 1558. 8.

LEONELLUS de VICTORIIS, Faventinus. Ejus *practica medicinalis, ſ. de medendis morbis membrorum omnium corporis humani.* INGOLSTAD. 1545. 4.

PETRUS de BAYRO, Archiater Taurinenſis. Ejus *de medendis corporis humani malis enchiridion, vulgo veni mecum.* BASIL. 1563. 8. 1578. 8. Chirurgica etiam immiſcuit.

JOH. CHARETANUS, chirurgus. Ejus *Wundarzney zu allen Gebrechen des ganzen Leibes, und beſonders der Zufälle, die einem Wundarzt zukommen mögen. Viel bewährte Mittel, Kunſt und Bericht der Aderläſs für die Aderläſſer, und Scherer.* STRASBURG 1530. 4. FRANKFURT 1534. 4. 1584. 8.

Janus Cornarius, celebris traductor. In ejus *univerſæ rei medicæ epigraphe*, Basil. 1534. 4. morbi chirurgici breviſſime explicantur.

Joh. Schulling. Ejus *Chirurgiæ quatuor partes. Et de ungent. & emplaſtris.* Codex Germanicus eſt in Nov. Coll. Oxon. n. 1135.

Johannes de Parisiis. Ejus *neue Wundarzney.* Frankf. 1549. 4. Kŏnigsberg 1555. 4.

Gualther Hermann Ryff. Ejus *Handbüchlein gemeiner praxis der ganzen Leibarzney.* Strasburg 1541. 8.

Ejus vero *groſſe Chirurgia oder vollkommene Wundarzney* prodiit Frankf. 1545. fol. 1556. 4. 1559. fol. *Letzter Theil.* 1562.

Ejus *kleinere Chirurgie.* Strasburg 1542. 4.

Ejus *Feld- und Stadtbuch bewährter Wundarzney.* Frankfurt 1566. 4. V. *calcul.*

Tertius Damianus Wissenavius. Ejus *theoria Medicinæ medicis, & chirurgis accommodata* prodiit Antwerp. 1541. Ita Gesnerus; Haller vero ſuſpicatur eſſe anni 1641.

Joh. Tagault, Ambianus Vimacus, medicus Pariſinus. Ejus *de chirurgica inſtitutione libri quinque* prodierunt Paris. 1543. fol. Lion 1549. 8. 1560. 8. 1567. 8. Venet. 1549. 8. Gallice *la Chirurgie.* Lion 1549. 8. & a Simone de Provancheres converſa, Paris. 1576. 16. 1579. 16. 1629. 8. Germanice cum Hollerii libro, vertente Georgio Zechendörfer, Frankfurt 1574. fol. 1584. 8.

Jacques Hollier. Ejus *Chirurgie* prodiit Paris 1576. 8.

J. Philippus ab Ingrassia, Siculus, Rachalbutenſis, Profeſſor Neapolitanus, deinde patriæ inſulæ Archiater, vir gratioſus & magna in auctoritate conſtitutus. Ejus *Jatrapologia, in qua multa adverſus barbaros medicos diſputantur, collegiique modus oſtenditur, ac multæ quæſtiones tam phyſicæ quam chirurgicæ diſcutiuntur.* Venet. 1544. 8. Chirurgiam medicorum eſſe, neque relinquendam chirurgis.

Philippus de Flesselles. Ejus *introduction pour parvenir à la vraie connoiſſance de la Chirurgie rationelle* prodiit Paris. 1547. 1553. 8. 1535. 12.

Michael Joseph Paschalis. Ejus *practica de Chirurgia.* Saragossæ 1581. fol.

Ejus porro *morborum internorum fere omnium, & nonnullorum externorum curatio brevi methodo comprehenſa* prodiit Valent. 1655. 8.

Ejus *regimento de la ſalud y de las infermidades de los rinnones.* Pinciæ 1551. 4.

Bene-

Benedictus Victorius, Faventinus, Profeſſor Bononienſis, cujus L. *empirica medica de curandis totius humani corporis malis* prodiit. Venet. 1550. 8. 1554. 8. & cum *practica magna* Venet. 1562. fol.

Adrian Lallemant M. D. Ejus *dialectique en françois pour les barbiers, & chirurgiens.* Paris 1553. 12. Et *la philoſophie rationelle, vulgairement appellée dialectique pour les chirurgiens, par* Jean Eusebe. Lion 1568. 8. An idem liber ſit, Haller ignorat.

Pietro Lodovico Rosettini *compendio di tutta la Chirurgia.* Venet. 1557. 4. 1561. 8. 1588. 8. 1630. 8. 1677. 8. Aut diſcipuli Fioravanti fuerunt, aut Fioravantus in editione, quam curavit, hæc medicamenta adjecit, in quibus totus occupatur. Icones nonnullæ inſtrumentorum.

Franciscus Renner. Ejus *äuſſerliche Arzneybüchlein.* Nürnberg 1557. 4. Ejus porro *Wundarzney.* Frankf. 1556. 4. 1578. 4.

Rodericus Molina. Ejus *inſtitution chirurgica en que facilmente ſe hallaran todas las ſpecies dellagas que ſon y piuden ſer hechas en la cabeça.* Granada 1557.

Alphonsus Bertocci. Ejus *methodus curativa ex Hippocrate, Galeno, Avicenna, Montani placitis.* Lion 1558. 16.

Ejus etiam *methodus curativa generalis.* Lion 1556. 8. 1558. 16.

Hieronymus Montuus. Ejus *chirurgica auxilia ad aliquos affectus, qui reparationem exigunt, curationem etiam morbi venerei.* Lion 1558. 4.

Ejus *practica medica, in qua de chirurgicis etiam auxiliis agitur ad adfectus, qui repentinam exigunt curationem.* Venet. 1616. 4.

Hieronymus Rupeus. Ejus *paradoxa, & theoremata rei medicæ, vel de his, quæ ad medicum, quæ ad chirurgum, quæ ad obſtetricem ſpectant.* Tolos. 1559. 4.

Jean Falcon *notabilia ſuper* Guidonem. Lion 1559. 4. 1649. 8.

Johannes Hall cum anatome edidit *a commodious order of notes leading and guiding the chirurgions hand from all offance and error.* London 1561. 4. 1565. 4.

Matthias Kapfer. Ejus *relatio vera, quomodo cultrum ex ancillæ cujusdam ventre, quem per annum fere in eo geſtaverat, ex latere extraxerit, ægramque ſanitati reſtituerit.* Wolfenbüttel 1563. 4.

Thomas Gale, chirurgus Londinenſis. Ejus *inſtitutionum chirurgicarum dialogus.* London 1563. 8.

Ejus *enchiridion chirurgicum.* Ibid. 1563. 8. Ejus *chirurgical works.* London 1565. 8. *De vulneribus pulvere pyrio factis contra J. de Vigo,* Brunswick, alph. Ferrus. 1586. M. S.

Felix

Felix Wurtz, amicus Conradi Gesneri, expertus chirurgus Baſileenſis, vir minime vulgaris, quem valde laudat Boerhaave (b). Ejus *Practica der Wundarzney, darinn allerley ſchädliche Miſsbräuche der Wundärzte abgeſchaft werden, aus den Handſchriften des Autors, von neuen überſehen und vermehret, durch* Rudolph Wurtzen *chirurgum Argentinenſem fratrem* Felicis. Annus ſubjectus 1612. cum Felix a. 1576. obiiſſet. Editiones multæ ſunt Basil. 1576. 8. 1595. (*cat. libr. german.* 1500-1600.) 1612. 1616. 8. Wolfenbüttel 1624. 8. Basil. 1670. 8. 1675. 8. 1687. 8. Stettin 1649. 8. 1659. 8. Breslau 1651. 8. Belgice Amsterdam 1647. 4. Gallice, vertente Francisco Sauvin, Paris. 1672. 12. 1689. 12.

Henricus Stephanus. Ejus *dictionarium Medicinæ, vel expoſitiones vocum medicinalium ad verbum excerptæ* (ex veteribus) Paris. 1564. 8. Voces etiam chirurgicas ibi invenies.

Johannes Gorrhæus, cujus *definitiones medicæ* prodierunt Paris. 1564. fol. Commodus liber, in quo Hippocratis, & Galeni ſententiæ ſimul conjunctæ habentur in promptu. Ita Haller.

Jeremias Martius, Auguſtanus, circa annum 1564. *centum obſervationes* ſcripſit, quas G. A. Welschius edidit Ulm. 1668. 4. Idem G. A. Welschius etiam Achillis Gasser, medici Auguſtani, amici Gesneri, *centum curationes, & obſervationes* typis mandavit.

Theod. Zwinger. Ejus *theatrum vitæ humanæ.* Basil. 1565. fol.

Stephanus Gourmelenus, Britannus. Armoricum vult eſſe Portalius, Scotum vero fuiſſe legit Celeber. Haller; medicus Facultatis Pariſinæ fuit. *Synopſeos Chirurgiæ L. VI.* ſcripſit. Paris. 1566. 8. Gallice *le ſommaire de toute la Chirurgie*, vertente Andrea Malesieu, Paris. 1571. 8. & *Chirurgiæ artis ex Hippocratis & aliorum veterum medicorum decretis ad rationis normam redactæ L. III.* Paris. 1580. 8.

Guilielmus Rondelet, Profeſſor Monſpelienſis, vir doctus obiit a. 1566. poſt cujus mortem prodiit ejus *methodus curandorum morborum omnium.* Lion 1575. 8.

Nicolaus Rorarius. Ejus *contradictiones, dubia, & paradoxa in ll.* Hippocratis, Galeni, *cum eorum conciliationibus.* Venet. 1566. 4. 1572. 8.

Johannes Wier, Archiater Clivienſis. Ejus *medicinalium obſervationum rararum* L. I. Basil. 1567. 4. & in *operibus omnibus.* Amsterdam 1660. 4.

Idem porro habet librum *de præſtigiis dæmonum.*

Martin Ruland. Ejus *theſaurus Rulandinus; ſ. curationes empiricæ in ordinem redactæ.* Basil. 1628. 8. Rouen 1650. 8. Budissin 1629. 8.

(b) In *prax. med.* a. 1745. L. I. p. 432.

8. Ejus *curationum empiricarum, & hiſtoriarum centuria.* BASIL. 1578. 1580. 1593. 1596. ROUEN 1650. 8. V. *Venæ ſect.*

PETRUS ARIAS DE BENEVIDEZ, Taurinenſis medicus, qui apud Indos occidentalis Americæ vixit. Ejus *ſecretos de Chirurgia eſpecialmente de la manera come ſe curan los Indos dellagas.* VALLANDOLID 1567. 8.

PIERRE HAZARD. Ejus *chirurgie parfaite.* 1568. 8.

CHRISTOPHORUS WIRSUNG. Ejus ARZNEYBUCH. HEIDELBERG 1568. fol. Veterum more omnes morbos a capite ad calcem cum medicamentorum farragine recenſet. HALLER.

ACHILLES PIRMINUS GASSEER, medicus, GESNERI amicus. Ejus varia ſunt poſthuma; aliqua prodiere cum *G. H. Welſchii Sylloge obſervationum.* AUGUST. VINDEL. 1668. Alia cum ejus *Conſiliis.* 1676. 4. Ibidem.

JAQUES DALECHAMP. Ejus *chirurgie Françoiſe avec pluſieurs figures d'inſtrumens neceſſaires pour l'operation manuelle.* LION 1569. 8.

LEONARDO FIORAVANTI, M. D. & eques Bononienſis. Ejus *il teſoro della vita umana, edit.* VENET. 1570. 8.

Ejus *la Chirurgia diſtincta in tre libri, edit.* VENET. 1582. 8. Et cum titulo: *il compendio di tutta la Chirurgia.* VENET. 1594. 4. 1630. 8.

Eſt informis & confuſus labor. Ita CELEBR. HALLER. Item ejus *Caprici medicinali.* VENET. 1568. 8. 1629. 8. Gallice Paris 1586. 8.

Quod eſt *Crone der Arzney.* FRANCF. 1618. 8.

JOHANNES FRAGOSUS, archiater CATHARINÆ REGINÆ. Ejus *erotemas chirurgicas, en que ſe enſenna lo mas principal de la Chirurgia conſu gloſa.* MADRIT 1570. 4.

Ejus *Chirurgia univerſal* MADRIT, atque COMPLUT. 1601. fol. cum ſuppl. ALCALE DE HENAREZ. 1621. fol. Italice vertente BALTHASARE GRASSO. PALERMO 1639. fol.

HIERONYMUS MERCURIALIS, Forolivienſis, Profeſſor Piſanus, Bononienſis, Patavinus, inſignis vir, qui fama & gratia floruit, Chirurgiam paſſim adtingit, etſi non fuit ei præcipuus laborum finis. Ita Celebr. HALLER. In L. VI. *de medicina Gymnaſtica* edit. VENET. 1570. 4. PARIS 1577. 4. AMSTERDAM 1675. 4. morbos aliquos chirurgos tractat, qui motu corporis vel augentur, vel curantur, uti varices &c.

HORATIUS MORUS. Ejus *tabulæ univerſam chirurgiam uno ordine comprehendentes.* VENET. 1572. Tabulæ hæ ſunt ex PARÆO. Ita PORTAL.

HIERONYMUS MURILLO. Ejus *therapeutica de* GALENO *en lo, que toca a Chirurgia.* SARAGOSS. 1572. 8.

VOLCHER COITER. Groningenſis, FALLOPII diſcipulus, vir illuſtris, in *ſuis obſervationibus edit.* NORIMBERG 1572. fol. *cum externorum & internorum corporis partium tabulis excuſis*, aliqua habet magni momenti. Ita HALLER.

J. ANDREAS DELLA CROCE, latine de CRUCE, medicus Venetus. Ejus *Chirurgia univerſale perfetta di tutte le parti pertinenti al chirurgo.* VENET. 1574. fol. 1583. fol. 1605. fol. Germanice *Werkſtatt der Chirurgie oder Wundarzney.* FRANCFURT 1606. fol.

Wundarzney für allerley Gebrechen. BASIL. 1573. 8. An hoc opus eſt WURZII? interrogat HALLER.

JOH. BANISTER, Oxonii Licentiatus, qui tandem Nottinghamiæ ſedem fixit. Ejus *compendious chirurgy gathered and translated eſpecialles out of weker.* LONDON 1587. 12. & opera ejus omnia ſimul LONDON 1634. 4.

ANTONIUS PEREZ, Luſitanus. Ejus *ſumma i ezamen de Chirurgia con expoſicion breve de alcunas ſententias de Hippocrate.* COMPLUT. 1575. SARAGOSS. 1604. VALENT. 1649.

CHRISTIAN HELWICH, Vratislavienſis medicus, *dec.* III. *ann.* IV. *obſ.* 33. calculi imaginaria figura. *Obſ.* 35. gangræna ex cauſa interna exorta. *Ann.* IX. X. *obſ.* 120 aliquæ de vulnerum lethalitate relationes. *Cent.* VIII. *obſ.* 60. oſſa tumida curari emollientibus. *Cent.* X. *obſ.* 31. a cephalæa suturæ ſagittalis diſceſſio. *Vol.* II. *obſ.* 60. calculum difficulter agnoſci & fallere.

J. BAPTISTA WENKH *dec.* III. *ann.* IV. *obſ.* 87. oſſicula prioris fœtus in utero reſidua, & nova imprægnatio. *Cent.* V. *obſ.* 30. hydrophobia absque canis morſu.

J. Christoph. Menzel *dec.* III. *ann.* IV. *obſ.* 121. alter gemellus uterum rupit. *Obſ.* 122. gemelli ſe in partu impedientes funeſto eventu.

Godofredus Bidloo, Profeſſor Anatomes Leidenſis, Archiater Regis Guilielmi III. poëta, medicus, inciſor, etiam chirurgus, qui & manu curabat; in caſtris, & domi bronchotomen feliciter exercuit, cancros reſecuit &c. Multa ſcripſit chirurgici argumenti, quæ ad ſuos annos ægre retuleris, cum ubique numeri annorum in collectione opuſculorum ſint omiſſi: ſingulas vero diſſertatiunculas difficillime reperias. Ita Haller.

Ejus *exercitationum anatomico-chirurgicarum decades duæ.* Leid. 1708. 4. In *decade* I. de *phlyctæna;* de *extraneis in vulneribus eximendis;* de *varicibus;* de *oculo purulento;* de *excreſcentia* maxima ſubito nata *in inguine.* In *dec.* II. de *panno;* de *ungue*, *pinna*, *ala*, & adminiſtratione horum morborum; de *encanthide;* de *exſtirpata viri mamma;* de *oculi prolapſu; de læſo oſſe cribroſo; de ſpina bifida; de leucomate; de exoſtoſium aliquot exemplis* iconibus expreſſis.

Redeunt hæc in *operibus omnibus anatomico-chirurgicis.* Leid. 1715. 4.

Saint Christau, chirurgus civitatis Luxemburg. Ejus *Chirurgie pratique* Luxemburg 1697. 12. eſt breve totius Chirurgiæ compendium, in quo & inſtrumenta, & medicamenta chirurgica reperiuntur. Haller.

Jean Fontrailles. Ejus *traité de Phyſique & de Chirurgie.* Paris 1697. 8.

Paulus Boccone, nunc Sylvius dictus. In ejus *muſæo di Fiſica e di eſperienze* &c. Venez. 1697. 4. quædam habentur de tarantula; dialogus de cancro; numeroſa medicamenta chirurgica. Germanice excerptæ ſunt hæ obſervationes. Jen. 1697. 12.

In *Eph. Nat. Cur.*

Henricus v. Sanden *dec.* III. *ann.* IX. X. *obſ.* 193. de ſteatomate cancroſo pullulante ex articulo genu, eventu funeſto: aderat & tibiæ caries. *Obſ.* 194. anus imperforatus, & rectum inteſtinum in veſicam patens. V. *medicam. chirurg.*

Elias Camerarius, El. Rud. filius, Profeſſor Tubingenſis, celeberrimi Halleri Præceptor, etiam in *E. N. C. dec.* III. *ann.* V. VI. pro a. 1697. & 1698. *obſ.* 41. refert de tumore adipoſo genu corroſivis exaſperato, funeſto eventu; de oſſe femoris carioſo. *Obſ.* 212. laudat cauſtica medicamenta ad auferendos tumores. *Cent.* III. *obſ.* 54. exile in cantho oculi vulnus, indeque magna ſymptomata. *Obſ.* 56. memoria ab ictu occipitis læſa. *Cent.* VI. *obſ.* 34. ſubluxatio dorſi ſponte curata. *Obſ.* 35. faucium tumor felici eventu inciſus. *Obſ.* 36. tumores in collo turbida lympha pleni inciſi, tandem ſanati. *Cent.* IX. *obſ.* 97. abſque machinis reſtitutorum artuum exem-

exempla. *Obſ.* 98. urina cruenta conjuncta cum ani fiſtula. *Vol.* II. *obſ.* 149. mors ſero ſuperveniens a parva cranii fiſſura. In *epiſtolis Taurinenſibus* TUBING. 1711. 8. agitur de morſu viperarum, canis rabidi, tarantulæ; de nova cataractæ theoria; de ſarcohydrocele inſigni.

Ejus *ſyſtema cautelarum medicarum* FRANCF. 1721. 4. de aneuryſmate, calculo, cataractæ natura, & lite WOOLHOUSIANA; de cucurbitulis, ſcrophulis, recentiorum chirurgorum inventis, & opinionibus; de fiſtula lachrymali, fiſſura cranii, extractione fœtus, & herniа. Habentur etiam chirurgorum Gallicorum laudes; animadverſiones obſtetricum in DIONIS.

Ejus diſp. *de gemurſa* PLINIANA *clavi pedis maligniori ſpecie.* TUBING. 1722. 4.

J. HENRICUS VORWALTNER *dec.* III. *ann.* V. VI. *obſ.* 106. fœtus fruſtillatim per umbilicum exemtus. *Obſ.* 109. quartana diuturna excreto calculo ſublata. *Obſ.* 111. in corde cervi innatum fuiſſe globum plumbeum, lignumque in pulmone. *Ann.* VII. VIII. *obſ.* 144. ſarcoma, compreſſo broncho, ſuffocans.

J. MICHAEL METIUS, Jenenſis, *dec.* III. *ann.* V. VI. *obſ.* 166. ſinus fiſtuloſus & alia mala a partu.

J. HENRICH STARCK *obſ.* 167. felix uſus veſicatorii in febri petechiali. *Ann.* VII. VIII. *Obſ.* 57. urina purulenta, tumor intercus ſublatus. *Ann.* IX. X. *obſ.* 170. calculus in canis veſica. *Obſ.* 171. calculus veſicæ cum oſſeo in aorta concremento.

REINHOLD WAGNER *dec.* III. *ann.* V. VI. *obſ.* 179. tumor dextri pectoris pulſans, aneuryſma nempe aortæ. *Obſ.* 180. ilei inteſtini ulcerum ſanatorum exempla. In *nov. Act. Lit. Mar. Balth.* 1699. in magno vulnere abdominis inteſtina tamen pene adglutinata. Ibid. de embryone ſuillo petrefacto; de abſceſſu inguinis ab inteſtino, quod lumbrici perforaverant; de abſceſſu hepatis per urinam & alvum evacuato. *Ann.* 1700. inciſio & judicium de vulnere funeſto diaphragmatis, & hepatis. *Cent.* I. *obſ.* 30. teſticulus hominis oſſeus.

Ejus porro diſp. *de melicera* CELSI, *ſ. ſynovia* præſide C. BARTH. HAFN. 1695.

CASPARUS PETZOLD etiam in *E. N. C. dec.* III. *Ann.* V. VI. *obſ.* 185. tumor pedum, & crurum ab urina retenta ſoluti, ejus fluxu reſtituto.

Ejus *obſervationes medico-chirurgicæ ſelectiores* prodierunt BRESLAU 1715. 8. quas inter chirurgicæ plures occurrunt: uti abſceſſus uteri judicatus effluente pure; ſphacelus ſponte a natura ſanatus, delapſa parte mortua; varices ſponte rupti; fiſtula prope aurem inciſa, curata. Sic pectoris fiſtulæ. Clavicula carioſa exemta, & a callo reſtituta; tumor palpebræ exciſus.

J. Daniel Dolæus *dec.* III. *ann.* V. VI. *obſ.* 255. tumores illos ventriculi verminoſos in cane frequenter reperiri jam monuit. *Obſ.* 258. moles, in abdomine adipoſa, mortis cauſa.

J. Carolus Westphal. *obſ.* 286. ex ulcere pedis clauſo pleuritis, ſputum cruentum, mors ipſa.

J. Abraham Merclin, G. Abrahami filius, *obſ.* 296. ſtylus chirurgicus inter coſtas elapſus, nono demum anno, ex inciſo abſceſſu, exciſus.

Joh. Werner Zoller *obſ.* 102. tendo, nervum vocat, e manu evulſus, nullo in ſenſu aut in motu detrimento. Haller.

Carolus Musitanus, Neapoli Medicinam fecit, cum ſacerdos eſſet, homo ſingularis, ſalium amans, exſcriptor Ettmulleri, improbabilium hiſtoriarum narrator. Ita Haller.

Ejus *Chirurgia theoretico-practica ſ. trutina chirurgico-phyſica.* Genev. 1698. 4. Recuſa cum reliquis operibus Venet. 1716. 1731. fol. Chiva. 1738. fol. Genev. 1733. fol. In parte I. agit *de tumoribus.* Part. II. *de ulceribus* P. III. *de vulneribus*: & nuperis editionibus acceſſit etiam liber *de luxationibus*, & *de fracturis*, & L. *de Lue Venerea.* Genev. 1716.

J. Christoph. Ettner, ſub nomine *des getreuen Eckart's, verwegener chirurgus.* Augspurg 1698. 8.

Georg. Ernest. Stahl. Cum ejus nomine prodiit *Einleitung zur Chirurgie.* Lips. 1730. 8. 1740. 8. Eſt forte codex M. S. prælectionum ab Anonymo editus. Ita Haller. Dein acceſſerunt quatuordecim caſus chirurgici, qui ſeorſim prodierunt cum titulo *elementa Chirurgiæ, manu & methodo Stahliana*, edita Budingen 1727. 8.

Exſtat etiam Stahl *des grundmäſſigen chirurgiſchen Schlüſſel* 24. *Theile.* Leipz. 1742. 8. etſi non ſit magni viri opus. Ita Haller.

In *theoria medico-phyſiologica, & pathologica* Hall. 1708. 4. reperiuntur morbi chirurgici plures: ſed ſolummodo cauſas, & theoriam eorum exponit. V. *calcul.*

J. B. Fantoni. medicus Taurinenſis. Ejus *obſervationes anatomico-medicæ ſelectiores in lucem editæ a filio* Johanne. Turin 1699. 12. Venet. 1713. 4. Genev. 1736. 4. cum filii Johannis operibus. Habet aneuryſma aortæ, tumores aliquos inteſtinorum, & pauca alia huc facientia.

Flamant *veritable medecin contenant pluſieurs pratiques de Medecine, Pharmacie, & Chirurgie, avec pluſieurs remedes ſimples.* Paris 1699. 12.

In *E. N. C. dec.* III. *ann.* VII. VIII. ad 1699. & 1700.

Mathæus Blaeuw *obſ.* 151. a ſpina ventoſa cranium multis foraminibus perterebratum dixit, & multa oſſa fracta.

Joh.

Joh. Tack *obſ.* 153. paracenteſis in hydrope, mors & inteſtina gangrænoſa.

Justus Fridericus Dillenius, Profeſſor Gieſſenſis, magni botanici pater, *obſ.* 163. lienem cani absque noxa excidit. *Obſ.* 166. enſe perforatum abdomen, & aorta arteria læſa. *Obſ.* 168. vulnus aſperæ arteriæ charta ex ſclopo exploſa inflictum, funeſtum. *Ann.* IX. X. *obſ.* 244. calculus uncialis a fœmina excluſus. *Obſ.* 244. incipiens cancer ſanatus. *Obſ.* 247. a nervo, ut videtur, inciſo brachii paralyſis. *Cent.* III. *obſ.* 43. puella atreta. *Cent.* VII. *obſ.* 44. ruptum perinæum ſutura ſanatum. *Obſ.* 46. oſſium pubis infanticidæ articulatio mollis & cerea.

Udalricus Staudiger *dec.* III. *ann.* VII. VIII. *obſ.* 194. venenum apum tertia hebdomade elapſa efficax.

J. Georg. Volkamer, junior, ut Haller putat, *obſ.* 210. de acmellæ vi lithontriptica.

Godofredus Budæus, medicus Budiſſinenſis, in Lusatia *dec.* III. *ann.* VII. VIII. *obſ.* 172. de atrophia a calculo, & ulcere renum nata. *Cent.* II. *obſ.* 104. hydatides in abſceſſu inguinis pullulantes. *Obſ.* 108. lien a concuſſione ruptus.

Idem porro edidit Samuelis Strum, medici Lucavienſis, *miſcellanea medico-chirurgica practica & forenſia.* Görlitz 1731. 4. *Tomum* vero II. pariter a S. Strumio collectum edidit a. 1732. 4. qui Auctor a. 1688. obiiſſe videtur. Budæus autem hunc codicem M. S. cum Bibliotheca Clari Viri emit. Sunt fere collegiorum medicorum de vulneribus relationes, & integra acta, qualia coram judice habebantur, conſcripta. Budæus ex proprio labore *Tomum* III. adjunxit Görlitz 1732. 4. T. 4. 1733. 4.

In *Sammlungen aus allen Theilen der Arzneygelahrtheit der med. Soc. zu Budiſſin* Altenburg 1757. 8. pluſcula ſunt Budæi, aliqua etiam chirurgica. Haller.

Yvonis Gaukes *praxis medico-chirurgica rationalis, ſ. obſervationes medico-chirurgicæ ratiociniis philoſophicis illuſtratæ.* Groning 1700. 8. Emden 1708. 8. Amsterdam 1708. 8. Neapoli 1727. 8. Germanice Dresd. 1709. 8. Sunt viginti hiſtoriæ morborum, ab auctore ſanatorum, cum mechanica expoſitione ſymptomatum ad ſuas cauſas relatorum. Multum hypotheſeos. Ita Haller.

Ejus *introductio in praxin Medicinæ, & Chirurgiæ univerſalem.* Groning. 1727. 8. Etiam materia medica chirurgica.

J. Deodati Blumentrost, *medicus caſtrenſis, exercitui Moſcovitarum præfectus.* Regiom. 1700. 4.

Alexius Littre. Ejus multæ ſunt diſſertationes, inter *commentarios Acad. Scient.* editæ: A. 1700. hernia facta ab ilei inteſt. appendice, ad aliquot exempla. Ut ſtrangulatum, & gangrænoſum inteſtinum curetur, & ut

inteſtini elapſi pars ſuperior ab inferiori dignoſcatur. *A.* 1701. renis calculoſi dedit hiſtoriam. *A.* 1702. calculos duos in membranis veſicæ reperit. Ipſe fœtum de ano fœminæ extraxit. *A.* 1703. de ſacco herniali, qui ſponte ſub annulo ſe clauſerit & conferbuerit. *A.* 1704. vidit inteſtinum ſpontaneo abſceſſu apertum, per quem calculi prodierunt fellei. Suppreſſio lotii a maxima veſicæ urinariæ dilatatione. *A.* 1705. de vulneribus repetitis abdominis ſanatis, & viſcerum ad cicatricem adhæſione. *Hiſt.* 1706. de calculis collectis in cavea præputii infantis phimoſi laborantis. De catello, in quo per hiatum diaphragmatis, cicatrice clauſum, ventriculus in pectus migraverat. *Mem.* 1707. maximum aneuryſma aortæ ſub ſubclaviæ ſiniſtræ origine natum deſcribit, ad maxillam usque adſcendens. In *hiſtoria* dicitur oſtendiſſe in conſeſſu Academiæ veram cataractam membranaceam iridi adnatam, aliamque ante pupillæ aditum protenſam. *A.* 1709. de novo genere tumoris, quem ab adipe vocat *lipoma.* *A.* 1710. proponit, quando rectum inteſtinum in duas partes quaſi ſeceſſit, diſcindi eas, & conſui oportere. *A.* 1712. magnum aneuryſma naſcentis aortæ. *A.* 1713. de emphyſemate, morbo ea ætate parum noto. *A.* 1714. de tumoribus ab aëre natis, viisque per quas aër effunditur; de hernia ventriculi a contuſione nata. *A.* 1716. de deglutitione impedita per indurationem, & tumorem œſophagi, exiguum iter ciborum relinquentem, cum ſaccis pharyngis. HALLER.

JOSEPH BYRON. Ejus codex M. S. *chirurgical obſervations* ſeculi XVII., ut putat HALLER, eſt in codd. HANS SLOANE. *n.* 8847.

Codex Seculi XVII. de Chirurgia ejusque operationibus & inſtrumentis, eſt in B. R. Par. *n.* 7141.

N. J. H. *weitgereiſeter und wohl practicirter Barbierer.* REGENSP. 1700. 8. 1709. 8.

In *E. N. Cur. dec.* III. *ann.* IX. X.

J. HENRICH HOTTINGER, medicus Tigurinus, *obſ.* 89. in corde hydropici calculus. *Obſ.* 90. iſchuria a calculo, ejecto calculo, die ſeptimo ſoluta. *Obſ.* 100. ab ulceribus tibiæ mors gangrænoſa. *Obſ.* 225. vulnus thoracis ſanatum. *Obſ.* 230. enecti a thoracis ulceribus inciſis; *obſ.* 231. & ab umbilicali hernia. *Obſ.* 232. nephritis absque calculo, inciſione demonſtrata.

GUILIELMUS ULRICUS WALDSCHMIDT, J. JACOBI filius, Profeſſor Chilonienſis, *obſ.* 39. de ſabulo aurei ſplendoris in homine ex calculo iſchuria vexato. *Cent.* IX. *obſ.* 68. 69. vulnera veſicæ, ſanatum alterum, alterum lethale. *Obſ.* 70. vulnus abdominis utrinque penetrans ſanatum; *obſ.* 71. & pulmonis vulnus.

In *progr.* agitur de puero, qui 30. libras calculorum excreverit.

DANIEL NEBEL, Profeſſor Heidelbergenſis, *dec.* III. *ann.* IX. X. *obſ.* 120. cum in hydropica juvene abdomen diſſiluiſſet, ſutura injecta, hernia (quæ ſucceſſerat) apta deligatione compreſſa. *Obſ.* 125. tumor aquoſus

ſus maximus femoris funeſtus, femur carie eroſum. *Cent.* VI. *obſ.* 54. a parvo vulnere oculi magna ſymptomata. *Obſ.* 55. funeſtus calculus pelvim renalem exprimens. *Cent.* IX. *obſ.* 59. duo exempla aneuryſmatis aortæ, & utriusque arteriæ emulgentis. *Vol.* I. *obſ.* 15. mors lenta ex tumore maximo cruris. *Obſ.* 16. tumores glanduloſi axillarum concreſcentes cum brachii œdemate. *Obſ.* 17. calculus veſicæ ex ſcroto exciſus, ſequente fiſtula. *Vol.* V. *obſ.* 111. mors ex maximo tumore femoris cum oſſium carie. *Obſ.* 113. mors ex rupta arteria vertebrali.

J. Wilhelm Romberg *dec.* III. *ann.* IX. X. *obſ.* 175. in fractura callus non renatus, & humerus in vulneris ſede flexilis.

Andreas Myrrhen *obſ.* 209. tumor prægrandis de cervice pendulus ſublatus, durus, carneus, oſſeis concrementis miſtus, erodentibus medicamentis deſtructus.

Joh. Moyle, *chirurgus marinus, or the ſea-ſurgeon.* Lond. 1702. 8. min. Hæc quarta eſt editio: priores ignorat Haller.

Ejus *experienced chirurgion.* Lond. 1703. 8.

Ejus *chirurgical memoires being an account of many extraordinary cures which occurred in the auctors practice eſpecially at ſea.* Lond. 1708. 8. min. Multa vulgaria, ſuperſtitioſa; ſed curationes aliquæ magni momenti. Haller.

In *hiſtoria morborum Vratislavienſium*, quæ prodire incepit 1702. 4. & cum præfatione Halleri recuſ. Lausann. 1746. 4. pluſcula ſunt chirurgica: fiſtula a dente evulſo; infans pene, & ano deſtitutus; bubones; epulis; herniæ variæ; ſcroti tumor a pectoris hydrope.

Deliciæ medicæ, & chirurgicæ, oder Anmerkungen &c. 1tes 2. 3. 4. 5. *præſent.* Lips. 1705. 8. conjuncta, & 1703. ad 1705. 6. *præſent.* 1704. 7. 8. 9. 10. *præſent.* 1705. 8. Ita Trewius. Auctor fuit chirurgus Lipſienſis, in re ſeria nimis lepidus. Miſcellanea, inter quæ multæ adnotationes non inutiles intercedunt. Ita Haller.

Roelof Roukema *Heelkonſt.* Amsterd. 1703. 8.

Ejus *naamboek der beroemde genees en heelmeeſters.* Ibid. 1706. 8. Vitæ, & judicia hic continentur.

J. Albergius. Ejus *ſumma tractatuum chirurgicæ praxis. In capite primo diſcurritur de morbis capitis ſolutæ unitatis. In ſecunda de morbis externis humani corporis, de tumoribus, ulceribus, vulneribus, fracturis & luxationibus.* Panorm. 1703. 12.

Idon. Wolf, qui ante medium ſeculum XVII. in variis regionibus manu curaverat. Ejus ſunt *obſervationum medico-chirurgicarum libri duo* editi a filio J. Christiano, medico Quedlinburgenſi, Quedlinb. 1704. 4. Totus liber per experientiam natus eſt, ſed varia addidit editor, etiam a ſe ipſo adnotata. Reperiuntur hic multæ cerebri, & aliarum corporis partium vulnerum hiſtoriæ, multæ militum mortes &c. Haller.

J. Christoph. Goekel *in der Medicine gegründete Wundarzney.* Ulm 1704. 12.

Christoph Helwich, alias Caspar Schroeter, alias Valent. Kraütermann, phyſicus in Tenstadt, Thuringiæ oppido, proprio nomine edidit *Beſchreibung etlicher rarer phyſicaliſch-mediciniſcher, chirurgiſcher, und œconomiſcher Dinge.* Francf. 1704. 8.

Ejus *Chirurgia in nuce.* Mülhausen 1709. 8. 1718. 8.

Ejus caſus & *obſervationes medicinales.* Lips. 1711. 8.

Etiam multa judicia de vulnerum lethifera natura. Non ubique fidendum eſſe credulo huic homini monet Haller.

Ejus *von tödlichen vunden.* Francf. 1713. . .

Ejus *wohlpracticirter Felſcherer, nebſt Beſchreibung eines Feldkaſten.* ibid. 1713. 8.

Valent. Kräutermann *der neu angehende und wohl unterwieſene chirurgus.* Arnstadt 1732. 8.

Ejus *ſicherer Augen-und Zahnarzt.* Ibid. 1732. 8.

Ejus *Medicina conſultatoria, & renunciatoria.* Ibid. 1726. 8.

Poor mans phyſician and ſurgeon. Lond. 1704. 8.

J. Philip. Nenter in *praxi generali & ſpeciali* Argentor. 1721. 4. 2. vol. permultos etiam chirurgicos morbos tractat.

In *præcognitis*, caput de Chirurgia habet. V. *Veſicant.*

J. Ludov. Petit, cujus poſthumum opus nuper prodiit, *traité des maladies chirurgicales & des operations qui leur conviennent, mis au jour par* M. Lense. Paris 1774. 8. 3. vol. Perfectus hactenus codex, etſi non omnes morbos chirurgicos complectitur. Præfatio fuſa, in qua editor Petiti inventa laudat. In T. I. agitur de abſceſſibus; de ſiſtenda per ligaturam arteriæ hæmorrhagia; de vulneribus capitis & aliarum corporis partium; de emphyſemate a longo vulnere; de parotide; de ranula, fuſe; de ſtrumis; de tumoribus variis. In T. II. de tumoribus; de varicibus, herniis, hæmorrhoidibus, fiſtula ani, phimoſi, paraphimoſi. In T. III. de morbis viarum urinariarum; de variis catheteribus, eorumque uſu prudentiori; de calculis; de amputatione artuum; de aneuryſmate vero, & ſpurio; de vitiis frenuli linguæ, & neceſſaria ſubinde inciſione, quoties infans ſugere nequit; de difficili partu hydrocephali pueri. V. *off. morb.*

Colloquia chirurgica, or the whole art of Surgery epitomized and made eaſy according to modern practice. London 1705. 8.

Antonio Ferreyro *Luz verdadera e recupelada, examen de toda la Chirurgia.* Lisbon 1705. fol. Index Hiſpanor.

Christ. Michael. Adolphi diſp. *de ligaturis dolorificis.*

Ejus *de morborum per manuum adtrectationem curatione* redeunt in *triade diſputationum medico-chirurgicarum.* Lips. 1730. 4.

In

In *Eph. Nat. Cur. cent.* V. *obſ.* 92. retulit de herniis hereditariis. *Cent.* VII. *obſ.* 33. pulverem teſtarum cochlearum ad calculum laudat. *Cent.* IX. *obſ.* 77. hydrophobia, ut videtur, ex nucum rancidarum uſu. *Vol.* I. *obſ.* 239. calculus in urethra natus, & in veſicam retrogradus. *Vol.* II. *obſ.* 87. ex calculo cœcitas. *Obſ.* 135. hydrophobia ex tractatione pellis canis rabidi. V. *ſpinam Vent.*

Richardus Wroe in *Phil. Tranſ. n.* 297. de corneis tuberibus, de digitis efflorefcentibus.

N. Regnart ibid. *n.* 301. de acicula reperta in ventriculo gallinæ.

J. B. Morgagni, Forolivienſis, per multos annos anatomes Profeſſor primarius Patavinus, vir eruditione, & ingenii dotibus, facilitate, & multiplicitate laborum ſingularis nullam partem Medicinæ inornatam reliquit, etſi chirurgici argumenti nil ſcripſit. Maxima hujus viri auctoritas fecit, ut eo conſulto Benedictus XIV. ſectionis cæſareæ uſum in nuper extinctis fœminis imperaverit. Hoc edictum reperitur in diari Veneti Orteſchiani Tom. VIII. Ita Haller. Obiit 5. Nov. 1771. æt. 89. Ita Richter.

In *adverſariis anatomicis* I. quæ Bononiæ 1706. 4. Patavii 1719. 4. & alibi prodierunt, agit de ſtrumis, earumque in thyroidea glandula ſede, & natura veſiculoſa.

In *adverſ.* III. Patav. 1717. 4. de clyſmatibus ſubjiciendis; de inteſtinorum diverticulis, & hernia ab ejusmodi diverticulo funeſta. In partu difficilori ſolo oſſa pubis diduci. De hernia veſicæ urinariæ; de acubus in ea repertis.

In *adverſ.* IV. Patav. 1719. 4. de peritonei diverticulis, ea non claudi a ſitu erecto. Vaginæ prolapſum ſe vidiſſe, non uteri.

In *adverſ.* VI. Patav. 1719. 4. de cataracta, & cur ea fere incurabilis ſit; de injectionibus in puncta lachrymalia.

In *diſſertationibus anatomicis* ad Valsalvæ opera Venet. 1740. 4. multa occurrunt ad Chirurgiam facientia: uti in III. de tumoribus morboſis occaſione glandularum veſicularis fabricæ. In IX. iterum de ſtrumis glandulæ thyroideæ varia materie plenis; de verminoſo aneuryſmate; de bronchotomia. In XIII. de vitiis partis ei oppoſitæ, in qua cerebrum læſum eſt. Paralyſis lateris oppoſiti ab eroſis thalamis opticis. In XV. de cordis vulnere. In XVIII. de glaucomate & cataracta, & utriusque diſcrimine. Chirurgum Quarré primum ſedem ſuffuſionis in lente cryſtallina poſuiſſe. De ſignis hujus mali, & origine, ſed in variis animalibus. Raras, ſed aliquas dari, membranaceas cataractas. De deponendæ cataractæ modis, & inſtrumentis; de extracta cataracta per corneam tunicam. Cataracta varia, ejus natura, gradus. Capſulam lentis cryſtallinæ raro, ſed tamen aliquando opacam reddi. Lens diviſa. In XX. de fœtu a compreſſione læſo, quam mater erat paſſa.

In magno ejus opere *de ſedibus, & cauſis morborum per anatomen indagatis.* VENET. 1761. fol. 2. vol. plurima argumenti chirurgici intercedunt. In perfectiſſimo opere partim BONNETI & aliorum de inciſis cadaveribus relationes expenduntur, partim numeroſiſſima ſummi Viri adnotata recenſentur, deſumta pariter ex corporibus inciſis. Agitur præterea de tumoribus; de capitis vulneribus; de morbis veſicæ urinariæ & renum; de fractis, & luxatis; de ſphacelo; de ulceribus; de vulneribus: quæ omnia fuſe & graviter pertractantur, ut omnes veri cupidos ad ipſum opus ableget, idque ut ſtudioſe legant, ſerio hortetur HALLER.

In *opuſculis miſcellaneis* VENET. 1763. fol. in P. I. habetur epiſtola de obſtructione ductuum lachrymalium; de acu in veſicam impulſa; de tunicæ carnoſæ excreſcentia; de ſectionibus calculorum, a FRATRE JACOBO BEAULIEU, PATAVII adminiſtratis. In P. II. de meritis VALSALVÆ commentarius. Epiſtola, num CLEOPATRA ab aſpide icta interiit, in quam ſententiam pronior eſt. Hæc epiſt. excuſa eſt etiam cum *metallotheca* MERCATI. ROM. 1719. fol.

In *Eph. N. C. cent.* V. *obſ.* 26. de acu in veſicam data, calculo incruſtata. *Obſ.* 27. de magno adipoſo tumore.

Ejus *Commentarii* doctiſſimi ad CELSUM, ad ejus viri poſteriores libros toti ad Chirurgiam faciunt. Habetur etiam felix exemplum uteri in partu inverſi, & reſtituti.

In RONCALLI *morborum hiſtoriis* exſtat ejus epiſtola de fractura femoris. Ita HALLER.

Chirurgia curioſa, or operations in Chirurgery regularly methodized by PURMAN with SOLINGENS *figures and* SPRENGELS *cures of all diſeaſes.* LONDON 1706.

J. JACOB BAIER, *ſchediaſma, quo inſtitutum ſuum de* AUR. CORN. CELSO ad majorem utilitatem accommodando aperit. ALTDORF 1720. 4. Quem hic promittit CELSUM, eum nunquam edidit. Ita HALLER.

In *adagiis* NORIMB. 1718. 4. ultima ſunt chirurgici argumenti. Voces veterum aliquas medicas interpretatur.

Ejus etiam *Jatroliptica veterum.* 1723. 4.

In *Eph N. C. cent.* VI. *obſ.* 98. narrat de funeſta lienis ruptura. *Obſ.* 99. de ſanato aſperæ arteriæ vulnere. *Cent.* VII. *obſ.* 4. magnum fragmentum maxillæ inferioris callo reparatum. *Obſ.* 5. oſſiculum, quod in gula per annum hæſerat, cum pure ejectum. *Vol.* III. *obſ.* 122. funeſtum veſicæ ulcus, & ampliſſimi ureteres, absque calculo. V. *obſt. art.*

FRANÇOIS GIGOT DE LA PEYRONIE, ingenioſus & felix chirurgus, qui ad dignitatem primarii chirurgi Regii pervenit, adque magnas divitias, quas potiſſimum ad ornamenta collegii chirurgorum expendit. Ei debetur potiſſimum Academia chirurgorum a. 1731. inſtituta, & a. 1743. novis legi-

legibus, & privilegiis ornata. Majores libros nullos ſcripſit; inter commentarios autem Monſpelienſes, & Pariſinos aliqui ejus labores reperiuntur. Primum a. 1707. prælegit in Academiæ Monſpelienſis conſeſſu de evulſo tendine flexore pollicis, absque ullo ſymptomate curato. Hic habetur etiam de uſu balnei aquæ Balarucenſis, aut lixivii, ad tendinum vulnera laudatæ. Excuſus eſt liber inter *Memoires de l'Acad. Roy de* MONTPELL. LION. 1766. 4.

Ejus *obſ.* de ſarcomate ex uteri cavea prominente. Id forcipe abſcidit, deinde uterum diviſit, & forcipe reliquam extractionem abſolvit, hæmorrhagiam compeſcuit, felici eventu. *A.* 1712. prælegit in *Soc. Reg. Monſp.* de inſigni curatione viri, cui os frontis pene totum a carie conſumtum erat. Ea curatio exſtat etiam in SANCASSANI collectione; & in Lugdunenſi editione *commentariorum Monſpelienſium.* LION 1766. 4.

In *Mem. de l'Acad. de Chirurgie* T. I. prælegit de hernia cum gangræna conjuncta. Ita HALLER.

J. GUILIELMUS PAULI, Profeſſor Lipſienſis, ad J. VAN HORNE *microtechnen.* LIPS. 1707. 8. plurimas adnotationes adjecit, & recentiora inventa antiquis junxit. Oſſa dudum ante nuperos negat transverſim frangi.

BENJAMIN BENEDICT. PETERMAN, medicus Lipſienſis, edidit *obſervationum medicarum decades* III. LIPS. 1707. 8. Pauca huc faciunt: uti de vulnere abdominis magno, cum elapſu inteſtinorum, tamen ſanato.

JOH. PHIL. ROHTEN *lexicon chirurgicum.* WISMAR 1707. 4. 1721. 8. LUBEK 1720. 8. alii 1743. 8. 1761. 8. Eſt populare compendium chirurgicum, multis cum formulis.

Aucta etiam appendice edidit NUCKII *chirurgiſche Handgriffe und experimenten* Germanice verſa LUBEK und WISMAR 1709. 8.

Ejus *ſicherer und allzeit fertiger chirurgus, oder kurze Einleitung zur Arzneykunſt.* LUBEK 1734. 8.

J. AMEDÉE LE FORT, *methode facile & ſimple pour guerir quelques maladies tant internes qu'externes.* GENEV. 1707. 12. alii 1708.

Ejus *d'une tumeur ſinguliere....* 1712. Ita LEU.

Ejus *avis ſur l'operation du periné à l'egard d'un ſeptuagenaire travaillé d'un retention d'urine.* GENEV. 1719. Idem LEU.

PHILIP. HECQUET, *la Chirurgie des pauvres.* PARIS. 1714. 8. 1740. 12. 1749. 12. Germanice AUGSPURG 1767. 8. Omiſſis encheireſibus ſola hic laudat medicamenta.

Cum *lettre ſur l'abus des purgatifs & des amers.* PARIS 1729. 8. addidit aliqua de cataracta, ad quæ F. PETIT reſpondit. V. *Ven ſect.*

HERMANNUS BOERHAAVE, medicorum ſui ævi princeps, neque minus candore, & animi magnitudine conſpicuus, quam excellenti ingenio. Chirurgiam paſſim adtigit magnique fecit, & medicis ejus cognitionem commendavit (a). Ita HALLER.

(a) In *prælect. ad aphor.*

In

In *rei medicæ inſtitutionibus* primum LEIDÆ 1708. 8. dein alibi ſæpe auctis, & recuſis, quædam occurrunt ad Chirurgiam facientia, ut de calculorum origine; de ſcarificatione, phlebotomia, hirudinibus, ophthalmia, iſchuria, & de animalium venenatorum morſu.

Ejus *aphoriſmi de cognoſcendis, & curandis morbis.* LEID. 1713. & alibi editi plurima chirurgica continent, quæ etiam ſeorſim prodierunt cum SWIETENII commentariis PARIS 1753. 12. 2. vol. & notis ANTONII LOUIS 1768. 12. 7. vol.

Et ſeorſim *maladies des femmes groſſes avec un traité des accouchemens* pariter cum notis ANTON. LOUIS. PARIS 1768. 12. Germanice recuſ. DANZIG 1753. 4. vol. 8. Germanice *vom Krebs und Krankheiten der Knochen.* FRANCF. 1765. 8. Agitur de vulnere, ejusque ſymptomatibus; de vulneribus partium ſingularium; de contuſis, fractis, luxatis, inflammatione, abſceſſu, fiſtula, gangræna, combuſtione, ſcirrho, cancro, oſſium morbis, nephritide, calculo, rabie canina, partu difficili, aneuryſmate utroque, etiam de trepani uſu. Ignotus auctor prælectiones in hos aphoriſmos excudi curavit TRAJECT. 1745. 8. 5. vol. Maſculum opus, feſtinationis ferens veſtigia, qua a diſcipulo voces PRÆCEPTORIS collectæ fuerunt, plenum tamen bonæ frugis. HALLER.

Ejus *hiſtoria morbi atrocis, & nondum deſcripti* LEID. 1724. 8. eſt rupti a vomitu œſophagi.

Ejus *hiſtoria morbi atrocis altera* LEID. 1728. 8. cordis a tumore adipoſo eliſi.

In *præfatione* ad ALOYSII LUISINI *collectionem* LEID. 1728. fol. LONDIN. 1728. 8. alias recuſa aliqua huc faciunt.

Iterum LONDINI aliqua ſummi viri *conſilia* ediderunt 1744. 8. Et cura HALLERI recuſa GÖTTING. 1752. 8. auctaque pluſculis reſponſis a doctiſſimo J. STEPHANO BERNHARDO aliisque amicis acceptis, tum propriis. Inter alia narratur caſus de nobilis viri, ipſi HALLERO noti, calculo cum ulcere veſicæ conjuncto, quo in caſu chirurgus DENYS calculum veſicæ expectavit, BOERHAAVIUS ulcus, natura utrumque repræſentavit. In Anglicana editione habentur etiam quædam de abdominis tumoribus; de abortu, fiſtula ani, fungoſo genuum tumore, partu difficili, ſcirrho vario, uteri ulcere ſcirrhoſo.

T. C. *charitable ſurgeon.* LONDON 1708. 8.

MATH. MAYER *in der Chirurgie neu angelegter Luſtgarten.* PRAG. 1708. 8.

DANIEL TOURNER *treatiſe on the diſeaſes incident to the ſkin.* LONDON 1714. 8. 1726. 8. 1731. 8. Gallice 1743. 8. &c. Cum morbis cutaneis tractat etiam ambuſta, animalium morſus, punctiones, & quidem fuſe.

Ejus

Ejus *the art of Surgery.* LOND. 1722. 8. 2. vol. Et appendix a. 1725. 8. Porro totum opus 1732. 8. 2. vol. 1736. 8. eſt compendium cum adnotationibus. V. *fract.*

THOMAS BECKET, chirurgus eruditus, edidit *chirurgical remark occaſioned by the death of a child w'hoſe caſe was printed in that year by* D. TURNNR: *and an account of a wound of the brain by a bullet, with reflexion.* LOND. 1709. 8. recuſ. in *chirurgical tracts.* LOND. 1740. 8.

In eadem collectione reperiuntur ejus *two letters as a free and impartial inquiry into the antiquity and afficacy of touching for the Kings'evil* prius edita 1722. 4. Superſtitionem deridet.

Ejus *de cancro.* LONDON 1712. 8. hic recuſ. Laudat præter omne decus ſuum magnum *diſſolvens*, & curationes ſuas prædicat. HALLER.

JOH. RANBY tres obſervationes. *An introduction to the hiſtory of Phyſik and Surgery*, quam addit CURLIUM vendidiſſe MILWARDO. Non reſpondet famæ viri, & fabellas continet. Ita HALLER.

Ejus *chirurgical obſervations.* LOND. 1740. 8. pariter a morte viri, qui a. 1738. deceſſerat, ſunt adnotationes 41. cum ætiologiis.

Mediciniſches und chirurgiſches Schatzkäſtchen. FR. LEIPZ. 1709. 8.

In NATALIS CHOMEL *dictionnaire œconomique.* LION 1709. fol. ſæpe recuſo, & AMSTERD. 1733. fol. 2. vol. tum ſupplemento ibid. 1740. fol. 2. vol. multa ad morbos chirurgicos faciunt: etiam de animalibus morſu nocentibus agitur.

FRANCISCUS SUAREZ Y RIBERA, Salamanticenſis, PHILIPPI V. Archiater. Ejus *Chirurgia rational Galenico - chimica, ſen operacion de hierro ni juego* P. I. MADRIT 1709. 8.

Ejus *Chirurgia methodica chimica reformada* L. V. ibid. 1719. 4.

Ejus *conſultas y reſpueſtas* ibid. 1721. 4.

Ejus *Chirurgiæ naturalis* L. III. ibid. 1721. 4.

Ejus *Chirurgia ſacra.* Ibid. 1726. 4.

Ejus *Chirurgia triumfante.* Ibid. 1728. 1729. 4. 2. vol.

Ejus *theatro chirurgico anatomico.* Ibid. 1729. 4.

Ejus *ſecretos de Chirurgia extraordinarios.* Ibid. 1734. 4.

Ejus *amœnitates magicæ chirurgicæ & medicæ naturales.* Ibid. 1736. 4.

Ejus *collecion de ſecretos de Medicina y Chirurgia.* Ibid. 1737. 4.

Ejus *academia chirurgica rational.* Ibid. 1739. 4.

Ejus *breviario medico y chirurgico de nuevos y ſelectos ſecretos.* Ibid. 1739. 4. 2. vol. ſub nomine EMANUELIS DE MAYAS.

J. PEREGRINI NUVOLETTI *ſaggi del buon guſto in Chirurgia* 1710. PATAV. 1713. & *ſaggi di Chirurgia.*

C. H. E. D. S. *ſive* CHRISTOPH. HERN. ERNDL. *de itinere Anglico & Batavo relatio.* AMSTERD. 1710. 8. 1711. 8. Potiſſimum de RUYSCHII, & RAVII adnotationibus, & conſiliis loquitur. Alias etiam viri curationes ſe vidiſſe, & PETRI ADRIANI, F. VERDUYN labii leporini ſectionem. Amputationem deſcribit, ſed absque labello.

Idem in *E. N. C. cent.* X. *obſ.* 75. conſilium de trichiaſi, & diſtrichiaſi vitris hemiſphæricis curanda. In *appendice*, & in itinere Grodnenſi aliquæ curationes chirurgicæ reperiuntur.

LAURENTIUS HEISTER *Chirurgiam* Germanice edidit NORIMBERG 1718. 4. 1719. 4. 1724 4. 1731. 4. 1742. 4. 1747. 4. 1763. 4. ut quæque editio priori plenior ſit. Latine, vertente in latiniſſimum ſermonem FROBESIO, *inſtitutiones chirurgicæ.* AMSTERDAM 1739. 4. & plenius 1750. 4. NEAPOLI 1759. 4. Editio Latina multo plenior eſt quam Germanica. Anglice LONDON 1748. 4. 1750. 4. 1761. 4. Hiſpanice, vertente ANDREA GARCIA VASQUEZ, chirurgo regio, MADRIT 1747. 1748. 4. 2. vol. Belgice, edente & notas adjiciente HENRICO UYLHOORN, AMSTERDAM 1741. 4. 1754. 4. Hæ omnes editiones ad primam Latinam factæ ſunt. Gallice vertente PAUL. AVIGNON 1770. 4. 2. vol. & 8. 4. vol. Italice 1765. 4. Pleniſſimum hactenus artis chirurgicæ compendium. Legerat enim & ipſe pene omnia, quæ ad hunc finem ſcripta fuerant, & ſua addiderat per experientiam nata. Quæ plene ab aliis tractata fuerant, ut PETITI liber de oſſibus, ea fere ſua fecit; & ea ſupplevit, quæ alibi minus perfecta videbantur. Seriem fere inventorum ſolet ſuppeditare, variasque adminiſtrationes, & inſtrumenta ab aliis & aliis perfecta: deinde quæ ipſe utiliora vidiſſet, & eſſet expertus, peculiares etiam ſubinde adnotationes, adſpergit. Totum ambitum Chirurgiæ percurrit, & plurima bona præſtitit. Ita HALLER.

Compendium etiam hujus operis edidit cum titulo *kleine Chirurgie.* NÜRNBERG 1747. 8. quo ſimplex adminiſtrationum deſcriptio continetur. Belgice verſum *kort begryp der heelkonde.* AMSTERDAM 1764. 8.

Ejus porro *de ſuperfluis & noxiis quibusdam in Chirurgia* ALTDORF. 1719. 4. inſtrumenta, medicamenta, etiam adminiſtrationes continet.

Ejus *de Anatomes ſublimioris utilitate in Medicina, & Chirurgia.* HELMSTADT 1728. 4.

Ejus *obſervationes medicæ miſcellaneæ theoreticæ & practicæ* reſp. MOEBIO. HELMSTADT 1730. 4.

Ejus *de Anatomes majori in Chirurgia, quam in Medicina neceſſitate.* Ibid. 1737. 4.

Ejus *programma, quo iniquum Lipſienſium judicium de nova inſtitutionum chirurgicarum editione Latina enervat.* Ibid. 1752. 4.

Ejus *de apoplexia remediis magis chirurgicis curanda.* Ibid. 1752. 4.

Numeroſæ etiam in *diariis* adnotationes HEISTERI exſtant.

In

In *Eph. Nat. Cur. cent.* II. *obſ.* 196. primum exemplum ſedis cataractæ in lente cryſtallina. *Cent.* IV. *obſ.* 188. calvaria funeſto eventu charta maſticata perforata. *Obſ.* 189. meliceris de ſuperiore palpebra excifa. *Obſ.* 191. pharyngotomus occultus, quem a chirurgo Gallo habuit. *Obſ.* 193. anus infantis clauſus cum recti inteſtini defectu. *Obſ.* 197. lien cani exciſus, qui in *centur.* VI. *obſ.* 25. per biennium ſupervixit. *Obſ.* 198. cataracta lactea in cadavere viſa. *Cent.* V. *obſ.* 85. duplex in eodem corpore epiplocele. *Cent.* VIII. *obſ.* 62. calculus labii inferioris exſectus. *Obſ.* 63. uteri & pudendi ulcus funeſtum. *Obſ.* 65. a partu prolapſus vaginæ uteri. *Obſ.* 67 magnus tumor de inteſtino recto remotus. *Obſ.* 68. fiſtula lachrymalis ad Anelii modum curata. *Vol.* I. *obſ.* 175. de lege, qua jubentur medici, puerperæ in ipſo partu defunctæ abdomen aperire. *Obſ.* 176. uterus in partu ruptus. *Obſ.* 180. calculus in bronchiali glandula. *Obſ.* 182. digitus carioſus feliciter amputatus. *Vol.* V. *obſ.* 156. ſphacelus pedis uſu corticis Peruviani ſuppreſſus. *Vol.* VII. *obſ.* 32. arteriæ cruralis vulnus curatum. *Obſ.* 33. inſtrumentum, quo arteria cruralis vulnerata comprimatur, ne in aneuryſma abeat. *Obſ.* 34. arteriam brachialem læſam non poſcere amputationem brachii, cum arteria radialis ſæpe ſuperiori loco ex trunco prodeat. *Vol.* X. *obſ.* 2. in præſtigiatore hernia inſolito loco, ut a ſede conſueta herniæ digito diſtaret. *Obſ.* 3. atretæ retentos menſes inciſione expedivit. *Obſ.* 16. hernia incarcerata ſuppurata, funeſta. *Obſ.* 17. iterum de lithotomiæ Celſianæ, ſ. apparatus parvi præſtantia, & icones.

In *Phil. Tranſ. n.* 371. ex abuſu tincturæ nephriticæ Bontii & cereviſiæ Duchstein plurimos lapillos cum levamine prodiiſſe, qui videantur unius calculi fuiſſe partes. *N.* 417. exemplum calculi ſponte in Veſica fracti.

In *Annal. Acad. Juliæ ann.* 1720. *ſem.* I. oculum cancroſum exſtirpavit. *Ann.* 1726. duo exempla naſcentis aneuryſmatis aortæ; calculorum varietates. Redeunt hæ obſervationes, multæque cum iisdem aliæ in collectione *mediciniſch- chirurgiſch- und anatomiſche Wahrnehmungen*, cujus Tom. I. prodiit Rostock 1759. 4. Sunt 680. adnotationes, quarum plurimæ ex noſocomio caſtrenſi annorum 1708. & 1709. Heistero, tunc militari medico, propriæ. Tom. II. a. 1770. 4. Rostochii edidit P. Wilh. Fridericus Cappel, qui ex ſchedis Auctoris adnotationes ab a. 1721. ad 1758. conſignatas prioribus ſubjecit, quarum numerus eſt 570.

Muſæum etiam A. Vater cum obſervationibus *anatomicis & chirurgicis* edidit, & præfatus eſt Helmstadt 1750. 4.

Petri Dionis *Chirurgiam* Germanice verſam multis notis auxit & emendavit. Augspurg 1722. 8.

Vita viri & elogia prodierunt Helmstadt 1758. fol. cum librorum catalogo. Etiam *inſtrumentorum cenſus* prodiit ibidem. V. *ocul. morb.*

MICHAEL ALBERTI *introductio in Semeiologiam ac Chirurgiam.* HALL. 1719. 4.

Ejus *tentamen lexici realis medicarum obſervationum* Tom.I.HALL. 1727. 4. T. II. ibid. 1731. 4. V. *chir. forenſ.*

JOSEPH. RODRIGUEZ DE ABREU, R. Luſitaniæ Archiater, *lus de cirurgoens deque coſtumao en fermor ordinariament todos os que ſe ambarcano para os partes ultra marinas.* LISBON. 1711. 4.

Bibliotheca anatomica, medica, chirurgica LONDON 1711. 4. 3. vol. ad imitationem collectionis Mangetianæ, diverſa tamen: ad quamque partem corporis humani additi morbi chirurgici, multo plus etiam minorum libellorum, potiſſimum Anglice ſcriptorum, COZENS, RYLEY, aliorum &c. eorumque potius partes recuſæ. Ita HALLER.

J. N. (JOSEPHUS NOLLET, chirurgus) *obſervations curieuſes extraordinaires, qui regardent particulierement la Medecine, & la Chirurgie.* BREST. 1711. 12.

Chirurgiæ militaris compendium, oder neue wohlbewährte Feldſcherkunſt. BASIL. 1711. 8.

PAULUS HIERONYM. BIUMI, medicus Mediolanenſis. Ejus *ſcrutinio d'Anatomia e di Chirurgia.* MILAN. 1712. 8. Senex, multa legit, & paſſim repetit: addictus opinionibus, quas juvenis florentes viderat. Turundarum uſum tuetur. Contra, uſum hirudinum morſibus nocere, accerſere hæmorrhoides. Ita HALLER.

J. OTT. v. HELLWICH *Beſchreibung vieler mediciniſchen, chirurgiſchen, und œconomiſchen Geheimniſſen.* MÜHLHAUSEN 1712. 8.

J. CRUGER *caſus medicus VIII. & X. de mictione in ſomno, ſiphilide, & ulceribus.* DRESD. 1712. 4.

Ejus *affectus chirurgici plerique aphoriſtice & accurate expoſiti* THOREN 1722. 4. opus nullius momenti. Ita HALLER.

ENGELBERT. KÆMPFER in *amœnitatibus exoticis hiſtorico-phyſico-medicis* LEMGOW. 1712. 4. quædam habet ad Chirurgiam facientia. In *faſciculo* II. de bezoar vero, ejusque in animalis ventriculo origine relatio; de ſagittis venenatis; de veneno ſerpentis pileati gangrænas faciente. In *faſc.* III. mumia nativa Perſica, quæ pro ſummo medicamento ad vulnera, & fracturas habetur. Hiſtoria hydroceles endemicæ Malabarum, vulgo Andrum. Niponenſes ſcarificant, & urunt. Moxæ univerſa hiſtoria, & curatio.

HIERONYM. LUDOLF *de Pharmacia & Chirurgia Medicinæ partibus.* ERFORD. 1726. 4.

Ejus *an & quomodo chirurgus in Medicina progreſſus facere poſſit.* Ibid. 1726. 4. V. *vuln.*

Hoc anno 1712. *Ephemerides Naturæ Curioſorum* in ordinem redierunt, quarum editionem belli pericula interruperant: alia vero forma ſucceſſit,

ceſſit, & accuratus numerus duarum centuriarum ad annum usque 1727. quotannis prodiit. Ita HALLER.

In *cent.* I *obſ.* 17. J. DAVID MAUCHART de ſtruma per ſuppurationem conſumta. *Obſ.* 19. vulnus hepatis grave & funeſtum. *Cent.* IV. *obſ.* 186. clavi ſui hiſtoria. *Cent.* V. *obſ.* 32. ab ictu diducta ſutura coronalis, & cranium enormiter fiſſum & fractum. *Obſ.* 35. cancer ex verruca corroſivis tractata. *Obſ.* 36. anthrax, & in ſene, ſanatus. *Cent.* VII. *obſ.* 93. ab exiguo ſilice fragmentum de oſſe frontis excuſſum. *Obſ.* 94. a contuſione maxilla inferior fiſſa, & epulis. *Obſ.* 97. fractura & luxatio vertebræ lumbaris absque magnis ſymptomatibus, poſt annum tamen funeſta. *Obſ.* 98. pes gangrænoſus ſponte deciduus. *Obſ.* 99. ex levi contuſione lente natus enormis in pede fungus. *Cent.* VIII. *obſ.* 15. ex calculo veſicæ aſthma; alia mala inſolita. *Cent.* IX. *obſ.* 33. ex luxatione humeri ſpina ventoſa: ſic *obſ.* 34. ex femoris ſubluxatione, *obſ.* 35. & tarſi. *Obſ.* 36. ſpina ventoſa in carpo funeſta. *Obſ.* 37. diarium funeſtæ hydrophobiæ, ex canis morſu. *Obſ.* 38. ſpina bifida. *Obſ.* 39. ex lapſu graviſſima ſpinæ dorſi contuſio curata. Ex lapſu ſanguis ſuper duram matrem effuſus, eventu, poſt trepani uſum, tamen lethali. *Obſ.* 40. ex lapſu, cranio integro, cerebri putredo.

J. CASPAR GRIMM *cent.* I. *obſ.* 22. de maximo rene calculis inſignis molis pleno. *Vol.* I. *obſ.* 109. ulcus cancroſum faucium ſanatum. *Obſ.* 113. 114. membranulæ cum urina decedentes. *Vol.* II. *obſ.* 22. cor totum ſuppuratum.

GEORG. CHRISTOPH. PETRI DE HARTENFELS, Profeſſor Erfordienſis *cent.* I. *obſ.* 34. inciſio calculoſi, cui ſeptem in veſica calculi. *Obſ.* 37. glandulæ ſcirrhoſæ de mamma ſponte decedentes.

J. ADAM. LOSPICHLER *obſ.* 58. calculus in veſica plenus baccis juniperinis.

MICHAEL ANGELUS MORI *obſ.* 77. uterus plenus calculis.

HECTOR DE VALLE *obſ.* 94. acus crinalis calculoſa cruſta obducta. *Obſ.* 95. calculus uteri fungi ſimilis.

GODFRID DAVID MAJER *cent.* II. *obſ.* 127. ſpina bifida conjuncta cum hydrocephalo. *Obſ.* 140. ſubita ex lapſu morte correptus, carie calvariam habuit perforatam. *Cent.* III. *obſ.* 139. calculoſorum ſymptomata. Pareiram bravam optimum eſſe lithontripticum. *Cent.* VI. *obſ.* 62. ex eryſipelate ulcus graviſſimum genu. *Obſ.* 65. mors a frenulo linguæ incaute reſecto. *Cent.* VIII. *obſ.* 83. vertebræ in vetula crepitantes.

MICHAEL. FRID. LOCHNER *cent.* I. *obſ.* 192. de clavo & gemurſa. In L. *de pareira brava* hujus radicis uſum ad calculum commendat.

J. ADAM GENSEL *obſ.* 193. uterus totus prolapſus, & *obſ.* 195. oculus. *Cent.* III. *obſ.* 80. hydrophobi inciſio. *Cent.* VI. *obſ.* 84. carunculæ in urethra exemplum.

In *Act. Erud.* 1716. de procidentia uteri in febri maligna, reſtituta tamen.

GODOFREDUS THOMASIUS *cent.* I. *obſ.* 199.

C. HOFMANNI epiſtolam de ſede cataractæ edit. Chirurgum Gallum fuiſſe, qui exſugeret.

MICHAEL ERNEST ETTMULLER, MICH. filius, Profeſſor Lipſienſis *Cent.* I. *obſ.* 47. ulcus mammæ ex phthiſi natum. *Vol.* I. *obſ.* 108. idem tumor ſcroti, de quo exſtat WALTHERI diſputatio.

In *E. N. C. vol.* III. *obſ.* 72. vulnus ventriculi ſola quiete ſanatum.

GUILIELMUS CHESELDEN, celebris chirurgus, lithotomus, & inciſor, probe HALLERO notus, cum in ANGLIA degeret. Ejus *Anatomy of human body* prodiit a. 1713. 8. ita HALLER, absque loco: puto LONDON; cum ibi & alter ejus liber de ſectione calculi editus ſit. Tertia editio a. 1726. 8. in qua dedit iconem præcurvæ ſpinæ, tum variæ cariei, & exoſtoſeos, & maxillæ inferioris, quæ deceſſerat. In edit. 1732. 8. acceſſit appendix, ubi habetur relatio de cæco nato, cui CHESELDENIUS cataractam depoſuit, & de ſenſu oculorum, quos primum noſter conceperat. In edit. 1741. 8. nova quædam acceſſerunt. De ſuis in ſecando calculo ſucceſſibus &c.

Cum converſione operis LE DRANIANI, quam THOMAS GATAKER a. 1749. 8. edidit, prodiit *obſervations and a ſet of inſtruments by* G. CHESELDEN. Multæ ſunt icones, ab ipſo CHESELDENIO delineatæ, nova inſtrumenta & adnotationes non paucas continentes.

In *oſteographia or Anatomy of the bones* LONDON 1733. fol. numeroſiſſimæ occurrunt icones oſſium carie corruptorum.

In *phil. tranſ. n.* 402. retulit de inciſione iridis connatæ, cujus ope puero viſum reſtituit, qui nunquam viderat: deſcripſit etiam inſtrumenta, quibus uſus eſt. *N.* 478. deſcribitur felix calculi ſectio ab eo peracta; deinde minus felix effectus medicamenti Stepheniani.

In *collectione Gallica* PARIS 1740. 12. epiſtola exſtat CHESELDENII de CARTERETI calculis, poſt uſum medicamenti Stepheniani in veſica repertis. HALLER.

SEBASTIANUS MELLI, BERNARDI filius, chirurgus Venetus, ſcripſit *pratica chirurgica nelle cure di tutti li tumori, ferite, ulceri ed eſcreſcenze.* VENEZ. 1713. 8. Deinde *il chirurgo ſuegliato overo prattica chirurgica parte* II. VENEZ 1717. 8. Pars utraque VENET. 1724. 8. 1733. 8. vel 1734. 8. 1738. 8. 1740. 8.

Ejus *arte medico-chirurgica eſſaminata da ſuoi principi, e liberata da molti inganni* VENEZ. 1721. 8. in qua ſex diſſertationes locavit, quas vocat *Diſpacci.* Auctoris ſcopus fuit, medicorum & chirurgorum honores ornare. Multas tamen vel proprias, vel amicorum curationes ſæpe intermiſcet, potiſſimum de ulceribus, & aneuryſmatibus.

Ejus

Ejus *ſtoria d'una ferita d'arma di fuoco* ... 8. V. *ven. ſect.*

JOHANNES FANTONI, vir illuſtris, Archiater, qui nondum in provecta ætate mortem obiit, cum patris J. BAPTISTÆ *obſervationibus anatomico-medicis* VENET. 1713. 4. excuſis, ipſe ſcholia edidit erudita ſuasque obſervationes. Duas vidit cerebri hernias alterne ſubſilientes, & ſubſidentes; ex levi vulnere orbitæ diuturnam hemiplegiam. Recuſa ſunt iſta cum *opuſculis medicis & phyſiologicis* GENOV. 1738. 4. additæ epiſtolæ ad MANGETUM. In iis habetur abſceſſus abdominis & amiſſa parte inteſtini, demum integra valetudo reſtituta; extracti ſplenis de homine hiſtoria; fœtus per abdominis abſceſſum exiens; renis ulcus; urinæ ſtillicidium tumentibus proſtatis. HALLER.

RICHARDUS BOULTON. Ejus *ſyſtem of rational and practical Chirurgery* LONDON 1713. 8. eſt compendium curationis medicæ & chirurgicæ. Ex WISEMANNO ſua contraxit, ejusque & formulas retinuit, & adminiſtrationes, & vix propria habet. HALLER.

J. JACOBUS RAU, chirurgus, lithotomus peritiſſimus, Profeſſor denique Leidenſis, cum oratione *de methodo diſcendi Medicinam* LEID. 1713. 4. adnotationem edidit de ano ſecundario ex vulnere nato &c. Oſſa ſpongioſa non debere cauterio tangi, & cariem potius ſcalpris removeri. Celebrem lithotomiam lateralem frequentiſſime ab eo perfeliciter exercitam deſcribit celeber. BERN. SIEGFRIED ALBINUS, quem mox recenſebo. V. *calculi ſect.*

Curatione utebatur ſimpliciſſima ſoloque balſamo ARCÆI, teſte BOERHAAVIO. Teſtimonium exſtat TITSINGII tamen ad digiti longitudinem ipſam inciſiſſe veſicam. Calculum ab adhæſione retentum deſcribit. Nunquam neque veſicam læſit, neque aliud Viſcus. Hæc DENYS. Fæminis calculum ſecabat ut in pueris, non læſa veſica. Ita HALLER.

JOHANNES SALZMANNUS, Profeſſor Argentoratenſis, HALLERI olim amicus, numeroſas dedit diſputationes.

Ejus *de Chirurgia Curtorum prodiit* ARGENTOR. 1713. 4.

CONRAD LUDWIG WALTHER, chirurgus Hallenſis, *mediciniſch-chirurgiſcher Schatz ſonderbarer Anmerkungen.* LEIPZ. 1715. 8. Centum morborum hiſtorias exhibet.

C. L. M. (MOLZER) *obſervationes medico-chirurgicæ* (Germanice) ASCHERSLEBEN 1715. 8. HALLER.

J. CONR. BARCHUSEN, in *collectis Medicinæ practicæ generalis* AMSTERD. 1715. quædam occurrunt de veſicatoriis, hirudinibus, ſcarificatione, uſtione, ſetaceo, vulneribus, abſceſſibus ex morbis orientibus.

Ejus *hiſtoria medicinæ* UTRECHT 1723. 4. in qua agit de artificiis, quibus veteres ſanguinem comprimebant.

J. AN-

J. Andreæ Contarini *Chirurgia practica accommodata all' uſo ſcolareſco.* Padova 1715.

Ferdinandi Caroli Weinhart *nucleus Medicinæ.* Oeniponti 1695. & altera editio ab Auctore emendata ibidem 1709. tandem Patav. 1715. 8. &c. continet etiam morbos chirurgicos.

Martin Gotthelf Loescher. Ejus *obſervationes chirurgicæ medico-practicæ.* Witteberg. 1723. 4. Refert de ulcere abdominis ſinuoſo & tortuoſo, tamen curato; de inciſione cadaveris ſpina ventoſa infecti; de vulnere ſclopetario capitis ſanato; de felici pedis gangrænoſi amputatione; de ſtrumarum curatione, per auxilia parum probabilia, ut ait Haller. V. *calcul.*

In *Eph. Nat. Cur.*

Jac. Christoph. Scherer *cent.* III. IV. *obſ.* 8. de calculis numeroſis per lotium, aliis vero per vomitum rejectis.

Gottfried Klaunig, medicus Vratislavienſis *obſ.* 65. de ulcere cancroſo colli uteri. *Obſ.* 66. carotidis aneuryſma ex vulnere natum ſanatum. *Cent.* VIII. *obſ.* 17. clavus ex muſca in meatu auditorio hærente. *Vol.* II. *obſ.* 12. argentum vivum princeps eſſe ſtrumarum remedium.

In ejus *noſocomio charitatis* Breslau 1718. 4. refertur inciſio hominis demortui ex ani fiſtula, & calculoſi ſteatomate in capitis vertice, ulceris fiſtuloſi cum femoris carie.

Immanuel Weismann *cent.* III. IV. *obſ.* 169. narrat de muliere lithotoca. De eadem proprium libellum edidit Tubing. 1716. 4. Fœmina 30. calculos per alvum poſuit. *Obſ.* 129. iſchuria die decimo funeſta.

David Christian Valther *obſ.* 136. de calculo per anum egeſto.

Gerard Arnold de Vincquedes *obſ.* 158. ulcera faucium curata. *Obſ.* 178. liquor de equino fimo pro remedio adverſus calculum.

Hieronymus Laub, Auguſtanus *obſ.* 162. de paracenteſi ſæpe repetita, ut ſingulis vicibus ad 15. & 40. lib. etiam ad 50. effluerent. *Cent.* V. *obſ.* 12. ren & ureter obſeſſi calculis. *Cent.* VIII. *obſ.* 21. lenta mors, deſtructa a lue venerea calvaria & cerebri parte. *Obſ.* 22. veſica craſſa, in ea calculus. *Cent.* IX. *obſ.* 14. paralyſis ex cerebri apoſtemate. *Cent.* X. lenta mors a fragmento cranii cerebrum comprimente. *Obſ.* 7. ab exiguo pleuræ vulnere mors. *Obſ.* 8. 9. vulnera renum & juncturæ cubiti. *Vol.* I. *obſ.* 148. tumor femoris ſanguine coacto plenus & fragmentis eroſi oſſis femoris. *Obſ.* 149. caries vertebrarum ab ulcere: inde femoris impotentia. *Obſ.* 150. ulcus dorſi cum coſtarum carie. *Obſ.* 151. hernia umbilicalis cum aſthmate. *Vol.* II. Empyema ſolutum abſceſſu ſponte nato. *Obſ.* 19. cor adroſum. *Obſ.* 21. Lien & ren a caſu ab alto rupti. *Obſ.* 22. ſternum & cranium in ſcorbutico carioſum. *Obſ.* 103. coſtarum a ſterno ſeparatarum coalitio per cartilaginem

noviter enaſcentem. *Obſ.* 104. caries ſterni in ſcorbutico. *Obſ.* 105. caries multiplex in rachitico. *Obſ.* 106. parotides ulceroſæ cum abſceſſibus pulmonis & meſenterii conjunctæ. *Obſ.* 109. aorta oſſea.

Societas Medica EDIMBURGI a. 1733. coaluit, quæ ſex tomos edidit diarii, *medical Eſays and obſervations publiſhed by a ſociety in Edinburg.* EDINB. 1733. 8. & alibi 12. Plurimæ hic reperiuntur chirurgicæ obſervationes.

JACOBI CALDER in *T. V. n.* 29. ulcus per quod menſes effluebant.

J. KENNEDY T. I. a vulnere colli diuturnus ſtupor brachii, deinde dolor pollicis enormis, ſoli ceſſurus opio.

J. STEDMAN os non modicum de œſophago exemtum. Ibid. a. 1734. laudat nicotianam ad ſolvendos tumores duros.

PETR. PATON in T. I. cyſtis ex abſceſſu pectoris elapſa.

JACOB JAMIESON in hernia incarcerata gangrænoſum inteſtinum curatum. In Tom. II. per fracturam cranii expulſum a tuſſi cerebrum funeſto eventu; poſt inciſam hydrocelen plurimus ſanguis in ſcrotum effuſus. A. 1735. *n.* 26. de ſteatomate ex pectore cum gula ad abdomen deſcendente. A. 1736. *n.* 29. ulcus hepatis per alvum repurgatum. *N.* 32. fœtus absque recto inteſtino natus. *Tom.* V. *n.* 32. empyema feliciter apertum. *N.* 35. glans penis amputata, & regenerata.

DAVID LAING de magna parte tibiæ exemta, & reparata.

Anonymi in GARENGEOTUM animadverſiones, ob ea, quæ huic viro contra FREINDIUM elapſa fuerant.

EDWARD BARRY de vulnere pulmonis per diaphragma in ipſum hepar penetrante; calculoſi hominis ſcirrhoſa veſica. A. 1736. T. IV. *n.* 4. de uſu cauſticorum cum mercurialibus intus ſumtis conjunctorum, ad tumores duros teſtium.

GILBERT. WAUGH in T. I. tumor œſophagi denique pure ex cyſtide expulſo ſublatus; a vulnere pectoris præcociter clauſo pectoris hydrops.

JOH. INNES T. I. de hydrophobia ex inflammato ventriculo.

ROBERT LEWIS de variis ſymptomatibus ex ventriculi delapſu natis, quem epiploon in hernia deorſum trahebat.

THOM. SIMSON colica diuturna ab oſſiculo pruni in inteſtino hærente. Tom. III. *n.* 18. peſſarium globoſum petiolatum. *N.* 19. in gravida os uteri conſervens. A. 1736. *n.* 20. de tumore *white ſwelling* ſ. de fungo articulari, in quo liberum coagulum oſſeum medio in ſacculo reperit. T. V. de tendinum in ulceribus deceſſione, & exemtione. *N.* 30. tumor colli venæ jugulari proximus feliciter exſtirpatus. *N.* 29. ſcalpellum ad incidendum fœtum, cultello de annulo cavo eminente.

In *journal de Trevoux* 1733. April. non raro in lente cryſtallina puncta alterata apparere; bis cataractam cum glaucomate vitrei humoris conjunctam fuiſſe.

ALEXANDER MONRO, celebris chirurgus, & Profeſſor, Pater ALEXANDRI medici, plurimis libellis *Acta Edimburgenſia* ornavit. *Anno* I. & II. de luxatione maxillæ aliqua tradidit. Ib. *n.* 18. de paracenteſi abdominis perficienda cinguli ope, quo firmius abdomen ſuſtineatur. A. 1734. ſ. *Tom.* II. de vulnere ductus ſalivalis curato; de aneuryſmate arteriæ brachialis, & difficultate nata ab anaſtomoſibus ſuperiorum ramorum cum inferioribus. A. 1735. T. III. *n.* 15. de morbis viarum lachrymalium. *N.* 17. de vera uteri in trimeſtri puella procidentia. A. 1736. T. IV. *n.* 17. de aneuryſmate ligato, curato. *N.* 18. de albo genu tumore cum pure in articulo, muco in celluloſam telam effuſo. *N.* 19. pars cartilaginis tibiæ ab oſſe recedens & oſſea. *N.* 21. ulceris tibiæ cum carie exemplum amputatione ſanati. *N.* 22. fuſior diſſ. de amputatione artuum. In T. V. plurimas habet diſſertationes. *N.* 10. de corticis Peruviani felici uſu in gangræna. *N.* 20. integram diſſ. de hernia umbilicali. *N.* 21. de hydrocele, ſarcocele, aliisque ſpuriis herniis. *N.* 24. fuſam diſſ. de carie varia, & exoſtoſi. *N.* 26. exempla vaſorum lymphaticorum læſorum. *N.* 31. de ichore cruento in cancroſa mamma collecto. *N.* 41. inſtrumenta varia, propria induſtria perfecta, cultellos, forfices, etiam dentarias forcipes, *biſtouri caché*, trep. Lithot. cathet. &c. *N.* 54. in cataracta vidit lentem cryſtallinam minorem, opacam, inæqualem, capſulam opacam. *N.* 68. ureteres exiguis calculis obſtructos. In addendis ad novam editionem 1752. aliqua adjecit ad curationem hydroceles; de cancro mammæ; de arteria ſpermatica, quæ ſemper ligari debeat poſt caſtrationem.

In *Eſſays and obſſ. phyſical and literary read. before a ſociety in Edimburg* EDIMB. 1754. 8. retulit de tendine Achillis ſibi in ſaltando rupto, & ſolo apto ſitu curato. In T. II. 1756. 8. de calculis per vias variis locis natis & egeſtis; de procidentia ani; de fœtu per ruptum uterum in abdomen elapſo.

DIDACI ROBLES, chirurgi, *compendio chirurgico util e provecoſo a ſus profeſſores ed. V. van anadidos quatro tratados, que tratan de tumores parvos, de fracturas en general, de dislocationes, de fuentes, ſedales, y diverſidad de actuales cauterios, que en la operacion de la Chirurgia ſe deve exſercitar.* MADRIT. 1733. fol. Diſcipulum fuiſſe LUDOVICI RODRIGUEZ DE PEDROSO Profeſſoris Salamanticenſis, magni medici, SEGUER, teſtatur, qui DIDACI opus ſatis probat.

D. J. ZENGVARDINUS, chirurgus claſſicus. Ejus *genees en heelkondige aanmerkingen als mede ontdekkinge wegens eenige fouten van meeſt alle de tegen natuurlyken geſwellen.* AMSTERDAM 1734. 8. Sibi placet auctor:

acris

acris in corripiendis medicis, aliisque etiam chirurgis, ipſi HEISTERO infenſus. HALLER.

JOH. ATKINS, chirurgus claſſicus, qui AFRICAM adiit. Ejus *navy ſurgeon, or practical ſyſtem of ſurgery.* LONDON 1734. 8. 1738. 8. Plura ſunt capita: huc vero pertinent, quæ habet de ſcrophulis fracturis, luxationibus, amputationibus, vulneribus, ambuſtis, herniis; de officiis chirurgi claſſici Anglici. Curationes proprias, etiam infelices, ſincere enarrat; rariores operationes non vidit, uti ſectionem herniæ, aneuryſma &c. dedit quoque catalogum agyrtarum Londinenſium. HALLER.

CLAUDE du BAN *idée des principes de Chirurgie.* DRESDEN 1734. 8. Germanice *Begriff der Grundſätze der Wundarzneykunſt.* DRESD. 1734. 8. cum Gallico textu.

J. GEORG. WAGNER, celebris clinicus Lubecenſis, notas addidit ad J. PHILIPPI ROHTE *ſicheren und allzeit fertigen chirurgum.* LUBECK 1734. 8.

HYAC. THEOD. BARON, filius, *E. in chirurgicis naturæ medicatricis efficaciam adgnoſcit Medicina militaris.* PARIS 1750. 4. V. *ven. ſect.*

In *Eſſays of a ſociety at Edimburgh* T. II. a. 1734.

J. ARMSTRONG, medicus, de medicamentis topicis & eorum penetratione theoria.

JOH. MACGILL aneuryſma ſpurium a venæ ſectione infelici natum arteria bis ligata ſanavit. In T. V. *n.* 71. veſicæ partem inferiorem tumor cartilagineus ambiebat, & veſica quaſi in duo cava diviſa erat, & in ea decem calculi.

FRANCISCUS PRINGLE, medicorum Edinburgenſium præſes, de tumore duro in œſophagi tubo deglutitionem intercipiente; de iſchuria recidiva. T. III. *n.* 28. aquæ hydropicæ effuſæ per umbilicum ſponte ruptum.

JOH. TAYLOR, medicus Edinenſis, de gula in duritiem exulceratam degenerante, & deglutitionem impediente.

JACOB DUNDASS ab ulcere jecinoris icterus.

GEORG. BALDERSTON in iſchuria ren alter mire diſtentus, calculis plenus.

In *Comm. Litt. Nor.* 1734.

J. ANTON. FRIDERICI *h.* 6. grandis calculi veſicalis exemplum.

FRANCISCUS DE ZIEGLER, Scaphuſinus, Rintelienſis Profeſſor, *h.* 7. de capitis vulneribus quædam; de cicatrice in corde viſa.

J. ANDREAS SEGNER, HALLERI affinis, celebris mathematicus; *h.* 12. 16. agit de fiſtula umbilici, in puella nondum nata. *Hebd.* 22. de unguibus in cornua degenerantibus.

J. DAN. RUCKER *h.* 25. in oculorum morbis veſicantia laudat.

Ern. Frid. Schmidt. *h.* 9. de iſchuria in calculoſo clyſteribus ſuperata. *H.* 34. de rupto hepatis apoſtemate.

Albertus de Haller, Magni Boerhaavii diſcipulus. Dominus in Goumoens le Jux & Eclagnens. Societatis Reg. Gœttingenſis, & Oeconomiæ Bernen. Præſes; Acad. Reg. Scient. Pariſinæ. Acad. Imp. Nat. Cur. Boruſſ. Suec. Bonon. Arcadicæ; Acad. Reg. chirurgorum Pariſ. Socc. Reg. Britt. Bot. Flor. Bavaricæ, Helvetiæ Coll. Med. Edinburgenſium Sodalis. In ſupremo ſenatu Reip. Bernen. Ducentum Vir; illuſtris & in arte celeberrimus, toti literario orbi ob multiplicia & egregia ſua opera notiſſimus, cui Medicina plurimum debet, cum indefeſſo & ad ultimos usque vitæ dies protracto labore omnes Medicinæ partes illuſtrare conatus ſit, quem nuper mors ad optatam quidem ſenectutem perductum nobis abſtulit. Is etſi chirurgiæ per ſeptemdecim annos Profeſſor fuit, etſi etiam in cadaveribus difficillimas adminiſtrationes chirurgicas frequenter oſtendit non tamen unquam vivum hominem incidere ſuſtinuit, nimis, ne noceret, veritus: multis tamen curationibus adfuit, & conſilia ſua impertivit, viſaque in adverſaria retulit, Parisiis etiam in noſocomio charitatis curantes chirurgos ſecutus eſt; quasdam vero chirurgicas obſervationes proprias recenſet in T. II. p. 171. *Bibliothecæ chir.* Ipse porro ait ſe primum in *Commercio Norico* 1734. *h.* 24. retuliſſe de pueri diu incontinentia urinæ laborantis inciſione, cui ren alter purulentus, proſtata ſcirrhoſa, & congenita erat phimoſis, absque calculis.

H. 45. retulit de primis Johannis Taylor (quocum a. 1725. Boerhaavium audiverat) demonſtrationibus, quas Bernæ cominus vidit.

A. 1735. *h.* 14. primum herniam dixit congenitam, patulum ſcilicet oſtium teſtem in ſcrotum ex abdomine ducturum, per quod inteſtinum facile poſſet elabi; monuit etiam, veſicam eo altius ſuper os pubis adſcendere, quo junior fuerit homo. Programmata etiam pluſcula chirurgici argumenti dedit.

In programmate Götting. 1738. 4. edito egit de fuſo in ſinum frontalem adacto, qui novem abinde menſibus ſponte erupit.

In progr. ad diſp. cl. Langhansii gibbum ſolicite deſcripſit, qui fiebat coſtarum parte oſſea emollita, & depreſſa; tum curvatæ dorſalis ſpinæ exempla recenſuit.

In progr. ad diſp. cl. Zinnii 1749. 4. aneuryſma aortæ deſcripſit.

In progr. ad diſp. cl. Armbster 1749. 4. de ulcere inteſtini coli in ventriculum patente egit.

In progr. ad diſp. Stedingii 1749. 4. cœpit de herniis agere congenitis, idque penſum continuavit in program. ad diſp. cl. Vaetterli 1753. 4. Dicit ſe detexiſſe, teſtes in omni fœtu vere intra abdomen reperiri; adeſſe etiam cylindricum celluloſum proceſſum, qui in ſcrotum ducat,

a

a quo fœtus hactenus per peritonæum excludatur, quod debile, tamen clauſum ſit.

In progr. ad diſp. cl. SCHMIDII 1749. 4. & in altero ad cl. VOSSE diſp. 1749. 4. ruptorum in partu uterorum exempla produxit. Germanice redierunt in WALBAUMII editione obſervationum LEVRETI.

In progr. ad diſp. cl. NOREENII 1749. 4. graviſſimis de morbis dixit, in quibus uterus cum ſuis vaſis eroſus, ureter autem a ſcirrho compreſſus, & ren mire diſtentus erat.

In alio a. 1753. 4. eroſa erat vagina uterusque & veſica.

In progr. ad diſp. cl. WALBAUMII 1749. 4. Sententiam ſuam dixit de oſſeis cruſtis, quæ præter naturam in arteriarum tunicis oriuntur. In *Suecicis Actis* recuſ. 1750.

In progr. ad diſp. cl. SPROEGELII 1753. 4. callum pleuræ adjacentem deſcripſit, ejusdem indolis, & ſimile pariter concrementum in dura cerebri membrana; in ulceroſo corde lapidem, & mirificum lapideum in oculo ſcyphum retinæ ſedem tenentem; denique oſſium emollitorum exempla.

In progr. ad cl. virorum CASTELLI & REMI diſp. 1753. 4. deſcripſit verum jamjam ruptioni vicinum carotidis arteriæ aneuryſma, & ſcirrhum in muſculo maſtoideo.

Ad diſp. cl. VAETTERLI a. 1753. 4. exomphalum congenitum aliasque hernias deſcripſit. Redeunt hæc omnia in *opuſculis pathologicis.* LAUSANNÆ 1753. 8. 1768. 8. NEAPOL. 1755. 8. VENEZ. 1755. 8. LOND. 1756. 8. inque *operum anatomicorum minorum* tertio Vol. LAUS. 1768. 4. in quo volumine alia habentur etiam chirurgica obſervata.

Edidit *diſputationum chirurgicarum collectionem* tomis quinque comprehenſam, LAUSANNÆ 1755. 4. Germanice LEIPZ. 1777. 8.

Earum quoddam quaſi compendium Gallice prodiit cum titulo *collection de theſes chirurgicales.* PARIS 1757. 12. ſqq. ad a. 1760. 5. vol.

Etiam *diſputationes practicæ* ab a. 1756. ad 1760. 4. LAUSANNÆ excuſæ huc faciunt.

Dicit ſe nondum vidiſſe librum *medical chirurgical anatomical caſes and experiments communicated by* HALLER &c. LOND. 1758. 8. Belgice *uytgeleezene heelkondige verhandelingen en waarnemingen uyt Haller* &c. ROTERDAM 1759. 8.

Ejus *Bibliotheca chirurgica, qua ſcripta ad artem chirurgicam facientia a rerum initiis recenſentur.* BERNÆ & BASIL. 1774. & 1775. 4. Quantum quoque hac in re præſtiterit HALLERUS, aliorum eſto judicium. Celeb. RICHTER (a) præſtantiam hujus bibliothecæ idiomate Germanico ſic probat: magno hocce atque utiliſſimo opere infinita ſibi merita etiam

(a) *In chirurgiſcher Bibl. des 3. Bandes 4. Stück. p. 706.*

etiam in Chirurgia comparavit de Haller: ab omnibus chirurgis veneratio, æſtimatio & gratitudo ei debetur; ipſius enim artis hiſtorias, ejus divitias, totque celebres auctores, qui eandem coluerunt, & ad altiorem ſenſim gradum elevarunt, omnia denique ſcripta ab iisdem hinc inde ſparſa, & poſteritati relicta a primis jam temporibus ad noſtra usque collegit, judicavit, hæc vel illa merito præ reliquis commendavit, & illis exhibuit ita, ut uno quaſi intuitu hæc omnia perſpicere valeant. Paucis: hoc opus ab unico Hallero nobis erat expectandum. Hoc ipſo & ego potiſſimum uſus ſum, ut in præfatione dixi.

Eloge de M. Alb. Haller, *lu dans une aſſemblée publique de la ſocieté Economique de* Berne. 1778. 8.

Lobrede auf Albert Haller. Bern. 1778. 8.

Pierre Desault diſſ. *de Medicine* T. III. Paris 1736. 12. Inter eas tertius tomus eſt *ſur la pierre des reins, & de la veſſie.*

In T. II. 1738. 12. exſtat diſſ. *de rabie canina.*

Societas Hispalensis *varias diſſertationes medicas theorico-practicas, anatomico-chirurgicas, chymico-pharmaceuticas anunciadas y publicamente defendidas en la R. Societa de Sevilla,* edidit Hispali 1736. 4.

Diſſ. III. eſt J. Galante, chirurgi, de polypo narium.

Diſſ. VII. Ludov. Montero, chirurgi, de gangræna & ſphacelo.

Diſſ. VIII. Georg. Arias, chirurgi, de curatione vulnerum capitis cum fractura cranii, & aliquot laminarum, aut omnium.

Diſſ. ... Didaci Gaviana, medici, de inflammatione in genere.

Diſſ. XIII. Ludov. Montero, de lithotomo ejusque adminiſtratione.

Diſſ. XIV. Caspar. Pellecer, de vulneribus capitis, & terebratione cranii.

Diſſ. XVI. Georg. Arias de Leon, chirurgi, in aphor. 45. S. VI.

Anno 1736. prodire cœpit diarium cum titulo *ſelectorum Francofurtenſium, Anatomen, Chirurgiam, Materiam medicam, & univerſam Medicinam illuſtrantium.* Francof. ad Viadr. Vol. I. 1736. 8.

Joseph Anton Fortezza, med. chirurgus, *medula de la Chirurgia explicada, cartilla, impugnada* D. Porras *defendido.* Madrit 1737. 4.

Die gründliche Einleitung in die Chirurgie mit den neueſten obſervationen vermehrt. F. Leipz. 1737. 8.

A. Philip. Queitsch *totius corporis Medicinæ archetypus.* Francof. ad Viadr. 1737. fol. Exſtat etiam tabula iſagogica ad chirurgicum ſtudium.

In *Eſſ. of a ſociety ad Edinburg* T. V. qui reſpondet anno 1737. etſi demum a. 1742. & 1744. prodiit. Joh. Love *n.* 9. lignum guajaci in cancro & tumoribus malignis laudat.

Dun-

DUNCAN BAYNE puerum ſanavit, cui calvaria ab equo fracta fuerat, & pars cerebri amiſſa.

WILLIAM COOKESLEY *n.* 33. in hernia partem inteſtini gangrænoſam amputavit, felici eventu.

JOSIAS COLE *n.* 34. retulit de abſceſſu abdominis, de quo oſſicula ceraſorum & prunorum deceſſerunt, felici eventu.

JOH. GEMMEL de tumore circa anum prægrandi partum impediente.

DUNCAN STEWART *n.* 37. vidit ſectionem cæſaream feliciter eveniſſe.

GABRIEL KING *n.* 38. de puero partim per inciſum abdomen, partim per alvum excreto.

WILLIAM JOHNSTON de oſſe tibiæ educto & regenerato. *N.* 63. hydrops aſcites ortus a tumore de umbilico dependente.

ANDR. PLUMMER *n.* 51. rabies canina funeſta.

CARL. ALSTON DOUGLAS *n.* 60. phthiſis a tumore externo nata.

PATRIK MURRAY *n.* 62. tumor ſingularis abdominis cum hydrope, ſolutus diureticis.

J. ERNEST HEBENSTREIT *de partium coaleſcentia morboſa.* LIPS. 1748. 4.

Ejus *de Chirurgia partium mollium.* Ib. 1753.

Ejus *de Chirurgia efficaciori eorum, quæ auferenda vel reponenda ſunt.* Ib. 1754. 4. V. *obſt. art.*

ZACHARIAS VOGEL. Ejus *merkwürdige Krankengeſchicht und nützliche Erfahrungen aus der Geneskunſt und Wundarzney, erſte Sammlung.* ROSTOCK und WISMAR 1756. 8. Aliquæ obſervationes ſunt de ſarcocele, & ſpermatocele.

Ejus *anatomiſche, chirurgiſche und mediciniſche Beobachtungen, und Unterſuchungen.* ROSTOK 1759. 8. anne differunt?

Idem in *Nov. Act. E. N. C. Vol.* II. *obſ.* 61. calculus ex veſica fellea exciſus. *Obſ.* 62. cancer mammæ a contuſione feliciter amputatus. *Obſ.* 63. cancer a cauſa interna feliciter extirpatus, ſed in genitalibus funeſto eventu recrudeſcens. *Obſ.* 64. maxilla inferior retrorſum luxata reſtituta. *Vol.* III. *obſ.* 22. cataractæ extractio DAVIELIANA. *Obſ.* 42. labium leporinum inſigne, & palatum dividens.

In *appendice* de ſarcocele integer tractatus.

In *Hamb. Magaz.* T. XXIV. agit de incidenda fellis veſica, ad excindendos calculos; addit felicis operationis exemplum. V. *hern.*

SAMUEL SCHAARSCHMIDT, medicus Berolinenſis, & aliquamdiu Archiater, inſignis clinicus, paſſim in Chirurgia etiam perficienda laboravit. HALLER.

Ejus *Mediciniſchen, und chirurgiſchen Berliniſchen wochentlichen Berichten* Annus I. ſ. *erſter Jahrgang* anni 1738. eſt recuſus a. 1742. 4. in quo exempla dat aliqua de ulceribus, calculis, de carie ſanata oſſis occipitis, de vulneribus, de ano clauſo feliciter aperto, de felici amputatione brachii carioſi, de herniis incarceratis feliciter ſectis.

T. II. *anni* 1739. edit. BERLIN. a. 1742. 4. de homine, qui ſibi ipſi crus felici eventu amputavit; de ſcroto gangrænoſo reſecto & reparato; de vulneribus; de amputatione pedis; de otalgia; de vulneribus capitis in genere; de clavo; de funeſtis tumoribus glandularum axillarium; de paronychia.

T. III. *a.* 1740. BERL. 1743. 4. de amputatione pedis gangrænoſi; de herniis; de ulceribus, vulneribus; de labio leporino.

T. IV. prodiit ib. 1745. 4. de herniis; de vulneribus præcipue ſclopetariis tractatus.

T. V. 1746. 4. de morbis venereis. Iterum de vulneribus ſclopetariis; de amputatione; de vulneribus capitis; de ſectione calculi.

T. VI. ib. 1748. 4. Eum annum a fratre inceptum AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT perfecit. De vulneribus; de fractura tibiæ; de eryſipelate in abſceſſum tranſeunte.

Ejus *Anweiſung zu dem ſtudio medico-chirurgico, welche die Pathologie, Chirurgie und Praxis in ſich hält.* BERLIN 1752. 1754. 8. 3. vol. edente ERNESTO ANTONIO NICOLAI. Sed clinici potius eſt quam chirurgici argumenti. HALLER.

GEORGE DE LA FAYE, chirurgus Pariſinus, & Profeſſor. Ejus ſunt *principes de Chirurgie.* PARIS 1738. 12. 1744. 12. 1747. 12. 1757. 12. 1761. 12. 1773. Ita PORTAL. Germanice BERLIN 1754. 8. STRASBURG 1751. 8. 1763. Verſio Germanica non laudabilis. Italice 1751. 8. Hiſpanice MADRIT 1761. Suecice cum notis cl. SCHUTZERI STOCKHOLM 1763. Prima editio auctoris nomine caret. HALLER.

ELIAS COL DE VILLARS, medicus Pariſinus. Ejus *cours de Chirurgie dicté aux écoles de Medecine,* T. I. II. PARIS 1738. 12. 1752. 12. T. III. ib. 1741. 12. 1746. 12. P. T. IV. ib. 1741. 12. 1747. 12. reliqua non ſunt ELIÆ. Germanice ALTONA 1747. 8. 5. fol. Opus collectitium, neque ex optimis fontibus. HALLER.

CAJETANUS TACCONI. Ejus *de raris quibusdam hepatis aliorumque viſcerum adfectibus obſervationes* in *Mem. de Valent'uomini* T. II. LUCCA 1744. 8. De vulneribus, ex quibus vermes prodierant; de hernia crurali ab ileo inteſtino egreſſo, fundente lumbricos; de hernia in virgine ſanata, ſacco herniali imo ob gangrænam reſecto & ligato; de inteſtino leviter cultro vulnerato, inque gangrænam verſo & tamen ſanato.

Ejus

Ejus *de nonnullis cranii oſſiumque fracturis, eorumque conjunctione, itemque de oſteocolla, de variis herniis quibusdam &c. diſſertationes.* Bo-NON. 1751. 4. Bonum opus. Ut ex vulnere cranii de dura matre & de pericranio fibræ effloruerint, in cartilaginem ſint induratæ, & denique oſſe vero vulnus repleverint. Ut ſeparato perioſteo ſuccus oſſeus de tibia undique pullulaverit, qui in gluten, cartilaginem, & os fuerit confirmatus. Ut maligne coaluerint oſſis diviſi fragmenta, quæ ſolis membranis continebantur. Ut oſſis humeri magna portio deſtructa ſit reparata. Contra vim ſanatricem oſteocollæ. In antiqua hernia colon elapſum, muſculo præter naturam nato obductum: una hydrocele aderat. Saccus hernialis gangrænoſus partim reſectus, partim ligatus, bono eventu. Hernia congenita cerebri. HALLER.

Idem in *Raccolta Fabriana*, BOLOGNA 1757. 4. utilitatem corticis Peruviani in gangræna confirmat.

In *Comm. Acad. Bonon. Vol.* II. *P.* I. agit de abſceſſu cum calculis biliosis, & de hernia a tauri ictu cornupeti nata. V. *vuln.*

NICOLAUS CYRILLI, Profeſſor Medicinæ Neapolitanus. Ejus *conſulti medici.* NEAPOLI 1738. 4. 3. vol. Aliqua ſunt de tumoribus, cancro, nephritide: conſilia vero ſola hic habentur, absque eventu. HALLER.

FRANCISCUS CORREA DE AMARAL *obſervagao Apollinea chirurgica de hum caſo raro extraordinario eſcrita en eſtillo conſultativo.* LISBON. 1738. 8.

JOH. FREKE *Eſſay on the art of healing in which pus laudabile or alſo incarning and cicatriſing* &c. LOND. 1748. 8. Miſcellanea boni ſenis, qui theoriam geſtit invenire cui malorum curationem ſuperſtruat Pus oriri ex lympha cum aëre ſubacta, & ſpumante. Clavos naſci ex glandulis cutis compreſſis. Morbos cutaneos negat ab internis medicamentis levari. In vulneribus valde ſibi ab aëre metuit, quem propria vernice ſuadet arcere. Vulnera ſclopetaria tamen veneno non carere, neque a cortice chinæ chinæ curari. In oculorum aliarumque partium corporis inflammatione acria ſuadet, quæ vaſa lacerent, materiæ mali viam aperiant. In fiſtula lachrymalis omnem terebræ uſum abrogat, rodentibus medicamentis ulcus ſacci lachrymali curat. In articulorum ulceribus aperit malum, & fiſtulam inmittit. Exoſtoſim malleo detruncat. Subluxatis in prima deligatione frigida affundi poteſt, non perinde in ſecunda. Feliciter ſe empyema ſanaſſe, digito ſe pleuram rumpere. Contra perforationem oſſis unguis. Se fiſtulam aperire, & digeſtivo medicamento ſaccum conſumere. HALLER.

In *Phil. Tranſ. n.* 470. amben cum polyſpaſto conjunctam ad humeri luxationem deſcribit. V. *fiſtul.*

PETR. STUART *new diſcoveries and experiments on Anatomy and Surgery.* LOND. 1738. 8. Multa promittit. Narrat curationem ſuam vulneris

ris inteſtini cum gangræna conjuncti; magna ulcera & gangrænas curavit. HALLER.

PETR. SHAW *new practice of Phyſick.* LOND. 1738. 8. 2. vol. Tradit etiam morbos chirurgicos.

NICOLAI GRANITI, Salernitani, *antica e moderna Medicina theorica e prattica.* VENEZ. 1739. 4. in qua etiam chirurgica continentur.

MICHAELIS CHRISTOPH. HANOW, Profeſſoris Philoſophiæ Gedanenſis, *Seltenheiten der Natur und Oeconomie*, quæ ab a. 1739. ſingulatim prodierunt. Collectæ vero hæ ſchedæ editæ ſunt LIPS. 1753. 8. 1755. 8. Reperiuntur quædam etiam chirurgica, de calculo biunciali, qui ſponte de fœmina deceſſit; de exoſtoſi maxillæ digitis defracta; de tibia carioſa; de curatis magnis vulneribus; de morte RICHMANNI ab electrico fulmine occiſi. HALLER.

DE CHAMP CORNU *traité des operations de Chirurgie avec un traité de toutes les maladies du corps humain.* AMSTERD. 1739. 8. 2. vol.

CORNELIUS TRIOEN. Ejus *obſervationum chirurgicarum faſciculus.* LEID. 1743. 4. V. *obſt. art.*

JOSEPHUS FERREIRA, chirurgus Olyſſiponenſis. Ejus eſt *Chirurgia medico-pharmaceutica deducida della doctrina Stahliana, acomodada ao curativo deſte paiz.* LISBON 1740. 4. An idem FERREIRA, qui ſupra jam dictus eſt?

CHRISTOPH HENRICH KEIL, *compendioſes doch vollkommenes Handbüchlein.* LIPS. 1740. 8. 1744. 8. 1747. 8. Pro tyronibus ſcriptum compendium.

In *Eph. Acad. Nat. Cur. Vol.* V. NORIMBERG. 1740. 4.

DANIEL FISCHER *obſ.* 37. retulit de morte ſubita ex rupto arteriæ coronariæ ramo.

OTTO PHILIP WILTUNG AB HARTUNG *obſ.* 47. de ſcroto a retropulſa ſcabie gangrænoſo, reſecto, & reſtituto.

RUDIGER FRIDERICH OVELGUN *obſ.* 81. de alvo obſtructa a calculo inteſtinali, inde funeſto volvulo. *Vol.* VI. *obſ.* 77. candela cerea feliciter pro cathetere adhibita ad expediendam urinam. *Vol.* VII. *obſ.* 24. globulus cereus in uteri prolapſu alias felix, alias funeſtus, cum violenter evelleretur. *Obſ.* 126. ani poſt dyſenteriam prolapſus ſero curatus. *Vol.* VIII. *app.* aliqua de ſuſpicione infanticidii. *Vol.* X. *obſ.* 50. de partu difficili, & retentis ſecundis.

In *N. E. N. C. Vol.* II. *obſ.* 43. de gangliis aliqua. *Obſ.* 44. acetoſellam ad enterocelen laudat. *Obſ.* 46. cariem dentium a potu calido oriri. In ſeqq. aliqua ad odontalgiam.

PAUL HENRICH VOGEL in *E. N. C. Vol.* V. *obſ.* 123. iſchuria nephritica ſublata.

HEN-

HENRICH. GOTTFRID ZOPF *obſ.* 125. mors ſubita ex rupto liene.

JOH. JACOB FREYLING *obſ.* 126. inteſtino ſimile coagulum fiſtuloſum de alvo excretum. *Obſ.* 127. fiſtula pene cartilaginea perforata. *Obſ.* 128. calculi in veſica numeroſiſſimi in glebam congeſti novem unciarum. *Obſ.* 129. calculus renalis, & una fellei lapilli. *Obſ.* 130. tumor ſcirrhoſus & ſcrophuloſus ſcroti.

PAULUS HAAS, Norimbergenſis, *obſ.* 155. vagina uteri in partu rupta.

JOH. V. WOENSEL *obſ.* 154. calculus cathetere ab OOSTERDYKIO ruptus & excretus, cum jam ſectionem chirurgus moliretur.

GOTTWALD SCHUSTER, Phyſicus Chemnizenſis, varia ſcripſit partim ad Medicinam legalem, & partim ad Chirurgiam ſpectantia.

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* V. ejus eſt *obſ.* 12. de renum ulcere tamen ſanato. *Obſ.* 13. de fungo articuli genu ex lapſu nato, eventu lethali. *Vol.* VI. *obſ.* 14. vulnus ſclopetarium faciei curatum. *Vol.* VII. *obſ.* 47. vulnus corneæ ſanatum, & aqueus humor reſtitutus.

Ejus *obſervationes therapeuticæ.* LIPS. 1755. 4. in quibus aliqua habet de ingenti tumore fungoſo; de ulcere vetuſto tibiæ digeſtivis, & ſpirituoſis curato, incipiente gangræna diſcuſſa.

Ejus *gründliche Anweiſung zur alten und neuen practiſchen Chirurgie mit obſervationen beleuchtet.* CHEMNIZ 1765. 4. Et antiquos legit, & nuperos, encheireſes ex iis decerpſit, rariorum caſuum adnotationes dedit proprias. HALLER.

Ejus *medeciniſches Journal über allerhand in die Arzneywiſſenſchaft und deren Ausübung einſchlagenden Materien* T. I. CHEMNIZ 1767. 8. Atretam mulierem vetat cultro medicari.

In T. II. etiam ib. 1767. 8. de morbis chronicis circa urethram.

T. III. 1768. 8. mors ex ictibus acceptis & perpeſſo frigore.

T. IV. 1769. 8. pro SLOANII unguento oculario, cui tamen ſuum præfert; relationes pluſculæ de vulneribus nonnullis lethalibus, & contuſionibus; de aneuryſmate ſpurio ex infelici V. S.

T. V. 1770. 8. caput fœtus in partu abruptum; ab avulſo funiculo umbilicali funeſta hæmorrhagia; de aliis infanticidiis varii generis.

Ejus *vermiſchte Schriften als einer Fortſetzung des mediciniſchen Journals.* CHEMNIZ 1772. 8. Pauca huc faciunt.

JACQUES BAGIEU, chirurgus equitum gravis armaturæ. Ejus eſt *lettre de M. Chirurgien* &c. quam dixi. Vide GEORGE DE LA FAYE *adminiſt. chirurg.*

Ejus *deux lettres d'un chirurgien de l'armée, l'une ſur pluſieurs chapitres du tr. de la gangrène de* M. GUESNAI, *l'autre ſur le tr. des armes à feu de* M. DESPORTS. PARIS 1750. 12. Primum contra FRANCISCUM QUES-

Quesnai, ſtuporem in vulneribus ſclopetariis non frequenter ſupervenire, neque fere niſi a globis tormentorum majorum. Setaceum fere rejicit, inciſiones defendit.

In altera epiſtola vulgarem curationem contra Bellostium tuetur, ſuppurationem negat vitari poſſe. Tranſverſa vulnera periculi plena eſſe, inque ſaccum media ſubſidere. Vulnera jubet obliqua reddere, aut longa inciſione inter duos fines dilatare: glandem utrinque penetrantem minus putat adferre periculi; vetat non repurgata vulnera ſanare. Amputationum frequentiam apud Gallos improbat; ubique ad ſuam experientiam provocat. Vulnus, cui ſaccus ſubeſt, debere in parte oppoſita aperiri, ſic fiſtuloſum. Bellostii conſilia fefelliſſe, cum utilitatem dilatationis & ſuppurationis ignorarit. Pro inciſionibus in vulneribus ſclopetariis, earum vices ſetaceum male tueri. Eſſe ubi evaſerint vitales, quibus globus tormentarius artum amputavit. Fuſe contra amputationes.

Ejus *nouvelle lettre de* M. Bagieu *ſur pluſieurs chapitres du traité de la gangréne.* Paris 1751. 12. Pluſculi libelli. I. *obſervation addreſſée à* M. Bagieu *par un chirurgien de ſes amis.* Contra Franciscum Quesnai: nimis ab eo reſtrictum fuiſſe inciſionum in vulneribus ſclopetariis uſum. Tum Jacobi Bagieu epiſtolæ; inter quas de ſuppuratione. Pro experientia adverſus theoriam. Non poſſe lumen per experientiam natum cum aliis communicari. Alia epiſtola: Paræum veram methodum inveniſſe mollientibus & inciſione medendi. Oleo fervido opus non eſſe, ex eodem. Contra ſetacei uſum. Venæ ſectionem a Fr. Quesnai laudatam non ſupplere inciſionis neceſſitatem. Suppurationem mollientibus debere adjuvari. Non adeo perpetuo convenire purgantia medicamenta, & ægros utique alendos eſſe.

Ejus *examen de pluſieurs parties de la Chirurgie d'après les faits qui peuvent y avoir rapport.* Paris 1756. 12. 2. vol. Ad vulnera ſclopetaria & amputationem artuum fere pertinent, & nuperorum Ravaton, Louis, Andouillé & Sharp conſilia expendunt. De extrahendis corporibus peregrinis, veſtibus etiam potiſſimum. De glande plumbea inter duas coſtas impacta. Eas glandes geſtit eximere, neque plumbi vim ſalubrem admittit. Itinera obliqua, etiam circumflexa glandium plumbearum aut ad angulum reflexa. Ut poſſint eæ glandes retentæ ſenſim ad ſedem aliquam periculo plenam migrare. Faſciam latam ampliter optimo eventu diſſecuit. Eſſe ubi glans eximi nequeat: exemplum ubi in orbitam impacta dudum poſt acceptum vulnus de ore ſit elapſa. Glandes ferreas deteriores eſſe. Ut ex maxilla glandem exemerit, ſpirali tortili inſtrumenta eſſe. Non debere artum amputari, niſi ſumma adſit neceſſitas. De caſu, in quo amputandum eſt, diſſertatio. Præſtare ante amputationem ægrum in noſodochium transferre, in quo cura ejus geratur: male in ipſo fatali campo amputari, &

ſaucios,

ſaucios milites non raro inter chirurgi manus mori. Prius commotionem debere ſedatam eſſe, ex qua magna ſymptomata, & ipſe ſingultus, oriantur. Periculoſam etiam eſſe virium jacturam. Læſam in contritis artubus arteriam amputationem promtam poſcere, non ipſam contritionem. Difficiliorem eſſe læſionem articuli. Adnotationes in RAVATONI conſilium excindendi ex acetabulo femoris: arterias in ea adminiſtratione lædi, quarum vulnera confeſtim mors ſequatur. Cl. LOUIS ſolicitus erat, ut os amputati trunci probe carne tegeretur: at muſculos oſſi inſertos reſecuit, ut ſatis ad id officium carnium haberet: id conſilium BAGIEU reprobat; SHARPIUM in eo ſequitur, ut duabus inciſionibus caro dividatur; emplaſtra laudat glutinoſa. Ægrotum, cui LOUIS ſegmen carneum brachii reſervaverat, auctor exemtis oſſis fragmentis ſero curavit. Fragmenta oſſis propius articulum fracti ſperat per ſuppurationem deceſſura. Contrita oſſa non continuo amputationem requirere. In LOUIS acrior.

In T. II. PARIS 1757. 12. agit de amputatione artuum, iisque numeroſis exemplis, in quibus hoc crudele genus auxilii vitari poteſt. Quot modis hæc amputatio humanitati repugnet. Sæpe mortem cum optima etiam curatione ex ea ſequi, etiam in optimæ ſpei ægrotis. Rejicit amputationem in vulneribus articulorum, quoties eorum capſulæ apertæ ſunt: ipſe enim ſæpius ejusmodi vulnera ſanavit, ipſumque motum artus ſatis commode reſtituit. Tendines absque dolore rumpi & ſecari, & absque ulla dubitatione incidi debere, quoties commodo ægroti eam adminiſtrationem poſtulant. Neque difficilius artum ſervari, cujus præcipuum os fractum eſt; ſic artum contritum; ejus felicitatis numeroſa exempla adducit, etiam chirurgi caſtrenſis, qui nunquam artum reſecuerat. Contra D. FAVRE, qui ſexta demum hebdomade poſt acceptum vulnus jubebat amputare. Contra SHARPIUM, qui tum demum amputationem permittit, quando gangrænæ incrementa compreſſa ſint. Defendit profundas inciſiones, etiam muſculorum, etiam ante ſpirituoſorum fotuum uſum. Non ſperat corticem Peruvianum gangrænam coerciturum. Cum ipſa natura gangrænæ limitem poſuiſſet, tamen amputationis infauſtum fuiſſe eventum. Ita ſex ſuas diſſertationes (*Memoires*) de amputatione numerat auctor. HALLER.

MARTIN JOSEPH IZURIAGA, chirurgus Pampelonenſis. Ejus *tomo primero de la Chirurgia completa de* C. MUSITANO *annadido con advertencias* &c. PAMPELONA 1741. 4.

GUILIELMUS BROMFIELD. Ejus *narration on certain particular facts who have been mis repreſented relative to the conduit of* M. BROMFIELD. LONDON 1759. 8. Contra chirurgum, quocum ægrotum nomine BENWELL curaverat.

Ejus *chirurgical obſervations and caſes.* Ibid. 1733. 8. Sero bona conſilia prævalere. Nondum MONROI repetitam inciſionem in amputatione uſu receptam eſſe. Terebrandæ calvariæ loco venam repetito ſecat. Empyematis inciſio inter duas coſtas dolori proximas. Fontanellas in vicinia ſuturarum cranii funeſtos ſortitas eſſe eventus, corrupta dura cerebri membrana; ad ſuturam vero ſagittalem excitatum fontem in amauroſi profuiſſe. Sæpe amputatu poſſe ſuperſederi, etiam quando oſſa per cutem eminuerint. Ob fungum articulorum male artum amputari: id malum de ſcrophularum eſſe genere, & deterius redire. Gangrænam utique articulationis amputationem poſcere. Mercurium ſublimatum in ſcorbuto & morbis cutaneis, tincturam antimonii in tumore glandularum lymphatico prodeſſe. Tumores indolentes bene cauſticis medicamentis aperiri, non ita inflammatos: cutis vitiata tota auferenda, ſana tota ſervanda. Ut tumor ſub muſculo maſtoideo incidatur, aut collecta ſub patella materies emittatur. Ulcera ſinus maxillaris; os ipſum perforat. Anthrax. Gangræna celluloſæ telæ: ejus curatio. In gangræna vitrioli oleum efficaciter mederi; tum extus etiam impoſitum Peruvianum corticem. Ad amputandum muſculi loco repellendi. Agaricum BROSSARDI ſanguinem non compeſcere. Arteriam abſque nervo ligari debere, unco obtuſo ſuſceptam: periculoſe nervos etiam in funiculo ſpermatico ligari. De crure ſervandum quantum poteſt, ſegmentum bene reſervari. Tendines abſque dolore ſecari. Tibiam ob cariem oſſis non recte amputari: os perforari poſſe; trajici lineam laciniam & ſecari. Aliquoties ob cariem feliciter brachium de articulatione excidit; facile arteriam etiam valde ſuperiori loco ligari. Id ut fiat, & ut humerus excidatur, accurate docet. Humeri luxatio: ad eam reponendam ſcapulas debere retrorſum compelli. Non adeo frequenter in luxatione ligamenta articulationis rumpit. Aneuryſma fruſtra ligari in cacochymicis. In amputatione plures, quam vulgo putant, arterias ligari debere. Cartilago in articulo genu mobilis: eam auctor excidit. Arteriam ſpermaticam unco elevat, ſolam ligat.

In Tom. II. Caries a piſo in fonte excitata. Spinam ventoſam in medulla oriri, tunc demum dolere, quando nunc perioſteum erodit. Argenti vivi interno uſu glandulas meſenterii obſtructas optime aperiri. Corruptio glandulæ Haverſianæ in articulatione femoris non poteſt pro luxatione aut fractura imponere. Vincula & ciſtulæ luxatis, vulneratis. Ex ſubluxatione cartilaginis ſemilunaris claudicatio. Luxatio tendinis muſculi bicipitis. Fractam fibulam motum tibiæ vitiare. Non nova operatio paracenteſis pectoris, ut aër effuſus emittatur. Ferulæ; optimæ quæ longæ. Calculi ſectio fuſiſſime. Calculorum varietates. Qui in cellula latuerint, inquirenti chirurgo ſe ſubduxerint. Ut calculus excidi debeat fuſe. Alia adminiſtratio, quæ duplici fit ſemicanali, optimo, ut putat HALLER, inſtrumento. Per peritonæum inter veſicam & rectum inteſtinum ruptum, elapſus calculus feliciter ab auctore

ctore

ctore eductus. In fœminis veſica urinalis paulatim urethram dilatat: absque malo forfice vaginam cum urethra diviſam. Pro carunculis. De cereis, quos non vult cauſticos facere. Abſceſſus circa inteſtinum rectum in veſicam patens feliciter curatus. Mala teſtium. Inſtrumenta. Icones calculorum lamellatorum. Icon Celſianæ lithotomiæ. HALLER. V. *obſt. art.*

Secrets éprouvés dans la pratique de la Medecine, & de la Chirurgie. PARIS 1742. 12.

PASQUAL FRANC. VIRREY *manual chirurgico, o compendio di Chirurgia.* MADRIT 1742. 4. 1749. 4.

Der Grundmäſsige chirurgiſche Schlüſſel Eröfn. 1 — 24. LEIPZIG 1742. 1743. 8.

GERARDUS L. B. van SWIETEN, natus 7. Maji 1700., magni BOERHAAVII per multos annos diſcipulus, plurium Societatum membrum. Illuſtriſſimi hujus viri ſtatua viſitur in Auditorio medico cum ſequenti inſcriptione: *Gerardi Lb. Baronis van Swieten Archiatrorum ſacri Palatii comitis regii Ordinis D. Stephani commendatoris coll. cenſuræ librorum reique medicæ Præſidis Auguſtalis bibliothecæ præfecti ob procuratam ſcientiarum artiumque inſtaurationem ob patriæ* MATREM AUGUSTAMque FAMILIAM *ab ipſo artis ope ſervatam de univerſa re Auſtriæ publica optime meriti effigiem in exemplum quod poſteri imitentur poſuit* MARIA THERESIA AUGUSTA *inque ſalutaris artis collegio ejus conſiliis ſapienter conſtituto illuſtratoque collocari juſſit* CIↃ IↃCC LXIX. *Antonio Störck Vindobon. ſtudior. Univerſitatis rectore.* Obiit a. 1772. 19. Jun.

Ejus *commentaria in* HERMANNI BOERHAAVE *aphoriſmos de cognoſcendis & curandis morbis*

Tomus I. prodiit LEID. 1742. 4. Anglice verſus & recuſus LOND. 1744. 8. 4. vol. in qua editione icones inſtrumentorum chirurgicorum acceſſerunt. In hoc volumine multa chirurgica continentur, de vulneribus, tumoribus, ulceribus, fractis & luxatis; de inflammatione, abſceſſu, fiſtulis, gangræna, ſphacelo, combuſtione, ſcirrho, cancro, morbis offium.

In T. II. LEID. 1745. 4. bronchotomen probat, & deſcribit.

In T. III. LEID. 1753. 4. agit de nephritide; de pectoris abſceſſibus & eorum aperitione; de ulcere a pleuritide, quod ſternum eroſit. Corticem Peruv. in gangræna laudat; ulcera renum balſamis, ſucco glycyrrhizæ & ſero lactis ſanat.

In T. IV. de hydrope & partu difficili; peſſos negat hæmorrhagias ſiſtere.

In T. V. LEID. 1772. 4. de calculo; de lue venerea.

Totum vero opus VENETIIS, NEAPOLI, AUGUSTÆ TAURINORUM & HILDBURGHUSÆ recuſum eſt. Germanice *erſter Theil* &c. *Erläuterung der Boerhaaviſchen Lehrſätze* 1755. ſine loco. FRANKFURT und LEIPZIG 1767. I. Th. 1769. II. Th. 1771. III. Th. &c.

Ejus porro *Beſchreibung und Heilungsart der Krankheiten im Feldlager.* WIEN, PRAG und TRIEST 1758. 8.

Gerardi L. B. van Swieten commentariorum in Hermanni Boerhaave aphoriſmos compendium. FRANCOF. 1762 8.

Oratio funebr. Germanice ab IG. WURTZ S. J. WIEN 1772. Italice ibid. 1773.

Gerardi L B van Swieten Lobrede in der feyerlichen Verſammlung der Herzogl. Deutſch. Geſellſchaft der ſchönen und höhern Wiſſenſchaften zu Jena, am erſten Aug. 1772. *öffentlich gehalten.* JENA 1772. 4.

JOH. ADOLPH. GLADBACH, medicus. Ejus *index in Swietenii commentariorum tomos quinque ſupplementum, continens res notatu dignas, realis indicis vices ſupplens & obſervationes indicans.* HILDBURGHAUS. 1775. 4.

In *Act. Acad. Nat. Cur. Vol.* VI. quod a. 1742. prodiit,

J. JACOB. RITTER M. D., HALLERI diſcipulus & amicus, in *obſ.* 12. deſcripſit herniam umbilicalem congenitam, quam HALLER incidit. *Vol.* VIII. *obſ.* 88. alius exomphalus congenitus.

J. ADOLPH. JAUCH, medicus Torgavienſis, in *Vol.* VI. *obſ.* 54. de ichore circa cerebellum ex contrafiſſura funeſto eventu effuſo. *Obſ.* 55. caries calvariæ & effloreſcentes fungi. *Obſ.* 56. abdominis funeſtum ulcus in muſculis lumbalibus. *Obſ.* 57. ſanatum veſicæ ulcus.

GOTTFRIED HENR. KANNEGIESSER, Profeſſor Chilonienſis, *obſ.* 68. calculus feliciter ex principio gulæ eductus. *Obſ.* 88. carnoſo concremento vaginam claudente inciſo emiſſus retentus ſanguis menſtruus. *Obſ.* 98. a ſubluxatione cartilaginis ſcutiformis angina. *Vol.* VII. *obſ.* 8. carcinoma de palpebra feliciter amputatum. *Obſ.* 9. calculus poſt biennium fauſto pariter eventu de urethra exciſus. *Obſ.* 11. de vulnere & fractura calvariæ aliqua dubia. *Vol.* X. *obſ.* 80. de ſpina ventoſa uberius. *Obſ.* 81. de ulcere telephio.

In *Nov. Act. Vol.* I. *obſ.* 41. diff. de cancro.

GOTTFRIED WILHELM MÜLLER *obſ.* 69. curatum ulcus, per quod calculi fellei decedebant. *Obſ.* 70. aliquot exempla herniarum exulceratarum.

In *Nov. Act. Vol.* I. *obſ.* 61. concrementum oſſeum inſigne per anum dejectum.

J. MARTIN BREHM *Vol.* VI. *obſ.* 93. ulcus inteſtini coli ſanatum, de quo vermes eruperant. *Vol.* VIII. *obſ.* 79. umbilicus ſponte in hydropico ruptus felici eventu. *Vol.* X. *obſ.* 81. fractura femoris funeſta.

NICOL. BOERNER *vol.* VI. *obſ.* 102. ſacculus membranaceus, forte membrana decidua, de vulva pendens & reſectus. *Obſ.* 103. ſphacelus inteſtini ilei a cauſa interna natus.

VALENT. ERNEST. EUGENIUS COHAUSEN, medicus Treviranus, uterus calloſus, ut putat, absque noxa reſectus.

In

In *N. Act. E. N. C. Vol.* I. *obſ.* 100. in cadavere Electoris Trevirenſis nullum calculi veſtigium repertum, cum certo cathetere tactus fuiſſet, & ab uſu medicamentorum STEPHENIÆ videtur evanuiſſe.

Idem in *Comm. Litt. Nor.* 1742. *heb.* 19. de tumore duro mammæ majorana impoſita curato; de pede gangrænoſo ſponte delapſo, eventu felici.

J. CONRAD TRUMPH, medicus Verdenſis in *E.N.C. Vol.* VII. *obſ.* 125. a ſpina dorſi luxata paralyſis. *Vol.* VIII. *obſ.* 58. ſanatus inguinis abſceſſus, de quo lumbrici, & fæces prodierant alvinæ. *Vol.* IX. *obſ.* 110. hernia incarcerata cum graviſſimis ſymptomatibus tamen absque ſectione reſtituta. *Obſ.* 112. carbunculi in ſcroto ex metaſtaſi.

Idem in *Comm. Litt Nor.* 1743. *heb.* 2. corticem Peruv. in gangræna laudat. *Heb.* 35. de homine, qui absque ullo capitis vitio, tamen mordere non poterat.

Ib. 1745. *heb.* 3. hæmorrhagia, mors ex funiculo umbilicali non ligato.

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* VI.

J. JACOB. FRIED, artis obſtetriciæ celeberrimus magiſter Argentoratenſis, *obſ.* 126. urinæ in gravidis fœminis ſuppreſſionem ſolo cathetere debere expediri.

In *Comm. Litt. Nor.* 1742.

PAULUS HAASE *hebd.* 89. de puerpera refert, cui in partu difficili putridi fœtus urethra rupta urinæ fecerat incontinentiam.

J. MARTINUS WOLF ib. *hebd.* 44. cancer occultus in viro rodentibus medicamentis infeliciter tentatus. *Vol.* VII. *obſ.* 129. lumbrici ex inguinis abſceſſu, fiſtula inde ſuperſtes.

SCHOLZIUS, medicus Hirſchbergenſis, ibid. a. 1742. de maxillæ carie funeſta.

DALE INGRAM. Ejus *practical caſes and obſervantions in Surgery.* LONDON 1751. 8. Magnos morbos facilibus & mitibus medicamentis conatur ſuperare. Tumor enormis ſcroti cum diſtenſione vaſorum ſpermaticorum absque hernia. Plures dari hydroceles ſpecies, quam SHARPIUS admiſerit. Anaſarcam ſcroti diſtinguit: hydrocelen in tunica vaginali funiculi, & in tunica vaginali teſtis, & hydatides. Teſtes ſcirrhoſos varias hydroceles ſpecies inducere. In hernia vetuſta frequenter aquam reperiri. Hydrocelen cyſticam optime curari cauſtico medicamento ad totam cyſtidis longitudinem admoto. Tumor ſingularis inguinis, herniæ ſimilis, effuſi extra vaſa a nixu adipis; ſuperatus idem balneis, mollientibus medicamentis & catharſi. Sanguinem in pectus effuſum, inciſa pleura emittit. Bulbum urethræ in calculoſis jubet incidere. In calvariæ fracturis vulnus apertum tenet, quoad oſſis margo deceſſerit. Sindonem rejicit. In vulneribus abdominis ſutura utitur interta. Oſſa fracta vulgari convoluta faſcia continet. Femur cum vulnere fractum quotidie paulum extendit, ita legitimam ei longitudinem reddidit. Saluta-

lutarem uſum corticis CINCHONÆ, ſive Peruviani, in gangræna confirmat. Ab exoſtoſi introrſum tumente magnos ortos eſſe dolores. Pro cauterio in podagra dicit. Calloſa labia ulcerum mavult lente blandis mollire medicamentis, quam corrodentibus adgredi. Sanavit graviſſimas epulides. Calculos vidit in cyſtide hærentes.

Ejus *the blow or an enquiry in to* CLARKES *dead.* LOND. 1769. 8. Non periiſſe ex vulnere CLARKIUM, quæ celebris eo tempore cauſa fuit, ex accidente interiiſſe.

Contra hunc librum ſcripta eſt *a letter to* D. INGRAM *in which the moments of his enquiry in to the cauſe of* CLARKES *death are conſidered.* LOND. 1769. 8. V. *podagr.*

JULIANUS OFRAI vulgo LA METTRIE, ex FANO S. MACLOVII, celebris per ipſam ſuam impietatem atheus. Ita HALLER.

Ejus *obſervations de Medecine pratique.* PARIS 1743. 12. Curationes breviter narrat, varias etiam chirurgicas: de fiſtula ani ex lue venerea; de herniis; de aliquibus hepatis abſceſſibus ſanatis; de felici apparatu parvo; de cancro penis infeliciter mercurio ſublimato exacerbato, meliori arte ſanato.

Ejus *œuvres de Medecine dediées au Roi.* BERLIN 1751. 4. Redeunt hic dictæ obſervationes, auctorisque vita additur.

THOMAS SCHWENKE. Ejus *hæmatologia, ſ. ſanguinis hiſtoria, accedit obſervatio anatomica de acetabuli ligamento interno caput femoris firmante.* HAAG 1743. 8. Venam jugularem extirpatam fuiſſe absque malo eventu; femur de acetabulo luxari, rupta capſulæ parte, ex ligamento terete.

Idem in *Verh. der Holl. Maatſchappy* T. I. agit de callo oſſium.

Ibid. T. II. fuſe de auxiliis hæmorrhagiam ſiſtentibus.

In T. IV. de herniis quædam.

In T. V. de elaſtro quadricrure, quo uterus prolapſus & reſtitutus creato retinetur.

In T. VIII. P. I. de coſtæ fragmento 22. menſe de pulmone ex-

In T. X. P. II. ex relatione DACHSII, de hydrophobia ex abuſu liquorum ſpirituoſorum, non tamen diuturna.

Ejus *ſchetz van de heelmiddelen en haar uytwe king.* HAAG 1745. 8.

J. JACOB SCHMIDT in *bibliſchem Medico* ZULLICHAU 1743. 8. aliqua ad Chirurgiam facientia reliquit.

GAETANO ARMILLEO *conſulti medici di varii Profeſſori.* VENEZ. Tom. I. 1743. 4. T. II. 1745. 4. T. III. Continet etiam chirurgica.

CHARLES PERRY, medici, *view of the levant.* LOND. 1743. fol. varia de ſtatu Chirurgiæ in oriente: in ÆGYPTO abdomen aperiunt, inteſtinum retrahunt, vulnus conſuunt. Calculos de urethra flatus ope educunt.

GUILIEL-

Guilielmus Hunter, celebris inciſor, in *Phil. Tranſ. n.* 468. egit de vitiis cartilaginum, quæ articulationes terminant; accurate deſcribit aneuryſma trunci aortæ: & ea occaſione diſtinguit aneuryſmata vera, ſpuria & miſta. Utique vera dari, ex mera membranarum dilatatione nata. Mirus caſus ſanguinis ex arteria inciſa in venam tranſeuntis. Nervum ab aneuryſmatica arteria facile ſeparari, brachio flexo, & arteria ſtilo elevata. Ab aneuryſmate arcus aortæ fractæ coſtæ & demum corporis tegumenta, eventu funeſto.

In *hiſtor. de l'Acad.* 1756 retulit de fœtu per 27. menſes geſtato, demum per ſectionem cæſaream educto.

In *hiſt. de l'Acad. Scienc.* alibi agit de calculo equino circa lignum nato.

In *ſupplement to the commentaires.* Lond. 1764. 4. fuſe agit de herniis, quas Haller dixit congenitas, in quibus teſtis & inteſtina in eodem ſacco fuerunt.

In *medical obſerv. and inquiries by a Societ. of phyſicians* T. II. Lond. 1762 8. primum de emphyſemate ex lapſu. In hydrope parca ſed profunda vulnuſcula cutanea laudat. De receſſu oſſium pubis in partu non difficili; de aneuryſmate in quo arterio in venam aperiebatur; de tibiæ particula amiſſa, & reparata; de puris origine.

Anno 1743. *Academia Regia chirurgorum*, a. 1731. inſtituta, primum ſuorum *Memoires* volumen edidit Paris 1743. 4. & 12. 3. vol. Germanice Altenburg 1755. &c. in quo, præter multas jam alibi recenſitas diſſertationes, continetur Petiti (J. Ludovici filii) de ſanguine in abdomen effuſo, factis inciſionibus emiſſo.

Du Fouart de præmagno tumore femoris ex gelatina extra vaſa effuſa nato, cum nonnullis experimentis ad hujus tumoris naturam explicandam.

Faget, ſenior, de abſceſſibus ani; de mammæ cancroſo tumore.

Idem in *journ. de Medecine* 1756. de agarico Broſſardiano agit.

Houstet magna collectio de calculis in veſicæ cyſtide latentibus.

Idem in *Mem. de Chir.* T. III. de variis exoſtoſeos generibus.

Ib. T. IV. de paralyſi venerea cum incontinentia urinæ & alvi: malum curatum mercuriali inunctione.

Hevin ib. T. I. maxima collectio de corporibus peregrinis in aſperam arteriam illapſis, aut in gula hærentibus, deque modo ea educendi.

In T. III. de nephrotome eruditus tractatus.

In T. IV. de calculis.

François Simon ibid. T. II. pro ſectione Cæſarea.

Ejus *collection de différentes pieces concernants la Chirurgie, l'Anatomie, & la Medecine pratique, extrait principalement des ouvrages etran-*

étrangers. PARIS Tom. I. 1761. 12. T. II. 1761. 12. T. III. 1762. 12. Magna pars ex Germanorum Academicis libellis ſumta, alia ex Anglis, ſubinde integræ fere diſſertationes. HALLER.

PETRUS FOUBERT in *Mem. de Chir.* T. I. egit de novo calculum exſcindendi artificio. Longa acu triquetra veſicam compungit, ſuper crenam ejus acus veſicam late dividit: quæ vero methodus chirurgis non placuit. HALLER.

Idem in T. II. agit de varietate aneuryſmatis ſpurii.

JOACHIM FRID. HENKEL, chirurgus militaris, & ejus artis Profeſſor Berolinenſis, atque M. D., qui in Gallia inque Germanicis Academiis prima artis principia edoctus.

Ejus diſp. *de cataracta cryſtallina vera* præſide J. FRID. CARTHEUSER. FRANCOF. ad VIADR. 1744. 4. recuſ. in HALLERI *ſelectis.* Deſcribit FERRENI (ſ. PETITI) adminiſtrationem, qua capſula cryſtallinæ lentis poſterius aperitur, in oculis humanis a ſe ipſo repetitam. Nihil valde millepedibus tribuit. Cataractam ex capſula opacata naſci.

Ejus *erſte Sammlung mediciniſcher und chirurgiſcher Anmerkungen.* BERLIN 1747. 4. Pleraque ad Chirurgiam pertinent. De callo, a morte inſpecto, reticulari, cavo, medulla pleno. In fractura olecrani brachium extenſum tenendum. Luxatio claviculæ a ſterno depulſæ ægre ſtyptico emplaſtro curata. Inteſtinum a conſtricto ſacco ſtrangulatum, ad quem adhæſerat, idque aliquoties.

Ejus *zweyte Sammlung.* Ibid. 1747. 4. Refert de morte ſubita ex rupto aortæ aneuryſmate; de felici terebratione oſſis temporum; de ægro, cui tres vertebræ fractæ erant, tamen ambulante: quæ BUTTNERI eſt notatio. Partus difficilis hydrocephali, unco expeditus, & aperto capite. Aliquæ emendationes ad ſuam *de cataracta* diſſertationem, & depoſitæ ab A. VOLKERS & VOGELIO lentis opacæ hiſtoriæ. Cataracta membranacea vera eſt opacitas in capſulæ lentis cryſtallinæ ſede anteriori. Cataracta miſta, ex membranacea & ex vera compoſita. Membranacea ſpuria fit a membrana præter naturam orta, qualem auctor vidit, quæ duas pupillæ tertias partes clauſerat: ſi integre clauſiſſet, acu perforare oportet, & proprio inſtrumento pupillam aperire.

Cum interim HENKELIUS in libello *Sendſchreiben eines alten Arztes* BEROLIN. 1747. 4. accuſaretur, infidam ab HENKELIO morborum quorumdam hiſtoriam narrari, defendit ſe in præfatione hujus voluminis.

Eædem accuſationes repetuntur in *Antwortſchreiben eines Liebhabers der Wahrheit.* BERLIN 1747. 4. Satis aſpera omnia. HALLER.

Ejus *dritte Sammlung.* Ibid. 1748. 4. De fractura calcanei, & tendine Achillis ſurſum revulſo, ſolo apto ſitu reconciliato. De cartilagine mobili in articulo genu. De calculo ad CHESELDENII morem veterumque ex

urethra

urethra exciſo a VOGELIO, deque nuperis calculi educendi artificiis. De diro ſphacelo, qui a cauſa interna oritur. De difficili partu a tumore oſſis ſacri & lumborum vertebris valde prominentibus.

Ejus *vierte Sammlung*. Ibid. 1749. 4. Contra C. AUGUSTUM v. BERGEN anatomica aliqua ad cataractæ naturam pertinentia, quam in capſula lentis auctor ponit. Adnotationes in ejusdem ill. v. BERGEN de eadem re diſputationem. De fracturis: poſt femoris fracturam bene curatam tamen inſanabilis paralyſis. De callo perpetuo molli. De faſciis capitis aliqua. Spina bifida absque collecta aqua. Magna pars oſſis frontis ob venereum malum remota.

Ejus *fünfte Sammlung*. Ibid. 1750. 4. In puella epiphyſis humeri deceſſit. Aneuryſma feliciter ſuperatum. Hernia umbilicalis in hydropica fœmina funeſta. Abſceſſus verminoſus in poſteriori parte narium. Lens cryſtallina, ejusque capſula opaca, pupillaque clauſa. Lens opaca, quæ in anteriorem oculi cameram tranſiit. De faſcia capitata. Cartilagines in genu mobiles.

Ejus *ſechſte Sammlung*. Ibid. 1751. 4. Calcarea concrementa in diverſorum tendinum pedis vaginis. Iterum de faſciis. De rara fractura proceſſus coracoidei ſcapulæ. De luxatione femoris. De funeſta fractura ſub orbita. Fuſe de hernia.

Hic collectio ſex voluminum conjuncta prodiit.

Ejus *ſiebente Sammlung*. Ibid. 1760. 4. Placenta bis adeo arcte adhæſit, ut neque ſolvi poſſet, neque puerpera morti eripi. Alias auctor os uteri incidit, a neceſſitate coactus, felici tamen eventu. Periculoſum partum etiam eum eſſe, in quo fœtus duplicatus prodit. Funeſtæ hæmorrhagiæ a placenta prope uteri oſtium adhærente. Fungus in urethra virili. Ex prolapſu vaginæ aqua abdominalis cathetere educta. In hydrocele teſtis induratio præcipitato argento vivo ſuperata. Vulnera tendinum absque ſenſu & periculo. Emphyſema ſacci lachrymalis compreſſione ſublatum. Duos dentes confuſe parte vitrea conferbuiſſe. Bis amiſſa pars non exigua maxillæ inferioris feliciter a natura reparata. Aliquæ apologiæ & adnotationes ad priores ſex collectiones.

Ejus *achte Sammlung*. Ibid. 1763. 4. Duo exempla ſpinæ bifidæ funeſtæ. De fiſtula lachrymali: tubulus aureus alias feliciter in ductum naſalem datus, alias absque fructu. Curatio vulneris ductus Stenoniani ope fiſtulæ per artem natæ. Glandula inguinalis feliciter exciſa. Funeſtus ani prolapſus, inverſi uteri. Aliqua contra luxationem maxillæ inferioris, quæ retrorſum dicitur elapſa fuiſſe. Elapſi, inverſi, ulceroſi inteſtini craſſi felix curatio. Utique ad effuſum ſub calvaria ſanguinem utiliter trepanum adhiberetur, ſi locus haberetur, in quo is ſanguis effuſus eſt.

Ejus *neue mediciniſche und chirurgiſche Wahrnehmungen.* Ibid. 1769. 8. Spina bifida cum hydrocephalo conjuncta. Hic & alibi D. KRUNITZ ſimilis argumenti adnotationes collegit. Anus imperforatus feliciter apertus. Ex rupto in pectore aneuryſmate mors ſubita. Fuſe & critice de curatione lachrymalis fiſtulæ, & ſetaceo per nares trajecto. Incidit auctor conjunctivam tunicam, verſus angulum minorem dilatat, ductum naſalem aperit. Mors a paracenteſi per gangrænam. Caries maxillæ inferioris curata, & reparata particula. Placenta ſupra os uteri adhærens. Uterus prolapſus & ulceratus ſanatus &c.

Ejus *zweyte Sammlung.* Ibid. 1772. 8. Lapilli per fraudem in vaginam dati. Caries inſignis in utraque maxilla ſublata. Tumor ſolani tuberoſi ſimilis de digito. Maximæ fracturæ calvariæ. Inteſtinum rectum cœcum fruſtra ferro tentatum. Setaceo per ſaccum trajecto ſanata fiſtula lachrymalis. Sectio cæſarea, cum vulnus uteri coaleſceret, per eruptionem inteſtinorum funeſta. Exoſtoſis poſt fracturam colli femoris. Hernia gangrænoſa funeſta. Tres in eodem corpore hydrocelæ. Oſſa & cartilagines in genu corruptæ. Ligamenta cartilaginoſa. Sanguine a luxatione circa medullam ſpinalem effuſo mors. A vulnere brachii ſpaſmus cynicus. Aliquot exempla colli femoris fracti. Cancer uteri BEROLINI frequens. Patella transverſim fracta, tamen confirmata. Luxatio femoris ab auctore repoſita, ejusdem oſſis fracturæ obliquæ. HALLER.

Chirurgie complete ſuivant le ſyſteme des modernes. T. I. II. PARIS 1744. 12. 2. vol. 1751. 12. 2. vol. (potius AVIGNON) 1770. 4. Italice VENET. 1753. 12. Opus eſt pro tyronibus ab auctore PLANQUE ſcriptum. In T. I. breviter agit de tumoribus, cancro, ſphacelo, vulneribus. In T. II. de re medicamentaria. A CLERICI opere totum differt. HALLER.

Ejus *bibliotheque de Medecine tirée des ouvrages periodiques tant françois qu'étrangers avec pluſieurs autres pieces rares, utiles & curieuſes.* PARIS Tom. I. 1748. 4. Deinde multi alii tomi, quarum ultimos edidit D. GOBELIN. Ex diariis Gallorum, paucisque exterorum collectum opus.

Ejus *principes de Chirurgie.* PARIS 1757.

BOUILLET, medicus Bitterrenſis. Ejus *les élemens de la Medecine pratique,* BEZIERS 1744. 4. in quibus paſſim chirurgica occurrunt.

J. FRIDERICUS SCHREIBER. Ejus *Anweiſung zur Erkenntnüſs und Cur der vornehmſten Krankheiten.* LEIPZ. 1756. 8. Habet etiam morbos chirurgicos.

Ejus adnotata in *Nov. Comm. Acad. Petr.* T. III. quædam ſunt de vulneribus capitis. V. *calcul.*

In *Actis phyſico-medicis Acad. Nat. Cur. Vol.* VII. *a.* 1744.

TOBIAS HENRICUS HUEHNE *obſ.* 12. retulit de ſcroto gangrænoſo deſtructo & reparato.

J. GOTT-

J. GOTTLIEB BOETTICHER *obſ.* 22. de materia peſtifera & virulenta ſpinam ventoſam faciente. *Vol.* VIII. *obſ.* 4. concrementum lamellatum in vagina uteri natum. *Vol.* X. *obſ.* 100. tumor in vagina ex albo fluore natus, funeſto eventu exſtirpatus. *Obſ.* 101. ulcus femoris funeſtum.

CHRISTIAN GOTTLIEB FREGE *Vol.* VII. *obſ.* 96. caput luxati femoris in nates impulſum apta machina reſtitutum; ſic *obſ.* 97. cubitus luxatus. *Vol.* VIII. *obſ.* 85. abſceſſus ani ſanatus. *Obſ.* 118. ſtypticum medicamentum ad graviſſimas dentium hæmorrhagias. *Obſ.* 119. gramen eriophorum & ſcirpum maximum ad ambuſta laudat.

J. ELIAS KIRCH *Vol.* VII. *obſ.* 88. ſteatoma ex vulva pullulans feliciter amputatum.

OLAUS ACRELL, chirurgus Suecus M. D. vir acuti ingenii. Ejus *Utförklaring om friſka ſors egenſkaper.* STOCKHOLM 1745. 8. Bonus liber, brevis & ſimplex; opus viri anatomes periti & nuperrimorum inventorum. Vulnera omnium corporis partium recenſet, & de eorum lethalitate judicat. HALLER.

Ejus *genaſta ſätt at inrätta och underhälla & lazareth eller Siukhuus.* STOKHOLM 1746. 8.

Ejus *tal om foſtrets ſiuckdomar i moderlifwet.* STOKHOLM 1750. 8. Spinam bifidam ex diſpoſitione ad hydropem, & ex hydrocephalo oriri ait.

Ejus *chirürgiſke händelſer anmärkt uti K. Lazarettet.* Ibid. 1759. 8. Belgice *heelkondige waarneemingen* 1771. 8. vertente E. SANDYFORT, qui & adnotationes adjecit. Nuper etiam Germanice. LUB. 1772. 8. Germanice verſum & auctum ab ANDREA MURRAY, Profeſſore Medicinæ Göttingenſi, cum iconibus adjectis. GÖTTING. 1778. 8. Noſodochium publicum HOLMIÆ a. 1752. apertum eſt, in quo auctor has egregias certe adnotationes collegit: bellamdonnam & phytolaccam in cancroſis faciei vitiis nihil boni præſtitiſſe. In trichiaſi lunatam particulam palpebrarum, & muſculi etiam frontalis auferre neceſſe eſſe, aut quadratum cutis ſegmentum. Unguem circulari inciſione tunicæ conjunctivæ compeſcuit, quam circa pupillam duxit. Cum lens cryſtallina adnata eſſet, capſulam aperuit, opacam lentem feliciter eduxit. Lentem, quæ in fragmenta diffluerat, in anteriorem cameram elapſam, demum concreviſſe. Cum ea lens mole aucta fuiſſet, non potuiſſe FERRENII adminiſtrationem locum habere. Otalgia a vermibus vulgaris muſcæ. Sutura & cruenta & ſicca vulnus aſperæ arteriæ ſanatum. Cancrum mammæ felicius amputatum fuiſſe, minus bene ceſſiſſe, cum una cutis excinderetur. Fuſiſſime de pectoris vulneribus, & aſperæ arteriæ; in caſu a GARENGEOTO narrato eam arteriam non fuiſſe læſam. Muſculo diſſecto etiam antagoniſtæ functionem lædi. Tormentorum majorum tranſeuntes globos utique gangrænam facere, & oſſa frangere. Stuporem fieri a glande nervos premente.

Maxima ſymptomata a ſanguine in oſſeum cavum effuſo. Fulguris effectus, qui iidem ſunt prætereuntis glandis. Iram animalium, etiam hirudinum vi avulſarum, majora mala dare. Ab auriſcalpio veneno varioloſo tincto peſſimum ulcus. In ipſa tibia contrafiſſura. Phthiſis a fiſtula pectoris ſanata, ut etiam curvata dorſi ſpina ſe erigeret. Paracenteſin abdominis nunquam votis reſpondiſſe. Herniæ incarceratæ frequentia exempla, etiam felicia, cum gangræna adeſſet; ſic fiſtulæ urethræ, cum callus in collum veſicæ usque produceretur. Calculus ſcalpello latente in canali feliciter exciſus, ægro parallele ad horizontem decumbente: ſemel a gangræna ſcroti funeſtus eventus. Iſchuria cum veſica quaſi recente caſeo repleretur. Veſica a majori ad mittendam urinam nixu rupta. In ſpina ventoſa os corruptum amputat, & ea occaſione experimenta fecit in tendinibus, quos absque ſenſu & periculo irritari comperit. Os extremum digiti poſt multos dolores in adipis globum mutatum. Agaricum Brossardi nihil habet peculiaris prærogativæ, neque in majori arteriæ læſione ſufficit. De gangræna & corticis Peruviani efficacia, quæ non ſufficiat, quoties humores nimis corrupti ſunt &c.

Ejus *pamminnelſer wid Bouſquets rön om fiſtlar i ano.* Stokholm 1766. 8.

Idem in *K. Sw. Wet. Acad.* 1746. *Trim.* III. agit de parotidibus in febre caſtrenſi non aperiendis, cum inciſio fere funeſta ſit. *Trim.* IV. ſanguis ſub calvaria in infantulo effuſus, pro hydrocephalo habitus.

A. 1747. *Trim.* IV. de ſpina bifida. Ab hydrocephalo naſci; non debere aperiri.

A. 1752. *Trim.* IV. vetuſta in ſene hernia reducta; tumor vaginæ cancroſus repetita deligatione extirpatus, quam reſectioni præfert; fiſtula cervicis & in œſophagum aperta, & in meatum auditorium, tamen ſanata.

A. 1754. *Trim.* IV. exempla aliqua oſſium in adipem, & in gelatinam mutatorum; cariei incurabilis exempla; paronychia difficilis ex oſſe a gleba adipoſa compreſſo.

A. 1755. agaricum Broſſardianum in hæmorrhagia laudat.

A. 1761. de calculis membrana obvolutis.

A. 1766. de calculo celeriter renato, poſtquam exciſus fuerat.

A. 1767. de viſu per laceram iridem hactenus ſuperſtite.

Philippe Fichet de Flechy, chirurgus militaris, deinde Chirurgiæ Profeſſor, & obſtetricius, M. D. Ejus *obſervations ſur differens cas ſinguliers, relatifs a la Chirurgie & aux accouchements* dicuntur primum prodiiſſe Paris 1745. 12. deinde 1761. 12. 1765. 12. Obſervationes ſunt 135. inter eas chirurgici argumenti 45. In P. III. agit de partu difficili, & de morbis puerperii.

Vignon, medicus. Ejus *Tr. de Medecine pratique pour l'inſtruction des jeunes chirurgiens.* Paris 1745. 12. 2. vol. 1746. 12. 2. vol. agit etiam

etiam de partu difficili; tradit formulas unguentorum & emplaſtrorum. PORTAL.

EMANUEL LOEBER *Anführung zu einer heilſamen Lebensart.* JEN. 1745. 8. Chirurgica etiam continet.

MARTIN SIMON STARK, *mediciniſcher Unterricht für angehende Feldſcherer zum Nutzen der ſächſiſchen Armee.* LEIPZ. 1745. 8. alii 1746. 8.

CHRISTOPH. ERNEST ENDTERS *kurzer Begrif der wahren Heilkunſt.* HAMBURG 1753. 8. V. *cancr.*

EMANUEL JOSEPH DE FONSECA *examen de ſangradores.* LISBONA 1745. 8.

CHRISTIAN FRIDER. ESCHENBACH, medicus & Profeſſor Roſtockienſis, ſcripſit *Anfangsgründe der Chirurgie zum Gebrauch ſeiner Vorleſungen.* ROSTOCK 1746. 8. Morbi magis frequentes, & eorum curationes magis receptæ traduntur.

Ejus *obſervata anatomico-medica rariora.* Ibid. 1753. 4. Exemplum tunicæ corneæ ablatæ, bis reparatæ. In aſcite infelix paracenteſis. Calculus natus ex abuſu abſorbentium. Acu puncturam inteſtini inflati non bene ceſſiſſe. Leucomata fruſtra ſecta Staphyloma ſponte in ordinem rediens. Cataracta, quæ aſcenderat, pariter ſponte decedens. Acus rotundas ſibi meliores videri, neque Palluccianam placere.

Ejus L. *continuatio.* Ibid. 1755. 4. Quædam de hydrophobia; de partu difficili; de cancro mammæ fruſtra extirpato, novis renatis tumoribus & cancro. Recuſa & aucta hæc prodierunt cum titulo *obſervata medico-chirurgica rariora.* Ibid. 1769. 8. Acceſſit de vi cort. Peruv. in gangræna, cicutæ in cancro; de aneuryſmate pectoris funeſto eventu rupto; rara hiſtoria ſanatæ herniæ per foramen ovale; puella atreta ab ipſa natura reſtituta.

Ejus *Chirurgie.* Ibid. & LEIPZ. 1754. 8. Plenius opus, & multo uberius eo, quod antea dixi; eſt compendium artis univerſæ. De faſciis fuſe, adjectis iconibus. Bibliothecam chirurgicam inſtruit. Cæterum morbos & curationes ad nuperiorum ductum docet. HALLER.

ANTONIUS LOUIS. Ejus *poſitiones anatomico-chirurgicæ.* PARIS. 1750. Præſide MORANDO.

Ejus *éloge funebre de* M. PETIT. Ibid. 1750.

In *Mercure de France.* 1755. Oct. agit de calculis, qui extra urinæ vias reperti ſunt, per ruptam urethram eo elapſis; de magno apparatu; ejusque uſu & abuſu.

Ejus *éloge de* Mrs. BASSUEL MALAVAL & VERDIER. Ibid. 1759. 8.

Ejus *diſcours hiſtorique & critique* additus eſt editioni operis PETITI *de oſſibus.* Ibid. 1758. 12. 2. vol. Refert hiſtoriam litium, quas PETI-

TUS ob hoc opus ſubiit. De tendine rupto recte ſenſiſſe; inveniſſe inſtrumentum hic delineatum, quo calcaneus ſurſum urgetur; multa porro contra DU VERNEYI L. *de oſſibus* eſſe DU VERNEYI junioris.

Ejus *recueil d'obſervations d'Anatomie, & de Chirurgie pour ſervir de baſe à la theorie des contre — coups.* PARIS 1766. 8. Eſt collectio ex PETITI medici epiſtolis, VALSALVA, MORGAGNO, MOLINELLO, SANTORINO, WINSLOWO, HEISTERO, ſuaque monita addit. HALLER.

BOERHAAVII, & G. v. SWIETEN aphoriſmos chirurgicos Gallice vertit & edidit cum notis. PARIS 1767. 12. 7. vol.

In *Memoires de Chirurgie* T. II. dedit collectionem de calculis in utero genitis. De elevatorio PETITI egit, quod commendat. Scripſit contra P. PAULUM MOLINELLUM pro PETITO de fiſtula lachrymali. Agit de oſſe poſt amputationem eminente, modisque, quibus id incommodum vitetur. De amputatione artuum majorum.

Ibid. in T. III. de ranula. De hernia incarcerata, & inteſtinorum gangræna. De calculis urinariis extra lotii vias natis. Magni momenti diſſertatio de diverſis calculi ſecandi modis.

Ibid. in T. IV. multa ſunt cl. viri. De retractione carnium poſt amputationem; de carne aut cute, quæ amiſſa renaſcatur; non vere reparari, ne cutem quidem, in cicatrice, neque papillas. De herniotome. De meliori labii leporini ſectione. De bronchotome duæ diſſ. prior hiſtorica magis, altera chirurgica.

In *Merc. de France* 1754. Oct. in fiſtula ductus Stenoniani mavult ductum naturalem ſetaceo introducto reſervare.

In *Jur. de Medec.* 1758. T. IX. ſervatus homo, qui ſibi partes genitales totas præciderat.

Ib. 1761. ejus diſſ. de ſarcocele.

Ib. 1762. ejus *reponſe* de M. L. à Mrs. FAISOLE & CHAMPEAUX. LION 1768. 8. Cum iſtorum libro.

Ejus ſunt etiam chirurgica in *Encyclopædia* varia, eorumque multa, quæ lectu digniſſima ſunt. HALLER. V. *vuln.*

JOSEPH SUE. Ejus *élémens de Chirurgie.* PARIS (præfixo LONDINI nomine) 1755 12. Major pars operis eſt phyſiologica, altera breve Chirurgiæ compendium, quo paulo fuſius agit de venæ ſectione. V. *faſc.*

ANGELUS NANNONI, chirurgus Florentinus, BENEVOLI diſcipulus, ſcripſit *trattato chirurgico delle malatie delle mammelle.* FIRENZA 1746. 4. VENEZ. 1762. 12. cum L. *de ſimplicitate* &c. VENET. 1765. Tradit Pathologiam morborum mammæ BOERHAAVIANAM, & multas inflammationum, ſcirrhorum, œdematum, ſuppurationum hiſtorias.

Ejus *diſſertationi chirurgiche. 1. della fiſtola lacrimale. 2. della cataratta.* 3. *de medicamentis exſiccantibus.* 4. *de medicamentis cauſticis* PARIGI

RIGI 1748. 8. In I. ſtudet oſtendere, ſuperfluo labore novam ad nares viam parari, cum ſaccus lachrymalis ſemel apertus nunquam non coaleſcat, & ſuperſtes poſt curationem lachrymatio facile tolerari poſſit. Quando pus non fœtet, debere aquam aluminoſam injici; ſi ulcus adfuerit, nihil injectionem poſſe, cum eo in caſu canalis lachrymalis fungis fere plenus ſit; quare ſaccum nunc aperit, ſuper ſtilum, & carpto replet &c. Cunos & cannulas rejicit: Ad finem BENEVOLI de carunculis ſententiam defendit. In 2. *diſſ.* cataracta deponenda teretes acus præfert, maturitatem requirit, vitium certe ſæpe in capſula ponit, cataractam etiam non bene depoſitam & reſurgentem ſperat ſponte deſcenſuram & evanituram. Cum bene depoſita fuiſſet cataracta, eandem iterum adſcendiſſe, ſed evanuiſſe. In anteriorem cameram elapſam inciſa cornea educit. In 3. & 4. *diſſ.* quæ Latine ſcriptæ ſunt, medicamenta quædam ſua mire laudat, & inter ea mundificans emplaſtrum. Tumor cyſticus non deferendus, quoad totus a cauſticis conſumtus ſit. Struma ulceroſa colli, & glandulæ maxillaris alumine uſto ſanata. Sarcocele fotu tepido, & mercuriali frictione ſublata. Unguenti viridis in hoc malo præcipuam eſſe laudem. Hæ diſſertationes proxime ad eam acceſſerunt, quæ judice Academia Chirurgorum Pariſina præmium retulit. Longe HALLERO videtur eas ſuperare, quas Academia præmio condecoravit. Vulnera a nimio ſpiritus vini uſu utique ſiccari, cum modico uſu etiam ambuſtis convenire. Recentia vulnera frigida curat. Ulcera vix absque ſiccantibus medicamentis claudi, quo plumbum refert, ſæpe tamen tutiam etiam requirit, aut ceratum Iſidis. Si magna fuerit ſuppuratio, ægrum melius alere convenit. In vetuſto & difficili ulcere cutis tenſionem unguento compeſcit. Unguento ex terebinthina, tutia &c. compoſito vetuſta ulcera ſanat. Exigua in ora palpebræ ulcera lapide infernali corrigit. Tumoribus cyſticis calcem & ſaponem mollem imponit. Viridi unguento Andromachi ſarcoma teſtis abſtulit. Si caries conjuncta fuerit, alumine opus eſt, & præcipitato hydrargyro.

Ejus *diſcorſo chirurgico.* FIRENZA 1750. 4. Potiſſimum de amputatione agit. Cutem prius quam cultro utaris, jubet retrorſum ſtringere, ut ejus reſerves quantum ad tegendam ſectionem trunci ſufficit. Ipſam dum ſecat carnem, faſciam ſurſum ducit, ut etiam ea os operiat. Arterias apprehendere, adtrahere & ligare non probat, unde varia mala ſequantur, & potiſſimum etiam convulſiones. GARENGEOTO male ceſſiſſe, quod ſuadente FRANCISCO QUESNAI reſervato carnis ſegmine artum tentaverit amputare; cum enim hæmorrhagiam premendo compeſcere vellet, gangrænam acceſſiſſe (PARISIIS enim ipſe NANNONI aliquamdiu vixit). Suturam, qua cutis ſupra truncum adduceretur, feliciter ceſſiſſe, & ſibi & aliis: ſolum circumjectum ſuperius vinculum, quod BENEVOLUS commendat, continendo ſanguini non ſuffeciſſe, quando ægrotus viribus pollebat, & neceſſe fuit prælo tortili uti, & lentiſſima ſanatio ſecuta eſt. MAGGETUM Locarnenſem chirurgum

rurgum unico vinculo, ſe vero binis uſum eſſe, omnes tamen deligationes ad gangrænam ducere poſſe. Fuiſſe ubi convoluto faſciis & preſſo artu ipſe ſanguinem coercuerit.

Ejus *trattado chirurgico ſopra la ſemplicità di medicar i mali d'attenenza alla Chirurgia* T. I. FIRENZA 1761. 4. Majus opus. Ad BENEVOLI ductum mitiori favet Chirurgiæ, quæ inciſiones, quantum poſſit, avariſſime exerceat, parcat doloribus, aërem ad interiora corporis non admittat, neque carnem ſpiritu vini tangat, ſiccoque carpto in vulneribus contenta ſit. Hæc ſua axiomata ex ſua experientia per plurimorum caſuum felicitatem confirmat, tum aliorum. Neque tamen ferro uti metuit. Tendo Achillis feliciter ſanatus Rejicit balſama, & in univerſum fere in medicamentis internis ſe continet. Inflammationem & ſuppurationem colli veſicæ feliciter ſanavit. Induratas arterias, frequens malum, compreſſione ſanavit. Gallos nimis, etiam in contuſis, ferro indulgere. Deinde ſequuntur quinquaginta curationes, fracturæ calvariæ, aliorumque oſſium. Calculorum ſectio. Polypi bini. Carbunculos cum periculo incidit. Cataracta depoſita, quam putat ſæpe ſe membranaceam vidiſſe. A. DAVIELII extractione cataractæ inflammationes naſci, hoc putat HALLER injuſte aſſeri. PALFYNI forcipe frequenter uſus eſt, & caput incuneatum ſolvit, ubi manu non potuit expedire, periculoſos vero hujus mali caſus aliquot recenſet. HALLER.

SAMUEL MIHLES, M.D. *the elements of Surgery adapted to the uſes of the camp and navy as wel as to the domeſtic ſurgeon.* LOND. 1746. 8. Non inutile compendium totius a capite ad calcem Chirurgiæ, etiam faſciarum & vinculorum, cum numeroſis iconibus. Paſſim BOERHAAVIUM ſequitur. Propria ne expectes. Ita HALLER.

ABRAHAM BAEK *tal om nyttan ſom tilflytar läkare konſten af en wäl irätt?d lazareth i* STOKHOLM. STOKH. 1746. 8.

J. FRANC. SCARDONA *aphoriſmi de cognoſcendis & curandis morbis.* PADOVA 1746. 4. Multa chirurgici ſcopi.

JOH. LE THIEVLLIER & LUD. GABR. DUPRÉ *E. exercendæ Chirurgiæ juventus aptior.* PARIS 1746. 4.

JOH. FOTHERGILL in *Phil. Tranſ. n.* 478. retulit de rupto diaphragmate, per quod ventriculus & pars inteſtinorum in pectus adſcendit.

J. BREINTAL ib. *n.* 479. deſcribit ſymptomata quæ ipſe expertus fuit, cum a ſerpente caudiſſono demorſus fuiſſet.

CL. ARDERON *n.* 480. de inflammatione violenta nata a ſeta, quæ pedem ſubierit.

GEORG. HOWELL de magno calculo ex urethra exciſo.

PETR. TEMPLEMAN de uteri ſcirrho.

GUILIELMUS FIDGET *n.* 482. de calculo decem unciarum & dimidiæ in canis veſica reperto, quæ ſe circa calculum contraxerat.

JACOB

JACOB VAN DER HAAR *in verhandel van de Holl maatſchappy* T. II. refert de tendine Achillis lacerato absque ullo ſenſu facile coaleſcente; cum pes propria faſcia ſurſum duceretur, etiam poſtquam iterato rupta fuerat. Idem malum in alio ægro absque faſciis ſponte & feliciſſime curatum fuiſſe. Caries tibiæ repetitis terebrationibus, deinde ſetaceo ſuperata.

T. VI. Part. II. de vulnere CHRISTI agit.

T. VIII. de luxatione femoris a cauſis internis.

T. X. P. II. de ſabulo cum muco conjuncto.

T. XII. de artubus gangrænoſis non amputandis, ſed naturæ committendis. V. *vuln.*

HENR. FRIDER. DELIUS, Profeſſor Erlangenſis. Ejus ſunt *amœnitates medicæ circa caſus medico-practicos haud vulgares. Decades* V. LIPS. 1747. 8. in quibus & obſervationes chirurgicæ occurrunt: ophthalmia inflammatoria vapore tepido levata; placenta funeſto eventu retenta; ampla ambuſtio feliciter ſanata; gangræna pedis ulceroſi ſanata; poſt partum tumor partium pudendarum gangrænoſus curatus.

Ejus *obſervationum medico-chirurgicarum pentas.* ERLANG. 1756. 4.

Ejus & NEUSTÆDTER *triga caſuum medico-chirurgicorum.* ib. 1763. 4.

Idem in *Fränkiſcher Sammlung* T. I. NÜRNB. 1756. 8. de ictu non lethali, etſi poſt eum puer periit; de morſu canis rabidi non funeſto, ſcarificato vulnere, veſicatorio impoſito, datoque pulvere MEADIANO.

T. II. ib. 1757. 8. de herniis; relatio etiam juridica de capitis percuſſione non neceſſario lethali; de quibusdam vulneribus lethalibus.

T. III. ib. 1758. 8. improbabilis curatio canis hydrophobi; uterus in partu ruptus; cancer mammæ, ut putatur, ſanatus.

T. IV. ib. 1759. 8. quædam de calculis; de extractione cataractæ; de hernia hepatica.

T. V. de vulnere ſclopetario pectoris; a tumore uteri oſtium arctatum; tibia exemta & a natura hactenus reparata, ut uſus pedis reſtitutus fuerit.

T. VI. ib. 1762. curatio ſympathetica ad evellendam de gula ſpinam; oſſa fœtus per anum excreta; WENZELII extractio cataractæ; luxatio vertebræ ſecundæ funeſta; uterus clauſus, ut oſtium ejus non pateret.

T. VII. ib. 1765. 8. iſchuria funeſta; bubo venereus.

CHRISTIANUS PHILIP. HERWIG. ib. T. VIII. 1768. 8. de ſcirrho in inguine feliciter exciſo; ex diſp. DELII aliqua ad expediendum partum; reſponſum de funeſto ictu capitis; mors ex ambuſtione.

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* IX. *obſ.* 104. de fiſtula ani absque ſectione curata injectionibus. *Obſ.* 105. tumor malæ in phthiſico ante mortem. *Vol.*

X. *obſ.* 89. poſſe ſanguinem ex aure fluere ab ictu & violentia externa, neque ideo calvariam fractam eſſe.

In *Nov. Act. Vol.* I. *obſ.* 23. ulcera dorſi ex ſcarificatione nata, ſanata decocto ſaturato nicotianæ. *Obſ.* 24. ſecundæ putridæ absque magno malo deceſſerunt.

T. V. *obſ.* 75. calvariæ feliciter in puero terebratæ, eductum os, quod depreſſum fuerat.

JOHANNES OOSTERDYK SCHACHT (HERMANNI filius) Profeſſor Ultrajectinus, in ſuis *practicæ Medicinæ inſtitutionibus* UTRECHT 1747. 4. dum morbos omnes pertractat, etiam calculum oculorum, nonnullos morbos, aliaque chirurgica breviter percurrit.

MATTHIAS DE LOS SLANOS. Ejus *cirujano latino.* VALENT. 1747. 4.

HERMANN SCHÜTZER in *k. ſwenska wetenſkaps Academiens handlingar* 1747. puncturam veſicæ feliciter adminiſtravit.

A. 1749. tibiæ carioſæ partem majorem exemtam fuiſſe absque motus detrimento. Deinde ſe excidiſſe calculum adhærentem ad veſicam, feliciter tamen.

A. 1752. *Trim.* 3. refert de peſſo integris decem annis multo cum incommodo geſto; de prolapſu uteri; de ſanatis a peſſo diu retento natis malis.

A. 1757. maximam hydrocelen curavit fiſſo ſcroto & ligata vena & arteria.

A. 1758. in virgine tumor in meſenterio, in quo oſſa, capilli, & dentes.

A. 1767. bis inciſo oſtio uteri expeditus partus.

A. 1768. ex nana, quæ omnino non poterat parere, fœtum excidit feliciter.

A. 1769. de neceſſitate ſectionis cæſareæ in fœminis male natis, utero in partu rupto.

Ejus *Tal om Chirurgiens nu wärande tilſtând.* STOKHOLM 1755. 8. Quædam de ſtatu Chirurgiæ ſeptentrionalis. Contra cancrum, ſcrophulas, & ſpinam ventoſam nullum antidotum innotuiſſe. Laudes FRANCISCI GIGOT de la PEYRONIE, & ACRELLII.

Hamburgiſches Magazin zum Unterricht und Vergnügen aus der Naturforſchung. HAMB. 1747. 8. Hoc diarium paſſim etiam chirurgicas rariores hiſtorias collectas ex *Phil. Tranſ.* aliisque fontibus continet.

PETR. TARIN *obſervations d'Anatomie & de Chirurgie.* PARIS 1753. 12. 3. vol. V. *calcul. ſect.*

Conſul-

Conſultations choiſies de pluſieurs medecins celebres de l'Un. de MONTPELLIER ib. 1748. ſqq. 12. octo vol. aliqua etiam chirurgica continet.

In *Act. Nat. Cur. Vol.* VIII.

JOB. BASTER *obſ.* 14. epiphyſis tibiæ per abſceſſum ab oſſe ſeparata in puero. *Obſ.* 15. fiſtula veſicæ perantiqua ſanata. *Obſ.* 17. hernia umbilicalis viri hydropici funeſta. *Obſ.* 20. calculus ſub lingua exciſus. *Obſ.* 33. pus de cerebro per frontis abſceſſum manans, eventu funeſto. *Obſ.* 34. parulis cartilaginea ab evulſo dente ſectione ſublata. *Obſ.* 36. fiſtula inteſtini, ut cibi per vulnus exirent, impraegnatione ſanata.

JOH. BALTHASAR EHRHART, Memmingenſis medicus, olim HALLERI amicus, *obſ.* 39. ex fungo veſicæ cauda ſua partem urethræ obturante iter urinæ funeſto eventu ſuppreſſum.

GEORG. CHRISTIAN. MATERNI DE CILANO, medicus Altonenſis, *obſ.* 91. de tumore inguinis puris vomitu curato. *Obſ.* 92. ſcirrhus colli in lethale carcinoma degener. *Vol.* IX. *obſ.* 89. clavi pedum quotannis per ſuppurationem delabentes. *Obſ.* 91. diuturna cephalæa ſetaceo ſublata. *Vol.* X. *obſ.* 4. de inteſtino colo per vulnus abdominis pendente, cum experimentis in eo inteſtino a B. S. ALBINO factis.

J. CHRISTOPH. RIEDEL *Vol.* VIII. *obſ.* 103. os bregmatis a lapſu depreſſum, inde paralyſis.

J. G. BLOCK *obſ.* 120. calculus poſt 28. annos de urethra exciſus. *Obſ.* 104. calculus per anum exemtus, & ejus chemica analyſis.

J. FRIDERICH FRUSTENAU, J. HERMANI filius, *Vol.* VIII. *obſ.* 59. bis abſceſſus in genu ſanatus. *Vol.* IX. *obſ.* 48. ſanatum vulnus venarum jugularium & laryngis, ſutura adhibita. *Obſ.* 50. ſpina ventoſa aliquoties ſanata exemtis, quæ corrupta erant, oſſiculis, alias lethalis.

In diario *Gentlemans Magazine* interdum caſus etiam chirurgici deſcribuntur.

FRANCISCUS BOISSIER. Ejus *noſologia methodica ſiſtens morborum claſſes, genera, & ſpecies juxta* SYDENHAMI *mentem & botanicorum ordinem.* LYON. 1763. 8. 5. vol. Morbos etiam chirurgicos in claſſes, genera & ſpecies redegit. In nova editione Genevenſi 1768. 4. 2. vol. aliqua auctaria, & tabulæ additæ ſunt. V. *mors. can. rab.*

JANUS REGHELLINI. Ejus *oſſervazioni ſopra alcuni caſi rari medici, e chirurgici.* VENEZ. 1764. 4. V. *ocul. morb.*

CHRISTIAN FRIDERICH DANIEL *Beyträge zur mediciniſchen Gelehrſamkeit, in welchen auserleſene Materien abgehandelt, merkwürdige Caſus vorgetragen und mit nöthigen Anmerkungen erläutert werden.* HALL. 1749. 4. Omnia fœtus oſſa ſenſim per anum egeſta. De iis, quæ ab animalibus didicimus. Cura parturientium & puerperarum.

Zweiter Theil. Ib. 1751. 4. Curationes ſympatheticas imaginationi tribuit. De funeſto uteri cancro.

Dritter Theil. Ib. 1755. Ulcus diuturnum renis, & pus in urina; pedum œdemata; deceſſio membranæ internæ veſicæ poſt mictum cruentum, in quo caſu gummi arabicum diſſolutum laudat; hæmorrhagiæ uterinæ.

ERNEST. ANT. NICOLAI *Unterweiſung zu dem Studio medico-chirurgico* P. I. II. III. JEN. 1753. 1754. 1760. 8. V. *calcul.*

HONORATI PETIOT *quæſtiones medicæ* XII. MONSPEL. 1749. 4. quæ occaſione cathedræ vacantis prodiere. Inter eas ſunt de carbunculo a paronychia omnino diverſo; de hydrargyri uſu in hydrophobia; contra cauterii poſt amputationem uſum. Affirmat dari aneuryſma verum. Hydrophobia imaginaria ex diſſecto cane, quem putabant rabidum eſſe.

JACOBI FARION *quæſtiones medicæ* XII. Ib. 1749. 4. Negat calculum renalem manu curari poſſe; turundas in vulneribus rejicit; brochotomen in angina laudat.

Ejus porro obſervationes magni momenti ſunt in HALLERI *Mem. ſur les part. ſenſibles.*

Ejus in *Journal de Medecine* T. IX. de dolore acerbo aurium a vermibus.

FRANCISCI LAMURE *quæſtiones medicæ* XII. MONSPEL. 1749. 4. Negat vulnera capitis MONSPELII quam PARISIIS leviora eſſe, tibiarum graviora & viciſſim. De aneuryſmate aliqua & de iisdem examen animadverſionum cl. PETIOT.

THOMÆ FITZMAURICE *quæſtiones medicæ* XII. MONSPEL. 1749. 4. De cura tumorum cyſticorum; de inflammatione oſſium. Reparationem naſi Tagliacotianam rejicit.

ANTONIUS DE HAEN, natus HAGÆ Batav. 8. Decemb. 1704. per plures annos magni BOERHAAVII diſcipulus, Ill. ac Magnif. Vir, S. C. R. A. Majeſtatis Conſiliarius & Archiater, magnæ famæ medicus, totus Hippocraticus, Profeſſor primarius clinicus Vindobonenſis, pluriumque erudit. ſocietatum ſocius, quem anno 1776. chronico atrocique pectoris morbo diu prius vexatum, amiſimus 3. Septemb. Hujus tanti Viri beneficiorum ac Benevolentiæ ad cineres usque gratus recordabor. Hoc enim optimo ac celeberrimo Magiſtro per biennium plurimum profeci, & præterea ipſe me penultimo vitæ ſuæ anno ab imminente mortis periculo liberavit, integerrimamque ſanitatem mihi jam deſperanti reſtituit, poſtquam febre continua remittenti valde pertinaci & demum maligna laborans per duos ferme menſes decubuiſſem. Laborioſus Vir hic multa ſcripſit & medici & chirurgici argumenti.

Quæ ad Chirurgiam faciunt, reperiuntur primum in diſſ. *de deglutitione vel deglutitorum in cavum ventriculi deſcenſu impeditis*, quam edidit HAAGÆ

Haagæ 1750. 8. Mali cauſa eſt in glandulis induratis palati, faucium, ventriculi. Duo exempla producit. Habet etiam aliquos calculoſorum caſus.

Deinde in *ratione medendi in noſocomio practico*, cujus nunc ſeptemdecim tomi exſtant, multa, neque ea vulgaria chirurgica propoſuit, ita Haller. Colebat enim & Chirurgiam, multosque eorum, qui morbo quodam chirurgico adfecti ad ſuas pauperum ordinationes acceſſerant, ab ipſo, adminiſtrante quidem perito chirurgo Scherer, ſanari vidi. Neque pauca certe erant, quæ nobis in rebus chirurgicis dabat ſaluberrima conſilia, atque non raro auditoribus ſuis hanc artem, medicis omnino ſcitu neceſſariam, enixe commendabat.

In Tom. I. qui prodiit Vindobonæ a. 1757. 8. agit de calculo urethræ, renum, & veſicæ. Quædam obſervata de herniis. Enormis cariei exemplum. Frequenter paralyſes fieri ex carie vertebrarum monet.

In T. II. ib. 1757. 8. pus non ex adipe fieri, neque per inflammationem, ſed ex eodem humore, qui in polypos cogitur; atque cruſtam ſanguinis phlogiſticam ſubito etiam generari. Obſervationes aliquæ de herniis; de tumoribus cyſticis in variis corporis locis ſitis; & de utilitate pulveris ex uſta ſpongia, uſto panno, teſtis ovorum aliisque compoſito. Laudat uvam urſi in ulceribus renum, veſicæ urinariæ & iſchuria. Calculoſus ingenti copia medicamentorum Stephenianorum ſanatus.

In T. III. ib. 1758. 8. de tumore duro, critico, in vaginis tendinum manus. Confirmatur utilitas uvæ urſi, ut calculum quidem non ſolvat, incommodis tamen omnibus ægrum liberet. Calculus, qui cathetere tangebatur, non potuit inſtrumentis auferri: hærebat enim in uretere, ut ſolo mucrone emineret. Ulcera aliqua cortice Peruv. ſanata, funeſta alia.

In T. IV. ib. 1759. 8. de aneuryſmate etiam exemplum, ubi coſtam conſumſit aneuryſma. In vulnere arteriæ brachialis agarico feliciter uſus eſt. Iterum de efficacia uvæ urſi in morbis renum; de luxatione femoris a cauſa interna, ligamento terete deſtructo.

In T. V. ib. 1760. 1765. 8. de utilitate uvæ urſi in morbis viarum urinariarum; de medicamento Stepheniæ. Uſum aquæ calcis lacte temperatæ in calculo probat. De aneuryſmatibus: frequens eſſe in Austria malum.

In T. VI. ib. 1761. 8. plura ſunt chirurgica. Fœmina atreta inciſione ſanata; ulcus intra pſoam quadratumque muſculum & peritoneum; aneuryſma cordis & aortæ; abſceſſus in cavo mediaſtini; veſica ab indurato teſte loco mota. Felices calculi ſectiones, ope lithotomi operti, factæ: ad hanc operationem ſitum horizonti parallelum requiri. Uva urſi nullo cum effectu data. Ferrum candens ad Italorum modum funeſto eventu calvariæ impoſitum, inflammabatur, & ſuppurabatur inde dura membrana, & in altero ægro cerebrum comburebatur.

In T. VII. ib. 1762. 8. de aneuryſmatibus nonnullis; de efficacia agarici Broſſardiani; de gangræna cortice Peruv. ſuperata; de ſanato vulnere inteſtini tenuis.

In T. VIII. ib. 1763. 8. de inſtrumento Mediolani invento, quo aqua in ultimum inteſtinum usque per anum impelli poteſt, donec de ore effluat.

In T. IX. ib. 1764. 8. de volvulo etiam ex hernia nato; in hernia incarcerata clyſteres frigidos profuiſſe; graves etiam viarum urinarum morbos ſedari ab uva urſi.

In T. X. ib. 1765. 8. curationes aliquæ eadem uva urſi factæ.

In T. XI. ib. 1767. 8. aliqua de gangrænis inteſtinorum, de paracenteſi in hydropis diverſis ſpeciebus.

In T. XII. ib. 1768. 8. vix ulla chirurgica habentur.

In T. XIII. ib. 1769. 8. experimenta ſua in canibus ſubmerſis ſuſcitandis facta recenſet. Aqua calcis in experimentis non ſolvit calculum, etſi dolores lenit.

In T. XIV. ib. 1770. 8. de inflammationibus membranarum, & de inflammationibus diuturnis.

In T. XV. ib. 1773. 8. tradit hiſtoriam auxiliorum, quæ ſubmerſis, ſuſpenſis, ſuffocatis adhibenda ſunt. Agit porro de ſignis, quibus noſcitur, vivusne quis an mortuus in undas præcipitatus ſit?

In T. I. *Rationis medendi continuatæ* ib. 1771. 8. in Part. II. agit fuſe de reſuſcitanda vita ſuffocatorum, ſuſpenſorum &c. Germanice vertente Johanne Lamboy *Abhandlung über die Art des Todes der Ertrunkenen, Erhänkten, und Erſtickten; dann über die Mittel, durch welche denſelben das Leben hergeſtellet werden kann.* Wien 1772. 8.

In T. II. *Rat. Med. cont.* ib. 1774. 8. in Part. II. agit. de calculo renum & veſicæ; de herniis, additis hiſtoriis variis, & figuris.

Horum voluminum compendium edidit cum titulo *Epitome* &c. Joannes Mich. Schosulan Med. Doct. Viennæ 1777. 8.

Bartholomæus Serena & Anton. de Medina *DD. curſo nuevo de Chirurgia.* Madrit 1750. 8.

Frider. Boerner *de Coſma & Damiano artis medicæ Diis tutelaribus.* Helmstadt 1752. 4.

In *relationibus de libris phyſico-medicis.* Witteberg 1756. 8. Libros etiam chirurgicos recenſet. V. *obſt. art.*

Joseph Warner in *Phil. Tranſ. Vol.* XLVII. per inciſam urethram, deinde ſuper catheterem inciſione facta, calculum, ſed præterea oſſis fragmentum eduxit. *Vol.* XLIX. P. II. de hydrope articuli, ejus ſignis, & curatione. Jubet articulationem perforare. Exemplum adfert, ubi poſt copioſum gelatinæ effluxum malum ſanatum eſt. Externum malum Barbadeo

petro-

petroleo levatur. *Vol.* L. P. I. de aneuryſmate arteriæ cruralis ex lapſu orto, aliisque aneuryſmatibus ſpuriis. *Vol.* L. P. II. calculos in veſica quatuor vidit aſperos. Non ergo quando plures ſunt, per tritum lævigari. *Vol.* LI. P. I. Paracenteſis in ſuppurato fruſtra facta. Duo calculi anguloſi congruentes, ex urethra exciſi. *Vol.* LI. P. II. ingens calculus ex urethra egeſtus in perinæum.

Ejus porro *caſes in Surgery with remarks.* LOND. 1754. 8. Non exigui momenti collectio. Gallice vertente D. MAGENIS. PARIS 1757. 12. in qua editione aliena nonnulla & inutilia acceſſerunt. HALLER.

Le nouveau magazin François. LONDRES 1750. 8. Colligente Me. LE PRINCE DE BEAUMONT. Compendium orationum le CATII, diſſertationum ZINNII, NOREENII, PAPII &c.

Primitiæ phyſico-medicæ ab iis, qui in POLONIA *& extra eam Medicinam faciunt, collectæ. Vol.* I. LESNÆ 1750. 8. Vol. III. ZULLICHAU 1750. 8. Præfatus eſt Leſnenſis medicus ERNESTUS JEREMIAS NEIFELD. Ad Chirurgiam pertinent.

G. E. HERMANN *de ulcere uteri cancroſo*, omnibus fruſtra tentatis lethali. Poſt lapſum uterus in partu ruptus.

In T. II. mola hydropica in virginis utero ſphacelus; ſcroti ſcorbuticus ſanatus.

J. CHRISTIANI HEFFTER, medici Zittavienſis, hydrocele cum teſte indurato, ſimplici cataplaſmate ex farina fabarum, & aceto curata. Scrotum induratum, teſtisque induratus eodem cataplaſmate reſtitutus.

ERN. JEREMIÆ NEIFELD tumor poſt abſceſſum ſub maxilla ſuperſtes, ſuperveniente pleuritide ſanatus.

In T. II. Lapillus forte felleus de ulcere ſub umbilico exciſus; de fæcibus alvi per uterum excretis, quale exemplum in generoſa Matrona & HALLER vidit, funeſto eventu.

In *ratione medendi morbis circuli ſanguinei.* BRESLAU 1773. 8. Hæmorrhagiæ etiam & inflammationes tractantur.

In J. CLEGHORNE *new hiſtory of* MINORCA. LONDON 1751. 8. medica aliqua ſunt & chirurgica. In MINORCA capitis vulnera facile, pedum mala difficulter ſanari. HALLER.

Anno 1751. cœpit prodire vaſtum *Encyclopediæ* opus, quo etiam chirurgica continentur, a LOUISIO ſuppeditata, minime mala. HALLER.

THEODOR VAN GULPEN *ſchakel der heel en geneeskonde.* ROTERDAM 1751. 8.

Neu gegründete Pfafiſche Betrachtung über einige chirurgiſche Materien. LINDAU 1751. 8.

In

In *Phil. Tranſ. Vol.* XLVII. cum quo numeri ſingularum particularum unius voluminis deſinunt exprimi, opuſcula annorum 1751. & 1752. continentur. Ad Chirurgiam faciunt:

Cl. M. DE LA CONDAMINE ex AFRICA ſagittas attulit Ticunarum & Lamarum veneno tinctas: his ſagittis experimenta in variis animalibus facta ſunt: & adparuit etiam tunc, tanto elapſo tempore, efficaciam ejus veneni animalibus funeſtam fuiſſe.

THOMAS DEBENHAM, chirurgus, de abſceſſu ſponte nato oſſa fœtus eduxit.

THOMAS HOPE, DAVIELI cataractas extrahenti adfuit, quem valde probat. Nunquam TAYLORUM eam adminiſtrationem eſſe molitum.

THOMAS WILBRAHAM de homine a cane rabido demorio & enecto. Nil in gula læſum.

DANIEL AISSER in *k. ſw. Acad. handl.* 1751. retulit de cephalæa ab arteriæ temporum ſectione levata.

JOHANNES HOFER in *Actor. Helveticor.* T. I. de polypo feliciter de œſophago extracto.

In T. II. de aqua cum cynorrhodo decocta ad calculum renis inutili; de viro, cui gangræna circa vias urinæ fere omnem adipem abſumſerat, ita ſanato, ut fiſſo inteſtino recto novum incrementum & firmior adhæſio huic inteſtino obtineretur.

In T. V. calculi octodecim in ſacculo veſicæ appenſo. Ib. in vitrivoro laceratus œſophagus.

J. TARGIONI TOZZETTI, medicus Florentinus, Vir illuſtris. Ejus *prima raccolta di oſſervazioni mediche* prodiit FLORENTIÆ 1752. 8. In hac collectione agit etiam fuſe de magno cranii tumore, quo plusquam 150. aquæ libræ continebantur; de aliisque cranii morbis. In paracenteſi hic nihil eſſe præſidii. De utilitate veſicatoriorum in anaſarca, quæ febri ſcarlatinæ frequens ſuccedebat Luxatio vertebræ 24. caſu curata. Varix venæ ſine pari. Aneuryſma aortæ. Oſſa emollita, & curvata. Calculus veſicæ 39. unciarum pondere in homine orthoſtadio. HALLER.

HENRICH WILHELM BUCKING, *daſs die ausübende Wundarzney etwas angenehmes, jedoch weit mehr unangenehmes bey ſich führe.* WOLFENBUTTEL 1764. 4.

Ejus *unentbehrliches der Wundheilungskunſt.* Ib. 1766. 4. alii 1741. 4. V. *Venæ ſect.*

In *Act. Acad. Nat. Cur. Vol.* IX.

ANDREAS JACOB KIRSTEN *obſ.* 11. refert de puella ano clauſo, & fæces per vulvam reddente.

HENRICH HEISEN *obſ.* 53. vulnus cervicis & ex eo emphyſema. *Obſ.* 79. empyema inciſione ſanatum.

WOLF-

Wolfgang Thomas Rau, Ulmenſis, *obſ.* 36. iſchuria funeſta cum veſicæ inflammatione. *Vol.* X. *obſ.* 28. ulcus enorme colli veſicæ ex gonorrhæa virulenta natum, & curatum. *Obſ.* 45. ſanata fiſtula dorſalis, cum aqua ſublimati hydrargyri Beloſtiana feliciter adhibita eſſet.

In *N. E. N. C. Vol.* III. *obſ.* 34. ſpina bifida lethalis. *Obſ.* 35. ſic inteſtini ilei a calcitrante equo ruptura. *Obſ.* 36. fumus nicotianæ in anum impulſus, in hernia incarcerata ſalutaris. *Obſ.* 39. maxima & lethalis femoris laceratio. *Obſ.* 54. utriusque pedis fractura complicata ſanata.

Delaisse, chirurgus in Montfort l'Amaulry, Vir modeſtus, poſt quadraginta annorum experientiam ſcripſit *recueil d'obſervations de Chirurgie.* Paris 1753. 12. Partes operis plures ſunt. In prima 49. curationes continentur; gangrænæ nempe, abſceſſuum, ulcerum, herniarum, fracturæ cruris, ſinuum apertorum, vulneris vulvæ. In terebratione calvariæ angulos inciſionis non debere reſecari, neque pontem inter duo foramina trepano facta ſuperſtitem tolli. Calli indurationem acore vinoſorum fomentorum impediri. Par. II. de diæta in morbis chirurgicis. P. III. partus aliqui difficiles. Haller.

Antonius Petit, celebris medicus & inciſor. Ejus *Anatomie chirurgicale, ou deſcription exacte des parties du corps humain, nouvelle edition refondue & augmentée.* Paris 1753. 8. 2. vol. Intercedunt etiam chirurgicæ obſervationes.

Ejus *diſcours ſur la Chirurgie.* Ibid. 1757. 4. Portal.

Stephanus Gaspareiti, medicus Feltrenſis. Ejus *oſſervazioni medico-chirurgiche.* Bologna 1753. 4.

J. F. R. *phyſicaliſche und mediciniſche Abhandlung von den äuſſerlichen Verletzungen, von dem Kinderabtreiben und andern Mitteln.* Nürnberg 1753. 8.

Anno 1753. prodiit *recueil des pieces qui ont concouru pour les prix de l'Acad. R. de Chirurgie.* Paris...4. Has diſſertationes ſuo loco jam recenſui.

Prodromus prævertens Acta Hafnienſia prodiit Hafniæ 1753. 4. in quo multa ſunt chirurgici argumenti. Haller.

Primitiarum phyſico-medicarum Polonicarum Vol. III. prodiit Zullichau 1753. 8. in quo Laurentius Mizler balſamum ſuum vulnerarium pene in omnibus malis laudat. Haller.

Paul de Wind *uytgelezene heelkondige verhandelingen en waarnemingen gebrekken uyt de verzameling des Barons van* Haller *en uyt andere werken der voornaamſte heelkundigen van Europa.* Roterdam 1754. 4. Haller vero 1759. V. *obſt. art.*

Richard Brookes *an introduction to Phyſik and Surgery.* Lond. 1754. 8. Continetur etiam compendium chirurgicum.

Antonius Cocchi, Beneventanus; ortu Magellanus, Vir doctiſſimus, medicus Florentinus, edidit *Græcorum chirurgicos libros e collectione* Nicetæ. Florent. 1754. fol. Animadverſiones utiles ſimul addidit.

In *diſcorſi Toſcani*, & in *hiſtoria Anatomes* T. I. Ibid. 1762. 4. docet, ut Anatome Chirurgiæ lucem accendat, potiſſimum etiam calculi ſectioni.

Petrus Paulus Tanaron, chirurgus caſtrenſis, qui in Gallia artem didicerat, & in caſtris per experimenta ſuam peritiam auxerat. Ejus *trattato di Chirurgia.* Firenza 1754. 8. 2. vol. Gallos paſſim exſcripſit. In Tom. I. theoria chirurgica, pathologia chirurgica & therapia. In T. II. adminiſtrationes chirurgicæ proponuntur, fere ex Gallis & potiſſimum ex Garengeoto. Non tamen auctor absque propriis eſt animadverſionibus. Vulnus cerebri acinace inflictum, cum amiſſis corticis cerebri tribus unciis, repetita ſutura cutis ſanatum. Suturæ trepanum infeliciſſime admotum cum funeſta hæmorrhagia. Vulnus in quo dura mater ſiderata repetitis terebrationibus ſanatum, ſquama de meninge dejecta. Adverſus hydrocephalon cauterium exterius ad ſuturæ ſagittalis initium & mucronem lambdoideæ admovere jubet. Raram eſſe cariem cum fiſtula lachrymali conjunctam, neque adeo ignis adeſſe neceſſitatem. Virgilii angina; magnus tumor oculi; bronchotome peracta inciſis muſculis ſternohyoideis, deinde aſpera arteria aperta, & cum vulnus externum interno non parallelum eſſet, denuo fiſſa ea arteria, ad ſextum usque annulum, lamina plumbea anſata immiſſa, eventu felici. Franciscum de la Peyronie ita mammam amputaſſe, ut dimidiam peripheriam primum incideret, deinde alternando digitis & incidendo ambitum amputationem abſolviſſe, ut ſenſim adhæſiones ſolveret. Non recte ſuturam clavatam gaſtroraphiæ nomine deſignat. Corrupti & putridi fœtus in ventrem effuſi felix exciſio a chirurgo Metivier perfecta. Tendinum ſuturam apud Pariſinos obſoleviſſe, quos in legitimum ſitum diſpoſuiſſe ſufficiat. De educendis alienis corporibus, quæ in aſperam arteriam aut in gulam illapſa fuerint. Haller.

J. Lud. Leberecht Loesecke *obſervationes anatomico-chirurgico-medicæ novæ & rariores.* Berlin 1754. 8. Brevis ævi valentis ingenio medici opus. De novo acetabulo ſcapulæ ad latus veræ cotylæ ſubnato. Vulnus ſepti transverſi & coli inteſtini ſanatum, clavo per anum reddito. Sacculus cutaneus de ſcapula cachectici hominis pendulus.

Frid. Hermann Lud. Muzell, Profeſſor Berolinenſis, celebris clinicus. Ejus *mediciniſche und chirurgiſche Wahrnehmungen. Erſte Sammlung.* Berlin 1754. 8. Anglice London 1755. 8. Aliqua chirurgica. Hæmorrhagia ex dente evulſo demum intruſa ſpongia ſuppreſſa. Ad curandas caruncculas penicillum fingit ex carpto linteo & virga balænaria, hunc in unguentum mundificans tingit, per catheterem ad ulcus uſque introducit,

cogit

cogit eminere, & circa partem ſauciam contorquet aliquoties de die. Id unguentum ex Ægyptiaco & aceto lithargyri componit. In vetuſta carie amputationem fere necem inferre, quod perioſteum in univerſo corpore fere corruptum oſſa laxe ambiat. Cariei, ut cancri, peculiare eſſe venenum. Calloſa ulcera urethræ fere ſcarificando curari, & cute deſtructa, quæ corrupta eſt. Hernia cruralis incarcerata, cum bene ſanata videretur, mortem intulit: anguſtum in colo inteſtino inque ileo vulnus erat. Vulnus ſclopetarium pulmonis ſanatum. Spina ventoſa univerſi corporis inſanabilis. Ex ictu ſclopeti caries bregmatis ſanata. Ob cariem humerus ex ſua cotyle feliciter exciſus.

Ejus *zweyte Sammlung.* BERLIN 1764. Ulcus cartilaginoſum uteri funeſtum. Sanatum aneuryſma verum, quod ruptum fuerat. Ex abſceſſu peritonæo adſidente tabes, inciſo ulcere & educto pure ſanata. HALLER.

GUYOT *manuel des medecins, ou recueil d'aphoriſmes choiſis tirés d'*HIPPOCRATE *& de* CELSE, *ouvrage utile aux chirurgiens.* PARIS 1754. 12.

BERRYAT *collection academique.* DIJON 1754. 4. 2. vol. Continet etiam chirurgica.

MEYSERAI *Medecine d'armée.* PARIS 1754. 12. 3. vol.

JUSSY *lettre à* M. VACHER *ſur une operation chirurgicale.* PARIS 1754. 12.

Relique à M. VACHER *ſur l'imperitie, & ſur la neceſſité aux chirurgiens de ſavoir le latin.* Ibid. 1754. 12. Tribuunt D. de JUSSY.

Lettre d'un medecin à une Dame au ſujet d'une experience de Chirurgie fait à la Charité le 22. Juin. PARIS 1754. 4.

Seconde lettre d'un medecin à une Dame au ſujet d'une experience de Chirurgie faite à la Charité le 22. Juin 1754. PARIS 4. tribuunt utrumque JACOBO BARBEU DE BOURG.

D. GONTARD in *hiſt. de l'Acad. R. des Sc. de* PARIS 1756. refert de cyſtide intra cerebrum, cum oſſis temporum carie, per quam pus ſibi viam fecerat, ut per aurem efflueret.

Idem in *Journ. de Med.* 1757. P. I. de oſſibus, quæ per urethram deceſſerunt, ut iter ab inteſtino recto in veſicam pateret.

In *Eph. Nat. Cur. Vol.* X.

LUDOV. GOTTFRIED KLEIN, medicus Erbacenſis, ante diem a morte abreptus. *Obſ.* 70. vulnus ſclopetarium pectoris ſanatum. *Obſ.* 71. hæmorrhagia umbilici in puero per ætatem ſponte ceſſans. *Obſ.* 72. fiſtula umbilici, ventriculus perforatus, hepar corruptum, abdomen pure fœtido plenum.

Et in *N. A. E. N. C. Vol.* I. *obſ.* 17. periculoſus morſus hominis irati per gangrænam. *Obſ.* 18. ab amputato digito ob paronychiam, mala-

que ægri curatione, caries & mors, oſſaque humeri minutatim corrupta. *Obſ.* 19. ex hernia incarcerata coli & lumbrici prodeuntes, ut tamen ſanaretur. *Obſ.* 22. teſticuli contuſio, magnusque tumor, feliciter curatus.

J. WOLFGANG FRID. BOENNEKEN in *Eph. Nat. Cur. Vol.* X. *obſ.* 104. aliquot de calculis veſicæ urinariæ adnotationes.

Idem in *Nov. Act. Vol.* I. *obſ.* 51. pertinax tonſillarum exulceratio. *Obſ.* 52. uvula & tonſillæ a funeſto ulcere conſumtæ.

DANIEL GOTTLOB THEBESIUS in *Eph. Nat. Cur. Vol.* X. *obſ.* 63. utique in cancro contagium eſſe. *Obſ.* 65. veſicatoria in malignis variolis efficacia. *Obſ.* 68. ſubluxatio colli reſtituta. *Obſ.* 69. pedum ſtrumoſum œdema.

Idem in *Nov. Act. Vol.* I. *obſ.* 42. de hydrophobia collecta.

WESTMAN JACOBSON in *k. ſwenſka Wetenſk. Acad. handling.* 1754. *Trim.* 2. retulit de gangræna faciei ſpontanea curata, & de prægrandi clitoride.

In *Hamburger Magazin* T. XIV. varia huc faciunt, quædam etiam propria habentur excerpta ex VISSCHERI & V. der POLL libro de arcano Ronhuyſiano: tum ex WHYTTIO de aquæ calcis vi lithontriptica.

Propria eſt J. CONRADI FUESLIN relatio de ſcirrho funeſto abdominis pylorum amplexante.

In *Act. Helv.* T. IV. extat ejusdem mirifica veſicæ urinariæ fabrica, cum ureteribus præter naturam accedentibus, & ſacco urethræ in calculoſo homine.

In *Mercur. de France* 1754. *M. Jan.* hiſtoria fœminæ, quæ calculos vomebat. Sed ordo medicus fraudem, & lapides eſſe foſſiles detexit.

Ibidem quædam etiam curationes lithotomicis le CATII inſtrumentis factæ recenſentur, & ſanata fœmina gravida cum hernia incarcerata gangrænoſa laboraret, de qua vermes prodierant. HALLER.

CAROLUS AUGUSTUS VANDERMONDE anno 1754. novum diarium edere cœpit, cui titulum fecit: *Journal de Medecine, de Chirurgie* &c. PARIS 1754. 8. Germanice *Sammlung auserleſener Wahrnehmungen aus der Arzneywiſſenſchaft der Wundarzney* &c. FRANCF. LEIPZ. 1757. 8. In hoc diario plurima ſunt chirurgica, & in hoc anno ſequentia: ulcus cum carie carpi tandem ſanatum. Iſchuria ex ulcere renis utriusque die 28. funeſta, cum iter urinæ liberatum fuiſſet. De cancro mammæ, ut hic certe ſcribitur, ſanato, & alio in homine lethali. Gangræna ſpontanea tibiæ in juvencula ſanata.

L. H. S. chirurgus retulit ibidem de felici & velociſſima calculi ſectione le CATII. Unicus inter ſeptenos periit, quibus calculum exciderat. Ad hanc relationem reſpondit D. MAUPILLIER, ubi monetur, hanc ipſam celeri-

celeritatem magnum & periculoſum eſſe errorem. Reſpondet Anonymus, & ſe CATIUM tuetur. Ipſe etiam L. H. S. in alia epiſtola ſe CATIO favet. Conſilium pro calculoſo; pro ancyloblepharo.

DESTREMAU retulit de vulnere genæ acinace inflicto & difficili.

Idem in Tom. II. contra le CATIUM. Agarici Broſſardiani felix, etiam in caſu ſpurii aneuryſmatis, uſus.

In T. III. de eodem agarico dubia contra CHABROLIUM. De vulnere abdominis utrinque perforante, ut nullum tamen viſcus quidquam pateretur.

THIBAULT, chirurgus, in T. I. de fœtu ventrali funeſto. De cancro.

Idem in T. II. de partu ventrali, de quo chirurgus THIBAULT retulerat. De magno abſceſſu in fœminæ gravidæ inguine nato & feliciter inciſo. In calculoſo homine gangræna fere univerſi corporis & potiſſimum renum.

T. XIV. de hernia ventrali maxima.

T. XXVIII. inſignis curatio fœminæ, cujus uterus ruptus, fœtus in ventrem elapſus fuerat. Eum excidit, abdomen ſutura firmavit, fœminam ſervavit.

LUZARCHE in T. I. de puris per anum deceſſione tandem ſanata. Calvaria fracta a lapſu, ſenſus amiſſi, ſanatio absque uſu trepani, in infante quidem. HALLER.

BENJAMIN GOOCH, chirurgus. Ejus epiſtola, in qua de felicibus curationibus refert, quas agarico Broſſardiano debuit in tibiæ amputatione, reperitur in *Phil. Tranſ. Vol.* XLVIII. P. 2.

Ejus *caſes and practical remarks in Surgery with ſketches of machines of ſimple conſtruction, eaſy application, and approved uſe.* LONDON 1758. Sunt curationes in noſocomio Shotteſhamenſi, ab auctore ipſo debilis valetudinis hominis perfectæ. Scopus ei in univerſum fuit, ſimplicia, ſed efficacia, auxilia proponere. In enormi calvariæ fractura tredecies trepanum admotum, bono effectu: per plures dies acutum oſſis fragmentum in duram matrem impactum fuerat, nullo cum dolore aut ſymptomate. Laminam plumbeam BELLOSTII laudat ad curandos fungos. Os occipitis bono eventu ſerra diviſum. Salivæ vehementem fluxum apta preſſione coercuit, cum pars glandulæ reſecta fuiſſet. Aliam faſciam ad incurvum collum corrigendum proponit. Novendecim glandulas axillares exſtirpavit, diſſecto etiam muſculo pectorali. Mammam cancroſam excidit, ut tamen malum funeſto eventu in ſcapulis recruduerit. Cancer ex contagio admiſſi in potu ichoris cancroſi. Elaſtrum ad coercendum prolapſum inteſtinum. Calculus enormis magno apparatu exciſus. In fœmina calculus per vaginam exſectus. Calculus enormis quindecim unciarum apparatu magno exciſus: quindecim ex ſcroto

& urethra magni calculi exciſi. Vaginam ſuper calculum in fœminis audacter dividit. Teſtem corruptum cum velamentis ſuis cartilagineis exſtirpavit: hernias incarceratas gangrænoſas ſanavit. Oedema genu male pro hydrope articuli habitum, qui nullam curationem admittat. In gravi fractura partem oſſis eliſi, & utrumque nonnunquam os cruris, ſerra reſecuit, novumque os vidit renaſci; vidit id quaſi ſub fornice oſſis corrupti renatum. Ciſtulam pro tibiæ fracturis ſimpliciorem, & laminam deſcribit ad comprimendum truncum artus reſecti, nam acu intercipere non probat. Cutem loro conſtrictam revellit. Agaricum ſæpe non ſufficere, grumo ſanguinis ſe parum tribuere. Cariem ipſo igne corrigit. Bacilli chalybei cochleis connexi ad corrigendos artus curvatos. Felices effectus corticis Peruviani in gangræna propinati. Brachium tumidum & immobile, decocta cum inteſtinis aqua curatum. Tendines absque ſymptomate conſuit, ut tamen acu putet abſtineri poſſe. Oſſa totius corporis præter dentes emollita.

Ejus *a practical treatiſe on wounds and other chirurgical ſubjects. — a ſhort hiſtorical account of the riſe and progreſs of Surgery and Anatomy.* NORWICH 1767. 8. 2. vol. Hiſtoriam primum Chirurgiæ, quam Medicina antiquiorem facit. Non adeo magnum in excidendo de cotyle humero periculum eſſe, dum pollice arteria ſub clavicula comprimatur. Quæ vulnera periculum habeant. Canem ſervavit, cui carotidem diſſecuerat. Multa collectanea nec ſatis fida. De ſuturis; de faſciis. Sanguinem lycoperdo comprimit. Divulſum & fractum ligamentum patellæ. Acum inciſa aponeuroſi de genu excidit. Calvariæ mala. Cariem eradit, deinde perforat. Terebras repetit, potiſſimum quando laminæ interioris fractura latior eſt, quam exterioris. Suturis & ſedi ſinus falciformis non parcit. Duram matrem audacter dividit, fungos tamen meticuloſe tangit. Sanguinem ſub corium capillatum cranii in pueris nuper partu editis effuſum inciſione late facta eximit. DAVIELII adminiſtrationem graviora ciere ſymptomata. Sanguinem effuſum perforato pectore emittit. Omentum ligat. In T. II. idem opus redit, quod primo loco dictum eſt, ſed multum auctum. Funeſtos eſſe fractæ calvariæ eventus, quod terebra negligatur. Iterum optimo eventu diſciſſa dura membrana. Sublimato in ſpiritu frumenti ſoluto pervicacem ophthalmiam ſuperavit. Hæmorrhagiam narium compreſſit turunda in vitriolum tincta, inque nares data. Evulſis duobus dentibus, materiei ex ſinu pituitario exitum aperit. Periiſſe cui oſſa faciei craſſa facta ſint. Maxillæ inferioris pars quinque cum dentibus a carie deſtructa, reparata. Parotidem ſcirrhoſam feliciter excidit. Tumorem cyſticum excidit, qui thyroideam glandulam tegebat. Feliciter cancroſam mammam amputavit. Abſceſſus ſub coſtis ſpuriis, de quo calculi biliarii prodierunt. Laudes inſtrumenti HAWKINSII, quod vocat *cutting gorgeret*, & felices curationes eo inſtrumento factæ. Gangrænoſum inteſtinum repoſitum laminam depoſuiſſe. Tumor ſanguine plenus in altera nympharum. Fiſtulam ani

ani ſetaceo per vaginam traducto ſanavit. In tumoribus genu MINDERERI ſpiritus ſaluti fuit. Ex fractura cruris cum vulnere conjuncta emphyſema. Seceſſio epiphyſeos tibiæ.

Ejus *medical and chirurgical obſervations ... an appendix to a former publication.* LONDON 1773. ut videtur, 8. Miſcellaneæ adnotationes clinicæ & chirurgicæ GOOCHII & amicorum, quæ hic omnes recenſeri nequeunt. Felix terebræ uſus. Vulnus ſclopetarium capitis remanente intra cranium glande, neque eo minus æger reſtitutus fuit. De liganda arteria. Emphyſema. Coſta carioſa tuſſiendo fracta, felici tamen eventu. Caput oſſis femoris a collo ſeparatum. Id collum ſola vi muſculari fractum. Auctor monet, ne quis bronchocelen temerario auſu exſtirpaſſe velit, & exempla funeſti eventus adducit. In cancro oris felix uſus ſublimati hydrargyri cum decocto lignorum. De cancris in genere. Calculus de inteſtino recto inciſo ſphinctere exciſus. Acuta forfice perforatum os frontis, limpida aquula de vulnere & manavit & proſiluit, duram matrem aperire neceſſe fuit, felici denique effectu. HALLER.

JOSEPHUS LIEUTAUD. Ejus *précis de la Medecine pratique.* PARIS 1759. 8. Latine verſum & auctum opus cum titulo *ſynopſis univerſæ praxeos medicæ.* Ibid. 1770. 4. 2. vol. Inter morbos internos etiam externi occurrunt. Inflammationes. Omne tumorum genus. Herniæ. Calculi, aliaque mala topica. De uſu medicamenti STEPHENIÆ. Suturas tendinum defendit.

Ejus *hiſtoria anatomico-medica ſiſtens numeroſiſſima cadaverum humanorum extiſpicia* &c. PARIS 1767. 4. 2. vol. Operam cum cl. viro ſuam conjunxit

ANTONIUS PORTAL. Tumores varii, lapides, indurationes, gangrænæ, abſceſſus, collectiones aquarum, exoſtoſes, oſſa mollia, morbi externi, fracturæ, luxationes, ancyloſes, alia id genus in cadaveribus inciſis per ſingulas corporis humani partes longa ſerie recenſentur. HALLER. V. *tumor.*

Anfangsgründe der Wundarzneykunſt, und Unterricht für die Hebammen, auf Befehl H. von LUCE *Intendant von Elſaſs unter der Aufſicht des* H. GERVASY. STRASBURG 1755. 8. 2. vol. Opus Auctoris D. DU VERGET ex Gallico verſum eſſe putat celeber. HALLER. In Tomo I. breve quoddam Chirurgiæ compendium habetur, deinde ars obſtetricia. In T. II. ſunt potiſſimum adnotationes ad ſingulas a capite ad calcem operationes.

Verzameling van genees, heel, en arznykundige anmerkingen. Vol. I. & II. DELFT 1755. 8. An forte VANDERMONDII. HALLER.

CHRISTIANUS GOTTLIEB LUDWIG. Ejus *inſtitutiones chirurgicæ prælectionibus Academicis accommodatæ.* LIPS. 1764. 8. Compendium ex optimis fontibus collectum. HALLER.

Ejus

Ejus *adverſaria medico-practica Tom.* I. Lips. 1769. & 1770. 8. in quibus agit etiam de ſtaſi ſanguinis in vaſis, quæ fit absque inflammatione; de ſiphone ad exſugendum de thorace ſanguinem a Breuero invento; de doloribus in ſpina dorſi ex nimio conatu natis.

T. II. P. II. de luxatione vertebrarum colli, de curvata ſpina dorſi. In P. III. de oſſibus emollitis. In P. IV. de modis corrigendæ ſpinæ dorſi curvatæ, mollibus nempe pulvinis, cavendo ne ægrotus curvatus dormiat. Ferramenta rejicit.

Tom. III. P. I. de carie oſſium. Nova oſſa ex oſſis natura, non ex membrana renaſci. Haller.

In *Phil. Tranſ. Vol.* XLIX. P. I. ſ. anni 1755.

Richardus Guy maximum tumorem de meliceridis genere in abdomine cadaveris ſe inveniſſe retulit.

Jacob Lattermann *de experimentis agarico Broſſardiano* Parisiis *factis*, in equis, quæ feliciter ceciderunt.

Jacobus Parsons de iisdem experimentis.

Joh. Ford de eodem agarico pariter felicia eventa narrat;

Guilielmus Thornhill de eodem agarico.

Joh. Nedham de ſanato puero, cui magna pars inteſtinorum exciſa.

Richardi Broklesby experimenta in vulneribus tendinum facta in vivis animalibus, quæ nihil inde paſſa ſunt.

Jonathan Wathen de ſpecillo in tubam Euſtachianam dando, invento Johannis Douglas.

In *Actorum Helveticorum phyſico-mathematico-anatomico-botanico-medicorum* Tom. II. Basil. 1755. 4.

Philippus Jacob Schlotterbeck, labrum, quod vocat, ophthalmicum deſcribit, cucurbitulæ fere ſimile.

Idem in T. III. a. 1757. 4. Cancer tota tempora occupans; ulcus metatarſi carioſum; ulcera alia pervicacia poſt variolas relicta.

In Vandermondiani diarii T. II.

Marigues de hernia umbilicali congenita.

Idem in T. III. ad aliquas objectiones reſpondet.

T. XXVII. hydrophobia ex mero æſtu nata.

T. XXIX. non accurate ſe a D. Aubrai citari.

T. XXXII. fiſtula ani absque operatione curata.

T. XXXVI. ophthalmia venerea ab adſtringentibus injectionibus orta, curata cereis in urethram datis, qui ſupurationem cierent.

Moucet de magna calvariæ carie.

Bonami de duobus calculoſis a F. Johanne de S. Cosma feliciter curatis, quorum alteri a muricato calculo veſicæ membrana interna in fungi ſpeciem mutata fuerat.

Cam-

Cambon ſuum teſtimonium addit.

D... chirurgus anonymus de hernia inguinali, cui gangræna funeſta in altero latere ſupervenit, etſi chirurgus in curatione caute erat verſatus. Os carioſum ex corruptione ſcorbutica ſponte fractum.

J. Albertus Schlosser, de Warneri periculis, quibus agarici Broſſardiani vim ſalutarem confirmavit.

Idem in Tom. III. de eodem denuo experimenta in Hibernia facta, felicis eventus. Caries & gangræna ex tumore in orbita nato; anonymi.

Rigaudeau, chirurgus, ex ſpathula ad ignem curvata cochlear fecit, quo caput impactum expedivit, dum coccygem reprimebat.

Favwell de vaſculo, quo urina recipitur, quando nequit contineri. De bracheriis, quæ invenerit, eburneis.

L. M. C. P. ad chirurgi Marigues herniam umbilicalem animadverſiones.

Gauthier de ſcroto & pene in anguſto ferramenti aditu vehementer eliſo, tandem liberato.

Varnier de calculis paſſim & in corpore repertis, aut decedentibus.

Idem in T. VIII. de gangræna ſenili, cinchona ſublata.

Rochard, chirurgus, de vi efficaci agarici Broſſardiani, experimenta huic auxilio faventia. Tincturam etiam ſanguinem comprimere. De fractura cum partium eliſione cortice Peruviano bonaque curatione tibia reparata.

C..... contra medicamenta erodentia, funeſto eventu in tumore cyſtico.

.... Chabrol bis de vi ſtyptica agarici, quam contra Destremau defendit. In vulnere arteriæ brachialis ſanguinem compreſſiſſe, neque ejus ſalutarem efficaciam a preſſione pendere.

Darlub M. D. de morſu lupæ rabidæ: unguentum mercuriale fruſtraneum fuit, & in ventriculo inflammationis ſigna, gulaque contracta reperta. Mature ſumtum hydrargyrum felicius fuit. Pergit a. 1756.

Idem in T. X. aliquot exempla gangrænæ a cauſa interna natæ, & cortice Peruviano ſuperatæ.

T. XI. ſcirrhum inveteratum inteſtini belladonna ſanatum refert.

T. XIV. non ſatis certum experimentum hydrophobiæ alcali volatilis uſu averſæ.

De Berge, medicus, in T. II. de morte ex vulnere exiguo inter diſſecandum facto.

Idem in T. VII. de hydrope ſublato, abdominis ſub umbilico ſpontaneo hiatu.

Rousselet, chirurgus, in T. II. hernia gangrænoſa, inteſtinum corruptum inciſum, inde fæcum effluxus: reſecta pars gangrænoſa inteſtini ad decem pollices, vulnus a ſola natura clauſum, ut excrementa legitimam viam relegerent, nulla ſutura adhibita.

Donine profundum abſceſſum abdominis ex inflammatione natum inciſione ſanavit per ipſos muſculos producta.

Seron refert de homine calculoſo, qui tandem per ſectionem calculo liberatus, renem habuit purulentum, & numeroſos in pelvi calculos. Haller.

In *Hamburgiſchem Magazin* T. XV. Anonymi de indurato poſt gonorrhæam teſte æthiope minerali & emplaſtris curato.

Idem in T. XVI. calculis in cornicis cerebro. Deglutitus nodus metallicus poſt ſexageſimum diem demum rejectus. Inſtrumenta hic redeunt Walbaumi. Diſſertatio de vulnerum ad mortem inferendam poteſtate. Glaseri vaſculum ad metiendum ſanguinem, e vena emiſſum.

In *Mercure de France* 1755. *Jun.* P. I. Felix uſus inſtrumenti F. J. de S. Cosma.

Pipelet de hernia non repoſita, quod adhæreſceret, & in gangrænam verſa. Ulcus fæces fundens, vulnusque ſponte feliciter ſanatum.

Idem in *Mem. de Chir.* III. contra ligationem epiploi. Exempla maiorum inde natorum.

Anno 1755. nova in Hollandia ſocietas coaluit, cujus acta cum titulo *Verhandelingen uytgegeven door de Hollandze maatſchappy der wetenſkapen* ſolent prodire. In primo volumine Haarlem 1755. 8. exſtat relatio J. Henr. Schutte de juvene, cui molendinum aliquot uncias cerebri profligaverat, ut pars calvariæ ſub frontis partem deducta eſſet, neque poſſet expediri, poſt tanta mala feliciter ſanato: idem forte de quo Ellerus.

Idem in T. III. de ſanato vulnere capitis, quod in cerebrum penetraverat.

Petri Sannie fungus uteri ſublatus vinculo injecto.

Idem in T. II. vulnus ſclopetarium pectoris & pulmonis ſanatum.

T. III. de vulneribus arteriarum curatis preſſione laminæ per cochleam appreſſæ.

T. V. de vagina clauſa aperta ſanguis collectus emiſſus.

Tomus II. etiam eodem anno prodiit. In eo

J. M. Hofmann retulit de vulnere pectoris punctorio cum læſione gulæ: vulnus quidem inde ſanabatur, ſed æger phthiſicus periit. De vulnere ſclopetario pectoris, in quo fruſtra fuit paracenteſis, quod pulmo adhæſiſſet, quare alio loco incidere neceſſe fuit, quo multum puris feliciter eductum eſt. Ejusdem exempla ſanatæ fractæ calvariæ, etiam cum lambdoidea ſutura violata

lata eſſet, ubi admota terebra felicem eventum habuit, ut non ſit de vulneribus deſperandum, quæ inferiori loco calvariam aperuerint.

Idem in *Act. Helvet.* T. III. de fractura ſuturas ſuperante funeſta.

In *Verhandel. der Maatſchappy* &c. T. II.

B. FUUN de carie ſanata longo & interrupto uſu mercurii præcipitati, ut duo grana ſingula hebdomade bis ſumerentur, cum ſimpliciſſima deligatione.

Idem in T. III. de coagulato in mamma ſucco, lacteo forte, non aliter niſi frictione ad ignem educendo, quo auxilio enormis inde ortus dolor mitigabatur.

LUD. STENHUYS curatio herniæ incarceratæ, in qua magna pars craſſi inteſtini continebatur, gangræna ſupervenerat, & anus manſit artificialis, quem elaſtico pulvino tegere neceſſe fuit. HALLER.

Der wohlerfahrne chirurgus. GLOGAU 1756. 8.

ROLAND MARTIN in collectione cui titulus eſt *ſkrif wäxling om alle brukeliga ſätt & opereon ſtarren* STOKHOLM 1766. 8. aliquas de cataractæ operatione diſſertationes dedit. Faciliorem quidem eſſe CAROLI DE S. YVES adminiſtrationem, vix tamen ſuccedere, quoties capſula lentis cryſtallinæ tenacior eſt: difficile autem ſibi videri a parte poſteriori ad lentem accedere. Deinde in alia diſſ. plerumque non difficulter capſulam findi, deprimi demum, & abſque magno malo. Eſſe ubi neceſſe ſit capſulam poſterius aperire, id CAROLUM ante FERRENIUM præſtitiſſe, ſibi tamen periculoſum videri.

A. 1758. T. 18. in ſene iſchuria funeſta & impedimentum catheteris acceſſum in veſicam vetans: oſtium ſanæ cæterum veſicæ tumor durus ambiebat.

A. 1760. T. 21. de carie oſſis pubis, in qua cartilago incolumis manſit.

A. 1761. de calculis tunicatis.

A. 1765. de indurationibus & oſſibus aortæ præter naturam natis.

A. 1766. hydropicus paracenteſi, deinde aptis medicamentis ſanatus. De ſectione calculi ad T. J. DE S. COSMA modum feliciter adminiſtrata.

A. 1767. de oſſea naſcentis aortæ degeneratione. HALLER. V. *Lit. chir.*

JOSEPH. VILLESAVOYE præſide DELIO, *obſervationum medico-chirurgicarum pentas.* ERLANG 1756. 4.

JACOB MACKENZIE in *Eſſays and obſervations phyſical and litterary read litterary read before a ſociety at* EDINBURG T. II. EDINBURG 1756. retulit de vera, a cauſa interna facta, luxatione femoris, ſubito per extenſionem reſtituta.

Idem in *Phil. Tranſ.* Vol. 5. P. 2. de fœmina, cui vigeſies & bis per foramen abdominis aqua hydropica emiſſa. De utilitate corticis Peruviani adverſus ſcrophulas, quam F. FOTHERGILL confirmat.

THOMAS YOUNGE, chirurgus, ibid. retulit ſe ad DAVIELII modum feliciter oculos repetito curaſſe, etiam cum aliis adminiſtrationibus nil eſſet effectum. Scalpello recto corneam tunicam ſe incidere, cochleari adtollere. Lacteam lentem ſanaſſe. Quando oculus major eſt & cornea turget, adminiſtrationem felicius ſuccedere.

THOMAS LEVINGSTON de hernia funeſto eventu incarcerata, cum dimidia pars inteſtini ſola adſtricta fuiſſet. Hydrops ſcarificato ſcroto ſublatus.

Anonymi hiſtoria fœtus per ruptum abdomen prodeuntis, ut fœmina facile ſaneſceret.

CORNWELL TATHWELL de nephritide convulſoria periodica. HALLER.

In *Journal de Medecine* T. IV.

D. BONTÉ de perinæi abſceſſu fæces alvinas fundente absque fiſtula ſanato.

Idem in T. XII. enormis in tibia exoſtoſeos exemplum.

BEAUREGARD, chirurgus, in T. IV. de vulnere capitis. Vulnus cerebri, quod in putredinem abiit, & decimo nono tamen demum die mortem intulit.

TRECOURT, chirurgus, de fractura brachii cum eliſione, & vulnere conjuncta, absque amputatione ſanata.

Ejus *Memoires & obſervations de Chirurgie.* PARIS 1769. 12. Agit de abſceſſibus: in febribus acutis ſubito ſæpe naſci, etiam circa anum, quos continuo & ſcalpello aperire oporteat. Ad fracturam maxillæ inferioris ſutura adhibita. Felix curatio lacerati ductus ſalivalis. Fiſtula profunda genæ injecto aceto ſaturnino ſanata. Ulcus ſub calvaria per aurem mundatum, injecta aqua cum agarico BROSSARDI decocta Contra medicamentorum repercutientium uſum in inflammatione. Non debere ſaucios nimis parce nutriri, inde gangrænas fieri. Setacea vulnera ſclopetaria irritare, ſiccare, & nocere. In hernia umbilicali præſtare duos pulvinos ad latera admovere, qui rectos muſculos ad contractum cogant. Cicutæ felix in ſcrophulis uſus. Magna laceratio ſcroti curata. Ex commotione cerebri hydrophobia. Lupos rabidos aquam non metuere.

In *journal de Med.* T. IV.

DELAISTRE de punctura apis capitum papaveris ſiccato ſucco ſanata.

Idem in T. V. tumor ſcirrhoſus orbitæ vermibus plenus extirpatus.

D. HAZON in T. IV. calculoſum virum incidit, cui ante viginti annos Stepheniana medicamenta calculum hactenus ſolverant, ut tamen nova cruſta obduceretur.

T.

Idem in T. IX. cor ruptum, vertebræ carioſæ, unde dolor nephritici ſimilis.

T. XI. ulcus cancroſum mammæ in agyrtæ manibus lethale.

T. XIV. ſpaſmus cynicus ex cauſa venerea.

T. XIX. incontinentia urinæ, ex lacte circa veſicam effuſo.

T. XVII. cicuta non feliciter in tumore cancroſo adhibita.

T. XX. corticis Peruviani uſus felix in gangræna ex variolis.

Brillouet in T. IV. caries pene totius tibiæ ſanata. Laudat uſum aquæ phagedænicæ. Tumor in capite cyſticus feliciter deletus, cauſtico medicamento miti, facto ex ſale nitri fixi cum æqua portione auripigmenti calcinato, in aqua ſoluto, pulvere ſiccato.

Idem in T. VI. de uſu interno agarici igniarii in dyſenteria. Fractura brachiicum gangræna ſanata.

Civadier in T. IV. de tumore cancroſo magnæ molis, ſupra umbilicum poſito, & feliciter amputato.

Idem in *Mem. de Chir.* T. III. de variis cancroſis ad naſum tumoribus feliciter exciſis; de iisdem in *journ. de Med.* T. VII.

Idem in *journ. de Med.* T. VI. calculus veſiculæ felleæ exciſus. De tumore enormi teſtium, ſcroto perforato, ſanguine educto, teſtibus, qui erant duriſſimi, paulatim laxatis.

T. VIII. cancroſus dorſi tumor cauſtico medicamento ſublatus.

Martin, chirurgus, in T. V. de benefica vi ſalis alcalini volatilis contra viperarum morſum.

Idem in T. XVIII. vulnus grave inter cartilaginem thyroideam & os hyoides inflictum, ut epiglottis nudaretur, ſutura ſanatum.

T. XIX. empyema quod putat paracenteſi ſanari potuiſſe.

T. XX. ſarcoma de utero pendens ligatum, reſectum. Vulnus pectoris, & diaphragmatis ſanatum.

T. XXI. cancer ex orbita pullulans funeſtus, totus oculus in eandem naturam degener. Aliud exemplum tumorum circa calvariam cum ejus carie. Vulnus cartilaginis thyroideæ & œſophagi ſutura facta demum ſanatum.

T. XXII. hernia gangrænoſa, inteſtinum ruptum, appendix ilei ſola incarcerata.

T. XXVI. in viro vidit tota oſſa pubis diſceſſiſſe. Tubulis in urethram datis, poſt penis amputationem nihil opus eſſe. Ex lapſu cerebro concuſſo paralyſis. Calculus in oſtium veſicæ impactus lethalis. Claviculæ ab oſſe humeri ſeceſſio congenita. Hydropicis omnem una debere aquam educi. Vulnera aliqua transverſalia abſque ſutura conciliata.

T. XXIV. hernia gangrænoſa inteſtino ſponte aperto funeſta. Ulcus veſicæ, cujus tonus perierat, tamen ſanatum. De retentione urinæ in militibus

bus frequente, ejusque curatione. Vulnus funeſtum laryngis. Cerebrum purulentum, cujus puris pars aliqua per aurem effluxerat. Hæmorrhagiæ in capite difficilis ſupreſſio, ob anteriorum truncorum cum poſterioribus anaſtomoſes. Vulnus glandulæ parotidis ſanatum. Monet, ne nimis præmature vulnera capitis claudantur. Vulnus oculi, & cerebri, ut videtur.

T. XXVI. de cranio fœtus in partu fiſſo. Contra SCHERERUM ſuam ulceris veſicæ curationem defendit.

T. XXVII. digitorum phalanges oblique inciſas amputationis facere neceſſitatem. Curationes vulnerum vitro fractorum. Vulnus abdominis absque gaſtroraphia ſanatum. Digitus eliſus ſanatus; tum hernia gangrænoſa.

T. XXVIII. de fractura colli femoris & humeri *Spira* ſimplici curata. Cataplaſmatibus, & plumbo reſolutæ minores herniæ.

T. XXIX. luxationem debere continuo reponi, & lentorem hic maxima mala dare. Hernias antiquas & majores ſummo cum periculo incidi. Spina piſcis in aponevroſi palmari absque dolore geſtata, & cum cyſtide excîſa, quæ circum acum nata erat.

T. XXX. de arteriarum brachii vulneribus. Truncum arteriæ brachialis jubet ligari. De morbis auris, etiam funeſtis. Non continuo debere inteſtinum in hernia incarcerata, ſive abdominis vulnere reponi, ſed primum epiploon, deinde inteſtinum.

T. XXXI. os nudatum non neceſſario abſcedere. De membrana tympani.

T. XXXII. polypus pedunculatus vaginæ funeſtus. Aliqua de fracturis colli, humeri & femoris continendis.

T. XXXIII. omnino non ſemper laminam de oſſe nudato decedere.

T. XXXIV. dubia aliqua contra ſectionem cæſaream. De arteriæ vertebralis vulnere. Male a le CATIO vinculum eſſe neglectum. Luxatio radii ſuperioris ſanata. Hydrops lacteus paracenteſi emiſſus.

T. XXXVI. de polypis uteri. Exemplum pro utero prolapſo habiti.

T. XXXVIII. exempla, per quæ conſtat oſſa denudata poſſe reconciliari, neque ſquamam decidere. Per triſte exemplum oſtendit, arteriarum vulnera vinculo omnino egere.

T. XXXIX. trepano perforante exfoliationem non impediri.

Idem in GAUTIER D'AGOTY *obſervations periodiques.* PARIS 1756. 4. M. Novembri, anonymus contra chirurgos Pariſinos dixit.

Ipſe VANDERMONDE & PRAT in *Journ. de Med.* T. IV. de vulneribus inteſtinorum feliciſſimis, quibus dyſenteria, & in alio homine diarrhæa diuturna curata ſit.

TILLO-

Tilloloy ibid. jubet ductum naſalem in fiſtula lachrymali aperire ſpongia, & ſi caries adfuerit, huic medendum ſpiritu vini camphorato impoſito.

T. XXX. os femoris in collo fractum ſanatum.

T. XXXII. os nudatum ſemper quidem ſquamam deponere, non vero poſſe evaneſcere.

Tomus V. & ipſe ad annum 1756. pertinet, in quo

Dupuy, chirurgus, egit de vulnere pectoris ſclopetario cum coſtæ fractura, clauſo quidem, ſed ruptis abſceſſibus periculum recruduit, tandem ſuperatum.

Leautaud, chirurgus, ibid. de calculo ſalivali exciſo. Iſchuria a calculis expulſis ſanata.

Idem in T. VIII. ex dolore ob vermes in aure nidulantes mania, vermibus eductis ſublata.

T. IX. urina ſuppreſſa, & prægrandis calculus per anum egeſtus.

T. XII. absque ullo malo ruptus tendo Achillis, facile ſanatus.

T. XIV. tumor polypoſus de ano prodiens, & ſponte delapſus.

T. XVII. maximum porrum præputii vinctum, reſectum cum hæmorrhagia ſed absque noxa. Maximus tumor ilium vermibus plenus. Conſilia ad ozænam, medicamenta ſaturnina.

T. XVIII. magnum vulnus abdominis, vitro inflictum, absque ſutura curatum.

T. XIX. urinæ incontinentia cum ani prolapſu, hoc repoſito ſanata.

T. XX. contuſiones abdominis difficulter ſanatæ. Partus difficilis retento infantis collo pene ſtrangulatus. Fractura complicata tibiæ cum gangræna absque amputatione ſanata.

T. XXI. iſchuria, calculi in utraque veſica.

T. XXIII. lapſu laceratum velum palatinum mobile facile ſanatum. Calculus ſalivalis.

T. XXV. fractura tibiæ complicata, etiam cum gangræna, ſanata.

T. XXVI. digitus pene totus reſectus reconciliatus.

T. XXIX. carbo malignus oculi ſanatus.

T. XXXIII. phlegmon, magna ſuppuratio pedis, calcaneum, & os naviculare amiſſum, reliquus pes ſervatus.

Krüger, medicus Hamburgenſis, in T. V. de lapide in palato reperto.

Dupuy de la Porcherie, medicus, ibid. de fœtu putrido per febrem expulſo.

T. XXII. vim cicutæ in ſcrophulis efficacem confirmat.

Mar-

MARTEAU, medicus, vel per ſuas cum ordine medico lites celebris, in T. V. de puella, cui chylus & lac per umbilici abſceſſum prodibant.

Idem in T. VII. mors ex congeſtis prunorum oſſiculis, & inteſtino in appenſam cyſtidem patente.

T. IX. de maſſa amputata, quæ poſſet pro utero reſecto haberi, auctor pro polypo habet.

In Vol. XIV. cancrum mammæ ab uſu bellædonnæ pene ſuperatum fuiſſe, nam durities non tota ſublata eſt. Tincturam dedit ſpiritu vini extractam addita mentha. De utili cicutæ in ſcrophulis effectu.

T. XVI. pro cicuta & hactenus pro belladonna.

T. XVIII. de embrochis POITEVINI.

T. XXXII. gangræna inteſtini a vermiculari appendice ſtrangulata.

HENRY, chirurgus, in T. V. de fractura complicata cum vulnere, utriusque in tibia oſſis poſt deceſſam ſquamam ſanata.

T. VI. de hernia a fulmine ambuſta ſanata. De morte ſubita ex rupto in cerebro vaſe.

T. XII. ex abſceſſu parotidis pus in pectus effuſum.

T. XIV. ab inflammatione gangrænoſa faucium elapſa oſſicula auditus, deletus is ſenſus. A commotione ſenſus per 25. dies integros amiſſi.

T. XVI. omentum absque ulla ſanguinis jactura reſectum.

ROSE, chirurgus, in T. V. de hominibus a lupo rabido demorſis, quorum aliqui perierunt, alii hydrargyri uſu fato eripi potuerunt.

LAURENCY, chirurgus, ibid. de duabus herniis cum inteſtino gangrænoſo ſanatis.

ANNA CAROLUS LORRY, medicus Pariſinus, experimenta fecit, ut ſenſum iis partibus redderet, in quibus HALLER nullum invenit.

In *Mem. des ſavans étrangers* T. III. 1763. eadem experimenta redeunt.

BOCHARD, medicus, in *Journ. de Med.* T. V. fœtus mortuus 27. menſibus geſtus per umbilicum eductus.

MAJAULT, medicus, & chirurgus, ibid. deglutitio periculoſa ob glottidem & epiglottidem ulceroſas. De magna parte inteſtini deſtructa per gangrænam, ut tamen fæces pergerent per alvum reddi.

T. XL. antiqua hernia inguinalis adhærens & incarcerata, gangrænæ proxima, uſu corticis Peruviani & clyſteribus ſanata.

T. XLI. fiſtula ani filo plumbeo curata, pluſcula exempla.

GUSTAV. HIERTZEL in *handling* a. 1756. in puella pars labiorum per vulnus deſtructa: curata eſt, fere ut ſolet labium leporinum, ſutura pariter intertorta.

Idem

Idem in diario *Hamburger Magazin* T. XVII. Verruca irritata & avulſa funeſto eventu.

Idem in T. XVIII. de puero cui oſſa ſtrepebant.

Ejus *oration om de egenoch Wetenſkaper kwarmed den bor wara begaf wed ſom wil bilſwa eller redan är chirurgus.* STOKHOLM 1756. 8.

COLLECTIO HALLERIANA *diſſ. chirurgicarum* prodiit PARIS 1757. 12. 5. vol. in compendium contracta.

In *Memoires de Litterature & de Philoſophie du* P. DES MOLETS PARIS 1757. 12. aliqua ſunt de chirurgicis, & de vita JOHAN. DEVAUX.

Anno 1757. prodiit alter tomus collectionis, cui titulus eſt *recueil des pieces qui ont concouru pour le prix de l'Academie Royale de Chirurgie.* PARIS 1757. 4.

ANTONIUS Lib. BAR. DE STÖRCK. In ejus *annis medicis*, aliqua huc faciunt. Ita in *anno Imo.* VIENNÆ 1759. 8. agit de gangræna faciei in genere, deque abſceſſibus, etiam cum oſſium carie; de felici in hydropicis paracenteſi; de aneuryſmate aortæ, coſtas conſumente.

In *anno medico* II. ibid. 1761. 8. Germanice *medeciniſche Jahrgänge* &c. uterque T. 1774. 8. iterum felix paracenteſis eventus. Singularis tumor atheromaticus, cum effuſo ſanguine miſtus, qui calvariam eroſerat &c. HALLER.

Ejus *medeciniſch-praktiſcher Unterricht für die Feld- und Landwundärzte der öſterreichiſchen Staaten.* P. I. & II. WIEN 1776. 8. Latine vertente JOAN. MICHAEL SCHOSULAN M. D. Ibid. 1776. 4. Hungarice vertente CAROLO SZELI. VIENNÆ 1777. 8. Italice vertente M. Profeſſore de MENGHIN & BARTHOLOM. BATTISTI, Medicinæ ſtudioſo. INNSBRUCK 1777. 8. Gallice jam verſum opus a LAURENTIO RONDOLINI Med. candidato vidi, quod brevi prodibit VIENNÆ. Practicum & utiliſſimum opus ab Illuſtriſſimi hujus Viri magna experientia natum, inque terrarum Auſtriacarum emolumentum, pro chirurgis tam caſtrenſibus, quam ruri degentibus conſcriptum, & ita iis accommodatum, ut illorum quivis eam inde poſſit facile haurire morborum internorum cognitionem & medendi rationem, quæ omnino ipſi neceſſaria eſt, ut abſente medico rationalem & efficacem, non empiricam & noxiam medicinam ægrotantibus faciat. Ita eximio hoc labore medicorum penuriam iis in locis ſupplere conatus eſt celeberrimus Auctor. Verum etſi Illuſtriſſimi Viri unicus fuit hicce ſcribendi ſcopus; tamen non exigua etiam in medicos inde emanabit utilitas: invenient enim morbos vix non omnes internos practice, diſtincte, facillima methodo, & accuratiſſime pertractatos, cum adjecta ſingulis morborum cauſis & effectibus grata ſelectiſſimarum formularum varietate. V. *obſt. art.*

In *N. E. N. C. Vol.* I.

CAROLUS PHILIPPUS GESNER, J. MATTHIÆ filius, Archiater Polonicus *obſ.* 43. retulit de odontalgia medicamento epiſpaſtico ſuperata.

Obſ. 44. abſceſſus in lingua ſalivæ copiam ciens, ſublatam cum rumperetur. *Vol.* II. *obſ.* 91. ſternum & coſtæ carioſæ, ſanguis inter pectoris muſculos effuſus, mors ſubita.

CHRISTOPH FRID. KUHN *Vol.* I. *obſ.* 55. aliquot exempla morſus canis rabidi in funeſtam hydrophobiam terminati.

J. CHRISTIAN JACOBI *obſ.* 59. de medicamento ad cancrum, ex balſamo ſulphuris aurati, & lithargyri extracto.

FRIDER. RUD. CHRISTIAN CROPP, HALLERI olim auditor *obſ.* 65. de hæmorrhagia funeſta, ex placenta partim avulſa orificio uteri impacta.

J. ERN. STIEF *obſ.* 91. enormis phimoſis & ulcera venerea.

FRIDER. SIMON MORGENSTERN *obſ.* 94. in adulto homine ſerum de umbilico fluens. Vol. III. *obſ.* 72. mirus tumor ſcroti & penis cum phimoſi. Vol. IV. *obſ.* 51. de brachio poſt avulſam manum ſanato.

CAR. WILH. SACHS *Vol.* I. *obſ.* 95. maxima hæmatocele curata. *Obſ.* 96. in hydropico gangræna circa partes genitales, cortice Peruviano ſuperata.

Tertius Tomus *des Memoires de l'Acad. R. de Chirurgie* prodiit a. 1757. in quo breviores primum de rebus memoria dignis relationes. Variorum de agarico igniario experimenta. WURZIUM lycoperdi, non perinde agarici, vim cognitam habuiſſe, quo ſanguinem reprimit.

RAUSSIN ibid. retulit de nephritico homine, cui lotium partim per umbilicum & partim per veſicam exierit, vitioſum tamen per umbilicum iter paulatim obſoleviſſe.

BAUCHOTI felix bronchotomia.

GOURSAUD corpus peregrinum ex gula excidit.

LAPIE linguam nimis breviter palato revinctam ſpathula depreſſit, duosque pueros ſervavit perituros, cum ſugere non poſſent.

DE LA CHAUD, catheter quam PETITI perfectior, cujus ſtylus accurate tubulum replet.

Fœminæ, nomine GONICHON, collare puerorum collum corrigens.

FOUCHU proprium prælum ad hæmorrhagias dentium ſupprimendas.

Vitæ CHESELDENII & NICOLAI PUZOS.

AMBROSIUS BERTRANDI, chirurgus Turinenſis, ib. reperitur ejus diſſ. *de hydrocele.* Non valde curat hydrocelen anaſarcoden, quæ inter cutem & darton ponatur, neque eam, quæ inter darton & cremaſterem eſſe dicitur, neque eam, quæ ponitur cremaſterem inter & teſtem. Unicam facit ejusmodi hydrocelen, quæ ſit telæ celluloſæ. Sed neque eam ſatis putat differre ab ea, quæ in cellulis funiculi eſt. Aquam educere oportet, ſaccum deſtruere; ſetaceum ſæpe convenit. Saccum punctim aperit, dein magna inciſione tumorem findit. Valde ſibi metuit ab hæmorrhagia, quare & ſanam funi-

funiculi partem ligat. Saccum, quo aqua continetur, una cum cute conſuit, ſi craſſior fuerit; tenuem ſufficit ſuppurari. De abſceſſibus hepatis, qui vulneribus capitis ſuperveniunt latenter & absque ſymptomatibus. Eos abſceſſus refluxui ſanguinis tribuit, a venæ pedis ſectione adjuto. Et in gibba hepatis parte & in cava, ſedem ſuam habent.

Ejusdem *trattato delle operazioni di Chirurgia.* NIZZA 1763. 8. 2. vol. Gallice vertente SOLIER de la ROMILLAIS, cum auctoris vita a D. LOUIS ſcripta. PARIS 1769. 8. Germanice WIEN 1769. 8. In propria oratione laudat utilitatem, quam Chirurgia ab aliis artibus & ab Anatome potiſſimum capere poteſt. In operationibus multas ſuas proprias habet operationes. In apparatu alto vulnus digito dilatat. Multos ante F. JACOBUM ſimili fere ratione calculum excidiſſe A. a CROCE, P. FRANCUM, D. SCACCUM, F. HILDANUM & COVILLARD, cujus adminiſtrationis præſtantia ſit in diſſecta proſtata. Gallos nimis alto loco, & pubis oſſibus nimis vicino incidere. CHESELDENII conſilia facilia eſſe, nec opus eſſe nuperorum inſtrumentis. In fœminis fere vaginam fauciari. Omnium minime probabilem inter omnes eſſe calculi ſectionem, quæ fit apparatu magno; a quo vidit proſtatam a veſica ſeparari. Le DRANII conſilium non probat, qui funiculum ſeminalem vult contundi, quo hæmorrhagia vitetur (ad veterinariorum exemplum). Non debere in paracenteſi thoracis adnatum pulmonem ſeparari. DAVIELII adminiſtrationem non eſſe facillimam, & celeritate egere. GUNZII de lithotomia conſilia nimis minuta eſſe. Gallos non ſatis verſus veſicam ſuam inciſionem producere, cathetere uti neque ſatis longo, neque ſatis curvo. F. G. DE S. COSMA lithotomum etiam a D. CAGUE perfectum, noſter non probat, & BROMFIELDO negat placere. Hunc chirurgum ad CHESELDENII placita calculum excidere & dividere proſtatam. HALLER.

La PEYRE in *journal de Med.* a. 1757. T. I. S. VI. retulit de hernia gangrænoſa: annulo dilatato inteſtinum ruptum erat, ſed adhærens ſanatum. Urethra deſtructa per gangrænam, regenerata.

Le BEAU, filius, medicus, de vermibus per inguinis ulcus prodeuntibus. Malum tamen feliciter ſanatum. Vermes ex inguine erumpentes, vulnus ſanatum.

Idem in T. VII. de felici effectu decoctæ cum pice aquæ in ulceribus & fiſtulis.

T. VIII. a vapore canis rabidi putredine conſumti hydrophobia. Index cum ſuo flexore tendine evulſus, dolore vix ullo.

T. X. calamum aromaticum noſtratem valere ad hæmorrhagias compeſcendas.

Le JOYANT, parochi, in T. VI. arcanum adverſus morſum canis rabidi remedium, nullius certe fidei. Ita HALLER.

MARCHANT, medicus, ibid. egit de gangræna partium genitalium, & alias de gangræna brachii, & alarum, cortice chinæ chinæ ſuperata.

DONADIEU, chirurgus, de empyemate poſt exfoliationem coſtarum verarum nonnullarum ſanato.

T. XXVI. de neceſſitate repetitæ terebrationis calvariæ, quando abſceſſus ſubeſt. Vulnus carotidis externæ feliciter ſanatum.

GUILLERME, chirurgus, de acu, quæ ex femoris abſceſſu prodiit, quam deglutiverat. Abſceſſus hepatis inciſus ſanatus.

T. VII. de hydrocele cyſtica, membranis craſſiſſimis & ſcirrhoſis, inciſione ſublata, & amputato teſticulo.

RICHARD DU PLESSIS, medicus, in anni 1757. ſem. I. de gangræna ſpontanea pedis ſicca.

BARATTE, chirurgus, de hernia inguinali, in qua inteſtinum gangrænoſum hiavit, tamen ſanata, etiam abolita fiſtula.

T. VII. de abſceſſu fiſtuloſo auris cum carie, ſanato a D. ROCHARD.

T. XXXIII. ulcus ſcrophuloſum ſanatum uſu mercurii ſublimati.

GUINOT, chirurgus, in ſem. I. anni 1757. de carie oſſis frontis late patente, etiam eroſa pia matre, ſanata, remoto eo oſſe & parte oſſis cribroſi.

CAILLE, medicus, de ſcrophuloſa fœmina, cui uterus ob gangrænam amputatus felici eventu.

DEYDIER, medici, obſcura hiſtoria abortus & molarum.

MAUGUÉ, chirurgus, de ſarcomate brachii cancroſo cum multa ſanguinis jactura amputato.

PERRAULT inciſio hominis a ſpina ventoſa enecti. Tumor pure plenus perioſtei, vertebræ carioſæ.

T. XII. tumores fungoſi & carioſi vinculo adſtricti amputati.

LAURENS, medicus, in T. VII. S. 1757. ſem. II. de hydrophobia ex nimio æſtu, absque alicujus animalis morſu nata.

TARDIEU de hernia cum inteſtini circa annulum adhæſione, cumque ſtercoris vomitu, & gangræna, quæ omnia ariſtolochiæ cum vino infuſæ fotui ceſſerunt.

Ejus *la toilette des pieds, ou tr. de la guériſon de cors, verrues, & autres maladies de la peau. Diſſ. abrégée ſur le traitement & la guériſon des cancers.* PARIS 1769. 12.

HENRION, chirurgus, in *Journal de Med.* T. VII. de hernia umbilicali ſponte aperta, gangrænoſa, reſecta parte corrupta in anum artificialem mutata.

PINARD, medicus Rothomagenſis, de ſolani ad cancrum uſu.

Le MAITRE, medicus, de anthrace prope angulum internum oculi nato, ſanato ſcarificatione digeſtivis.

T.

T. XVII. reſtituta, quæ per anum & per veſicam numeroſiſſimos calculos reddiderat.

MOUBLET, chirurgus, ibid. T. VII. de vulnere abdominis cum multo ſanguine in celluloſam telam effuſo, vulnus, ut videtur, arteriæ epigaſtricæ.

T. IX. vermes ex renibus infantis per fiſtulam prodeuntes, & per urethram.

Ejusdem tres diſſ. ſunt ibid. T. XI., quibus contendit, exſtirpationem femoris ex articulatione ſua non adeo certum periculum inferre. Hæ diſſ. AMSTELODAMI, vertente D. DE GESSCHER, prodierunt a. 1760. 8. cum titulo *verhandeling van de afzetting der dye in het gewrigth.*

BONAFOS, medicus, ibid. T. VII. anum infantis imperforatum narrat fruſtra acu triquetra apertum.

KRAUSE, medicus Helmſtadienſis, de brachii inflammatione, & gangræna ex levi vulnere nata.

SALERNE, chirurgus, de cranii fractura cum ſanguine in celluloſam telam effuſo.

RAZOUX, medicus, de hydrophobia per animam canis rabidi communicata in noſodochio funeſta.

Idem in *hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* 1761. de fœmina fulmine tacta & ambuſta aliqua. De fœmina cancro ſcorbutico laborante, ſanata uſu ſolani ſcandentis.

SALGUES, chirurgus, in *Journ. de Med.* T. VII. de acicula per umbilici abſceſſum egeſta.

T. VIII. de inteſtini tunicis per alvum decedentibus.

VERMONT, chirurgus, ibid. T. VII. de ulcere dorſi.

POMME & DIANNYERE, medici, de felici uſu corticis Peruviani adverſus gangrænam.

T. X. de calculoſo concremento ex compacta bile inter abdominis muſculos nato.

La MOTHE ibid. T. VII. de hydrophobia ſpontanea.

CHRISTIAN LUD. ROLOF, HALLERI olim auditor, in *Mem. de l'Acad. de Berlin* a. 1757. egit de enormi aortæ aneuryſmate, quod ſternum deſtruxerat, ut æger denique ex repetita ſanguinis jactura interierit. Cauſa erat ex nixu.

HIERONYMUS DAVID GAUBIUS, Vir Ill. in *k. ſwenſk. wetenſk. Acad. Handl.* Vol. XVIII. retulit de maximis calculis ex utero virginis ſponte eductis.

Ejusdem *inſtitutiones pathologiæ medicinalis.* LEID. 1758. 8. 1763. 8. LIPS. 1759. 8. &c. Inter morbos internos occurrunt etiam herniæ, calculi.

In ejus *adverſariis* Leid. 1771. 4. tubulus & follis deſcribitur, quo tabaci fumus in ultimum inteſtinum impellitur.

In *Journ. de Medecine* T. XI. de calculis ex puellæ utero prodeuntibus.

J. Wilhelmus Baumer de ſceleto fœtus per vulvam cum fæcibus alvi egeſto retulit in *Actis Academiæ Elector. Moguntinæ ſcientiarum utilium.* Erford. 1757. 8.

Idem ibid. de prolapſu palpebræ ſuperioris electrica vi ſanato. Haller.

In *obſervations periodiques ſur la phyſique & l'hiſtoire naturelle.* 1757. habetur machinamentum ad urinam continendam.

In *der medeciniſchen Societät zu Budiſſin, Sammlungen und Abhandlungen, aus allen Theilen der Arzneygelahrtheit.* Altenburg 1757. 8.

J. Georg. Thamm retulit de hernia, ut videtur cerebri. De morte ſubita ex venæ & arteriæ iliacæ ruptura.

Daniel Prætorius de oculo vulnerato & prolapſo.

Christian Laub de peritonæo, ut putatur, ex colica rupto, & ventriculo loco moto, hæc obſcure. Haller.

G. Budæus ulcus & mors phthiſicæ fœminæ poſt inciſum tuberculum hæmorrhoidale.

J. Frid. Henning ulcus in hypochondrico ſanatum; pure per vomitum & urinam egeſto.

Volhart ſcirrhus in ſubcutaneis abdominis.

Tobias Schoene de maxillæ parte cum dente evulſa. Imputatio violentiæ ab obſtetrice in partu exſertæ.

D. T. Brukner ſcirrhus ſub axilla ex veſtibus arctioribus ortus. Inedia a tumore polypoſo œſophagum farciente. Haller.

J. Farmer, chirurgus. Ejus *ſelect caſes in Surgery collected in S. Bartholomæus's hoſpital.* Lond. 1758. 4. Caſus ſunt duodecim. Vehementer ambuſtus, ſanatus impoſitis linteis oleo intinctis, & renovatis, tum alvo ducta. Effuſo ſub cute capitis pure, ſolis emplaſtris, absque inciſione caries vitata. Digitus quaſi de filo pendens conferbuit. Repetito cauterio caries tibiæ tandem ſeparata, educta fragmenta oſſea ſeptem unciarum longitudine. Globus ſtlopetarius inter duo brachii oſſa hærebat, artus aptis inciſionibus & exemtis oſſis feſtucis ſervatus. In Highmoriano ſinu abſceſſus, & faciei inde tumor, educto dente ſanatus. Duo fungi ad pudendi latera vinculo adſtricti & exſtirpati. Fractura cranii complicata, ſcarificando averſa gangræna. Angulos vulneris linteo carpto exceptos reconciliari. Lunare cauſticum omnium optimum eſſe. Haller.

Obſervationum medicarum faſciculus. Oxon..... 4. absque anno, ſed anni, ut putat Haller, 1758. Empyema ſponte in ſuperficie pectoris

ris ruptum, optimo eventu. In alio empyemate felix paracenteſis. Scrotum deſtructum & renovatum. Ren purulentus, ſic veſica, eaque in rectum inteſtinum aperta. Medicamenta ex plumbo ad hæmorrhagias.

Medical chirurgical and anatomical eſſays and experiments communicated by HALLER, *others.* LOND. 1758. 8. Excerpta ex *Suecicis Tranſactionibus.*

JOSEPHUS BIANCHI, chirurgus, NANNONI diſcipulus, quem imitatur. Ejus *oſſervazioni chirurgiche.* CREMONA 1758. 4. Longi morbi chirurgici molli curatione ſanati, & excluſo aëre, cui fere inflammationes tribuit auctor. Contuſa vetat incidere, & in univerſum ferro temperari jubet. In ancyloſi feliciter balneo uſus eſt. Aneuryſma a nimio nixu ortum. Vulnus venæ jugularis externæ ſanatum, tum ductus Stenoniani. Obſervationes quadraginta. HALLER.

CAR. LUD. NEVENHAAN *vermiſchte Bibliothek oder Auszug aus verſchiedenen Streitſchriften und andern Abhandlungen erſte Sammlung.* ALTENBURG 1759. 8. In prima collectione agitur de mola ex HAZFELDO, quæ ſarcoma fuerit, & de hydrophobia ex SCHULZMANNO. Rabiem canum ex veneris cupidine naſci.

In *zweyter Sammlung* BRAUNSCHWEIG 1760. 8. ex HOYERO ſympatheticas curationes tuetur. HALLER.

J. FRIDRICH RÜBEL *novum ſyſtema medicum & chirurgicum tam theoreticum, quam practicum* adnuntiavit anno 1750., quod prodiit FRANKFURT 1765. 8.

Ejus *Merkwürdigkeiten aus dem Reiche der Natur, oder phyſicaliſch-mediciniſch-chymiſch- und chirurgiſche Anmerkungen.* Ibid. 1762. 8.

Ejus *mediciniſch- und chirurgiſche Lehrgebäude oder Auszug aller mediciniſchen und chirurgiſchen Wiſſenſchaften.* AUGSPURG 1761. 8.

Ejus *mediciniſch-chirurgiſche Wahrnehmungen und von den Entzündungsfiebern.* NÜRNBERG 1764. 8.

Sammlung chirurgiſcher Bemerkungen aus verſchiedenen Sprachen überſetzt. ALTENBURG 1758. 8.

Zweyter Theil. Ibid. 1759. 8.

Anno 1758. prodiit *Vol. I. Medical obſervations and inquiries by a ſociety of phyſicians in London.* LOND. 1758. 8. Huc in clarorum virorum operibus pertinet

J. SYLVESTER de ſpaſmo cynico ex læſo nervo digiti nato, & opio ſuppreſſo.

JOHANN. CLEPHANE de eodem malo ex vulnere pedis nato, & eodem auxilio ſuperato.

GEORG MACAULAY, medicus, de viſceribus abdominalibus in fœtu nuper edito in thoracem migrantibus.

In

Jn *Journal de Medecine* T. VIII. reperitur deſcriptio infantis in ventrem effuſi, cum ante ſeptem annos mater parturiiſſet, nihil vero quidquam eſſet enixa.

Passerat de la Chapelle ibid. pluſculæ hiſtoriæ funeſtarum hæmorrhagiarum ab hirudine ad palatum fixa. Id malum etiam Galeni ævo frequens fuit.

Duclos, filius, chirurgus, de hernia inguinali incarcerata, quæ, cum gangræna videretur adfici, ſponte evanuit ſumto medicamento alvum ducente.

Maistral de homine, qui ſe ipſum caſtravit, & utrumque teſtem excidit, nihil inde mali paſſus.

Louis, alius ab Academico, chirurgus, de hernia ſcroti ſuppurata ſanata: ſaccus ipſe ſtrangulationem fecerat.

Le Nicolais de Saulsay, medicus, gangræna incipiens a frigore, balneo nivis & glaciei diſſipata.

Idem in T. XIII. ad morbos puerperales.

Idem in T. XXXIX. Polypi uterini. Cum ejusmodi malo graviditas. Chirurgus animoſe polypum amputat, puerum feliciter extrahit.

Villiers, chirurgus, in T. VIII. brachium ſphacelatum feliciter amputatum. Oſſa variæ molis per anum excreta incertæ originis.

Courregeolles, chirurgus, de ligno longiſſimo tempore in gena absque ſymptomate latente, niſi quod in contractione muſculorum frontalium fœmina doluerat.

T. XI. de ligneo fragmento longo tempore in vulnere frontis geſtato.

Bulex in T. VIII. puella nullo ano, neque vulva.

Bourgues ibid. de calculo prægrandi in puero per penem reddito.

Gibier, medicus, in T. IX. de calculis inter glandem & præputium pueri. De calculis aliquot in viri ſcroto repertis, & exciſis.

Fauret, chirurgus, de ſtruma a clamore creſcente.

Campardon, chirurgus, de infante ab unco ipſo in partu vulnerato.

Idem in T. IX. uterus in partu inverſus, gangræna & ſuppuratione adfectus, ut tamen ægra ſervaretur.

T. X. abſceſſus inſignis pulmonis, manu curatus.

T. XI. cum phimoſis congenita calculorum ad exitum urethræ cauſa fuiſſet, malum ferro ſuperatum.

T. XII. in hernia gangrænoſa pars epiploi ſiderata, absque injecto vinculo reſecta: inteſtini tunica interna late per anum dejecta, eventu felici.

T.

T. XIII. vulnus ſuræ memorabile, cum magno ecchymomate.

T. XVI. in carie femoris late patente tamen callus ſubnatus.

Le CORDIER in T. IX. de gangræna peculiari femorum, crurum pedumque facile ſanata.

COLLIN, medicus, de fœtu retento, cujus oſſa quarto anno de abſceſſu abdominis prodierunt.

CHEMIN, chirurgus, de partu ex prolapſo utero inciſo ejus oſtio.

Le CHANDELIER de bracherio herniali proprio.

LAUGIER, medicus, de homine, qui ſe ipſum caſtraverat, facile ſanato.

Idem in T. XI. de vulnere ſclopetario pectoris multo pure per vulnus artificiale emiſſo, denique ſanato.

T. XII. gangræna abdominis cortice chinæ chinæ curata.

T. XXIX. arteriam brachialem utique absque periculo ligari ob ramos collaterales. Felix aneuryſmatis ejus arteriæ curatio.

T. XXX. tumores cancroſi ſcroti, & teſtis ſcirrhi amputati.

T. XXXII. inſtrumentum proponit ad fungos uteri ligandos.

T. XXXV. LEVRETUM invitat, ut inſtrumentum ſuum polypis uterinis ligandis idoneum publicet.

T. XLI. partus difficilis. Funiculus & placenta in tuba. Perangusta pelvis, caput avulſum funeſto eventu. Fœtus tubarius.

ICART in T. IX. in iſchuria ulcus a recto inteſtino in veſicam patens.

T. XIII. JEART (an non idem?) hernia gangrænoſa amiſſa inteſtini parte ſanata.

T. XX. tumor cyſticus colli enormis 42. librarum, reſectus.

T. XXVI. polypus alius palati, alius narium feliciter exſtirpati.

CHARLES PEYROUX, chirurgus in Pictonibus. Ejus *obſervationes medicinales* PARIS 1759. 12. pluſculæ ſunt chirurgicæ. Arteriam ſauciam curat admoto prælo tortili, ſubinde, ut dolor urget, laxato. Ad hæmorrhagias a ſucco urticæ multum ſperat, in ambuſtione vero ab aqua, quæ vulgo ſclopetaria dicitur. De phimoſi & paraphimoſi; de compeſcenda dentis evulſi hæmorrhagia.

G. AYLETT *genuine ſtate of a caſe in Surgery.* LOND. 1759. 8. Contra GUILIELMUM BROMFIELD.

FRANCISCI HOME *medical facts and experiments.* LOND. 1759. 8. Varia huc faciunt. Cortex Peruvianus in gangræna efficax. Morbus equorum vere in ulcerata membrana pituitaria narium reſidet: noſter malum aperire jubet, & urere, neque tumorem glandularum metuit. Frequens in INDIA orientali malum abſceſſus hepatis eſſe, & vulgo incidi. Inflammatio te-
ſtis

ſtis in malum vix medicabile tranſit. Sanguis de aure a lapſu prodiens. HALLER.

IPPOL. ANDR. LOMI *lezzioni di Chirurgia date alla luce dal* D. LUCA GERHARDINI. FIRENZA 1759. 4. 1769. 4.

CAROL. FRID. LESCHEN diſp. *de valetudinariis bellicis bene conſtitutis.* GÖTTING 1759. 4.

Tertius Tomus *du Recueil des pieces, qui ont concouru pour le prix de Chirurgie,* prodiit PARISIIS 1759. 4. Germanice vertente J. E. ZEIHER. ALTENBURG 1756. 4. &c.

RUDOLPH AUGUSTIN VOGEL. Ejus *anatomiſche, chirurgiſche, und mediciniſche Beobachtungen, und Unterſuchungen.* ROSTOK 1759. 8.

Ejus & J. WILHELM JANSEN diſp. ſiſtens *animadverſiones ſuper morbis incurabilibus, etiam de iis, qui chirurgici ſunt generis.* GÖTTING. 1760. 4. Incurabilibus accenſet ſpinam bifidam, hydrocephalum internum, tumores cyſticos majores, ulcera a recto inteſtino in veſicam communicantia, aneuryſmata. De tumoribus cyſticis, aliisque glanduloſis variis; de ſcirrhis &c.

Ejus de PAULI ÆGINETÆ *meritis in Medicinam imprimisque Chirurgiam progr.* I. Ibid. 1768. 4. Ipſi CELSO in chirurgicis PAULUM præfert, qui proprias & non ab alio dictas operationes tradiderit.

Ejus de eodem argumento *proluſio* II. Ibid. 1768. 4. Arteriotomen, hypoſpathiſmum, uſtionem palpebrarum, anabrochiſmum, extractionem corpuſculorum in aures illapſorum, ſpinæ in gulam, ſtrumarum exciſionem PAULUM propria habere, de multis aliis CELSO plenius dixiſſe.

Ejus & SCHOENBERD *decas obſervationum medico-chirurgicarum.* Ibid. 1768. 4.

Ejus & OEHME diſp. *de Chirurgia Medicinæ opem flagitante.* Ibid. 1770. 4.

In *prælectionibus de cognoſcendis & curandis præcipuis corporis humani adfectibus* ibid. 1772. 8. agit etiam de inflammationibus, de inſigni linguæ tumore. HALLER.

CLAUD. POUTEAU, filius, chirurgus Lugdunenſis & M. D. qui obiit a. 1775. 11. Febr. Ejus ſunt *melanges de Chirurgie.* LION 1760. 8. Germanice *vermiſchte Schriften von der Wundarzneykunſt.* DRESDEN 1764. 8. Propria multa habet, neque amat trita ſequi veſtigia. Libelli numeroſi in hoc volumine continentur. Goſſypii conis urere ad Chinenſium morem, plurimis in malis proficuum eſſe adſerit, etiam quando veſicatoria nihil proficiebant. Eſſe utique in fonticulis & ulceribus artificialibus eam naturam, ut corruptos humores adtrahant. 3. de ſetaceo per vias lachrymarum trajiciendo. Neque per puncta lachrymalia id fieri poſſe, neque per nares, quare debere ſaccum lachrymalem aperiri, & ſpecillo argenteo viam ad nares reſerari.

rari. Eadem via poſſe ſetaceum aut chordam muſicam, aut cereolum trajici. 4. De plano plumaceolo, ſolo in deliganda lachrymali fiſtula adhibendo. 5. Abſceſſus hepatis ob impeditum in cerebro per vulnera ſanguinis circulum naſci, & accerſi ſectione venarum pedis. 6. De olei uſu contra viperarum morſum. 8. De exoſtoſibus pene ſubitis. 9. De ſectione calculi: eam vult lente peragi, quo partes corporis, per quas lapis educi debet, obſequi & laxari poſſint: ſufficere diviſam proſtatam, magnas inciſiones nocere. Prima inciſione in veſicam usque pertingit, deinde altera demerſo in ſulcum catheteris ſcalpello proſtatam dividit. 10. Omentum filo intercipere vetat. 11. De luxatione femoris, quæ ſurſum fit & extrorſum. PETITI utitur vecte, alia tamen paulum ratione. 12. De ejusdem uſu. 13. De magnis malis a capitis læſionibus, in quibus ſola cutis patitur. 14. Calculus circa fabam concretus. 15. De maxima hæmorrhagia: ligaturam præfert: nervi vinculum non metuit. 15. Non debere in amputatione cutem reſervari, qua os tegatur, neque obvoluta uti faſcia. 16. Fœtus reliquiæ octodecim a conceptu annis in tuba repertæ. Dolores a ſoluta placenta nullos fieri. 17. De luxatione muſculorum. 18. Cl. CHARMETTON de terebra fruſtra adhibita, cum cerebrum ſcirrhoſum eſſet. 19. Duæ renis fiſtulæ ſanatæ. 20. Fœtus per ruptam vaginam in abdomen elapſus. 21. Prælonga acus triquetra curva, qua noſter per inteſtinum rectum veſicam perfodit, & urinæ viam aperuit. 22. Tricruris forceps ad calculum de fœmina educendum: eorum crurum bina cultri ſunt totidem, qui latera urethræ incidunt. HALLER.

J. CHRISTIAN BRUNS *obſervationes anatomicæ & chirurgicæ*. GÖTTING. 1760. 4. Fracturas claviculæ ſola quiete & absque faſciis ſanari. Quoties in amputatione articulationis cartilago nudata eſt, poteſt ejus ſeceſſio terebrando procurari. Funeſtum vulnus arteriæ femoralis. Mors ex cerebro in abſceſſum verſo poſt longas cephalæas. Ex gonorrhæa eroſæ in urethra ſedes, ulcera proſtatæ &c. Vagina in partu rupta: placenta prope os uteri ſecedens in funeſta hæmorrhagia. Elapſa brachia amputavit. Ad ulcera vetuſta baccæ ſambuci & una fonticulus.

Ejus *an* H. J. F. HENKEL. HANNOVER 1774. 4. Abſceſſus in imo jugulo ſuper claviculam funeſtus. BRENDELII experimentum, quo cani inteſtinum incidit, idque negat adhæſiſſe. Herniæ vaginalis teſtis tunica indurata, teſtis tumidus. De prolapſu uteri in vaginam. In hernia incarcerata ſales medios profuiſſe. Fiſtulam inteſtini poſt ſtrangulationem coaluiſſe. Hydrocele curata, perforata vaginali teſtis tunica, & longo vulnere diviſa. Fruſtra acu triquetra perforatum malum, cum ſcroti pars ima indurata eſſet. Setacei in ſcroto relicti non bonus effectus. Aneuryſma verum aortæ. HALLER.

CAROLUS WHITE. Ejus *caſes in Surgery with remarks.* LONDON 1770. 8. alii 1769. Inferiorem artum mavult amputare ſuper malleolos, reſervato carnis tegmine. Vinculo arteriam vulneratam coercet aut ſpongia. Col-

lectæ fæces & calculi in inteſtino. Scirrhoſus teſtis feliciter extirpatus. Spina bifida ne tangatur. Vari & valgi, quorum crura noſter ſtannea ocrea corrigit. Cum oſſa non conferverent, eadem nudata, remota cartilago, qua obliniebantur, ita ſanatio procurata. Luxatio humeri, pede in alam dato repoſita, dum æger ſuſpenſus erat. HALLER. V. *fract.*

In *Journal de Med.* T. XII.

REGIS retulit de fœtu ſtrangulato a funiculo per chordam præter naturam ſtricto.

COLIGNON de calculo peramplo, feliciter inſtrumento fratris de S. COSMA ex fœmina exciſo.

CHEMIN hernia cerebri congenita, apta preſſione curata. Aneuryſma cordis auriculæ dextræ.

Idem in T. XXIV. cataractæ extracto cicutæ ſuperatæ duo exempla.

COLLA in T. XII. de frictionis mercurialium uſu in abſceſſibus ex lacte effuſo natis.

CONTENSON, chirurgus, de veſiculis aëre plenis ex lapſu natis.

GARNIER L'AGREE infans absque ano natus ſanatus.

JUVET, medicus, de tendine Achillis absque ullo ſymptomate facillime ſanato.

Ejus eſſe putat celeberr. HALLER, *Eſſai ſur la gangrene interne* .... 12. absque loco & anno.

OLIVIER, medicus, de totius corporis ancyloſi ſapone ſanata.

Idem in T. XIV. de hæmorrhagia uteri compreſſa pannis frigida ebriis.

TAIGNON, chirurgus, in T. XII. hernia cruralis gangrænoſa rupta, fæces & ea via, & per anum egeſtæ. Vulnus ventriculi ſanatum.

Idem in T. XIV. vires agarici vulgaris, qui fomitis loco adhibetur, eandem eſſe, quæ agarici Broſſardiani, per experimenta.

TILLIET, chirurgus, in T. XII. magnus tumor ſcapulæ abſconſus, & evaneſcens.

BOISSON, ictus in capite acceptus, cum magna ſymptomata adeſſent, vomitus, ſopor, delirium, absque trepani uſu ſanatus.

MICHEL, chirurgus, de caruncularum, quæ de urethra effloreſcunt, exſtirpatione.

TOUZAIN, chirurgus, de utilitate injectionum ad ſecundæ partes in utero relictas expediendas.

SERIN vulnus ventriculi ſanatum. Eam curationem in T. 37. defendit.

GOSMOND, chirurgus, tumorem pene dimidiæ faciei extirpavit, ex orbita pullulantem.

GUI-

Guigneux, chirurgus, exemplum hominis calculoſi, rene unico, calculum in pelvi continente, veſica tertia parte minor, in ea calculi, eorum unus adhærens.

Amoreux in T. XIII. de bellædonnæ uſu externo in mammæ cancro proficuo.

Godard, medicus in civitate Vervins, tumor ad radicem linguæ vinctus & exſtirpatus. Vulnus femoris cum convulſionibus & hæmorrhagia conjunctum, tandem ſanatum.

Brieu, medicus, hydrops poſt tertiam paracenteſin curatus.

Idem in T. XIV. hydrophobia ſpontanea.

Lattize, chirurgus, hernia incarcerata in gangrænam verſa, ſanata.

Dumont, filius, chirurgus, exoſtoſis femoris funeſta.

Idem in T. XIV. calculus aſper ægre extractus.

T. XV. ſe etiam feliciter fomite ad ſanguinem ſupprimendum uſum eſſe.

Ejus pro inſtrumentis Le Catii diſſ. *in journ. de ſav.* 1763. Jan.

T. XIX. polypus mucoſus narium medicamentis ſublatus. Ex contuſione lymphæ transudatio, alumine cum hydrargyro præcipitato rubro compreſſa. Renis vulnus ſanatum.

Deslandes, chirurgus, in T. XIII. Aneuryſma ſponte ſanatum adjuvante tamen apta preſſione.

T. XXI. hernia, gangrænoſa parte inteſtini amiſſa, ſanata.

Ejus *éloge de la Chirurgie*, Paris 1768. 12.

Jullien in T. XIII. aneuryſma arteriæ ſpermaticæ, teſtis ſcirrhoſus.

Agasse placenta in cellula uteri, feliciter denique educta.

Anselin tumor palati exſtirpatus, hæmorrhagia laminæ preſſione compreſſa.

Idem in T. XXV. uterus polypoſus, gangrænoſus, exſtirpatus.

T. XXVII. eam adminiſtrationem defendit contra dubia D. Quequet.

Richard in T. XIII. gangræna parotidis corticis Peruviani uſu ſuperata.

Lallemant, medicus, in ſcirrhis abdominalibus cum ictero conjunctis feliciter cicuta uſus eſt.

Idem in *k. ſw. wet. Acad. Handl.* 1760. T. XXI. de uſu felici hirudinum variis in morbis. Primus in Suecia eo verme Nicolaus Rosenius uſus eſt. Diſſecti pergunt perinde ſanguinem exſugere.

Idem in L. *de morbis infantum* edit. Suec. STOKH. 1771. 8. morbos etiam aliquos chirurgicos habet. Scrophulas fere a morbo eſſe venereo.

JACOBUS V. LIL, M. D. in *verhandelingen uytgeg. door de Hollandſche maatſchappy der Wetenkap.* T. V. repetito trepani uſu ſanguinem ſub calvariam effuſum feliciter emiſit.

Idem in T. VIII. P. I. HAARLEM 1765. 8. de doloſa indole vulnerum capitis. De corticis Peruviani efficacia in gangræna.

E. BERDOT in *Act. Helveticor.* T. IV. agit de utriusque femoris luxatione, obſcura ex cauſa nata, apto inſtrumento curata, quod hic deſcribitur.

Idem in T. V. de hydrocephalis.

T. VI. hæmorrhagia ſpontanea inferioris labii.

J. ULRIC. BILGUER. Ejus *Anweiſung zur ausübenden Wundarzneykunſt in Feldlazarethen.* GLOGAU 1763. 8. Pro chirurgis caſtrenſibus, encheireſes, monita. De amputatione artus, quando ex articulatione exciditur; de terebræ uſu; de vulneribus profundis colli, & abdominis, uberius. Artum eliſum & contritum minus certo necem inferre, quando amputatio omittitur: inciſiones profundas faciendas eſſe, eximenda oſſium fragmenta, aut curandum, ut via exituris libera ſit; præterea putredini obſtandum. Ablatum a globo tormentario artum vetat iterato amputare, niſi in femoris parte inferiori, inque brachio. Oſſa per longitudinem fiſſa conſerveſcere. Si omnino amputatio vitari nequit, duo vel tria carnis ſegmenta mavult reſervare. Vulnera capitis, quæ milites patiuntur, fere ſemper terebratione egere, eaque maturata, neque expectatis gravibus ſymptomatibus. In vulnere craſſioris inteſtini non oportet alterne finem in alterum inferi. Spaſmos cynicos opio compeſci. Siderata pars inteſtini reſecanda &c.

Ejus *chirurgiſche Wahrnehmungen welche in der k. Preuſſ. Lazarethen von verſchiedenen Wundärzten ausgezeichnet, und mit einiger Erläuterung herausgegeben worden.* BERLIN 1763. 8. 1768. 8. LOND. 1764. 4. Magna pars boni operis ad vulnera calvariæ pertinet, adque trepanum, eo magis neceſſarium, quod ſymptomata ejusmodi malorum fere ab effuſo ſanguine, ab ichore, aut a pure oriantur, cui emittendo ſola terebra viam poteſt parare. Nihil unquam mali ex diſciſſa dura membrana ſecutum, neque ex ea meninge ſuppurata, aut alioquin corrupta. Et frons & occiput, & ejus cruciformis eminentia terebrantur absque periculo. Sanatum vulnus cerebri, cum glans ſclopetaria ipſo in cerebro retineretur. Alia capitis & faciei vulnera ſanata. Magna in capite hæmorrhagia compreſſa apta preſſione. Sanata vulnera pulmonis, & arteriæ intercoſtalis & inteſtinorum, laryngis, aſperæ arteriæ. Decantata ſymptomata vulnerum ſclopetariorum tranſverſi ſepti nulla apparuerunt. Felix amputatio brachii in parte ſiderata. Ne in teſtium ex-

ſtir-

ſtirpatione convulſiones ſuperveniant, proponit nervum repellere, ne extendatur. Spica ſecalina deglutita per abſceſſum lateris educta. In herni s inciſio maturanda, raro felix quando ſerius tentatur. A verme in meatu auditorio latente homo ad deſperationem usque tortus. Brachium bipenni reſectum curatum. Luxatio femoris deorſum & ad foramen ovale, ab externa cauſa.

Idem in *N. E. N. C. Vol.* .... retulit de fuſo in vulnere abdominis abrupto, parte fracta demum per anum decedente. *Obſ.* 24. ſic per anum globuli plumbei egeſti, qui per vulnus pubis ſubierant. *Obſ.* 25. vulnus hepatis & ductuum biliariorum ſanatum. V. *amput.*

Robertus Dossie *the theory and practice of chirurgical pharmacy, comprehending a compleat diſpenſatory for the uſes of ſurgeons.* London 1761. 8. Elementa Chirurgiæ ad Anglorum ſaporem. Deinde materia medica & chirurgica. Agarico Broſſardiano nullam adhiberi fidem. Haller.

Plunketti arcanum ad mammarum cancros ex arſenico albo, ranunculo & ſulphure compoſitum, omnino etiam per experimenta in noſocomio facta efficax. Ne aqua ex cæruleo vitriolo narium hæmorrhagia ſupprimatur, noſter monet. Nullas eſſe pulveris antilyſſi Meadiani vires. Stepheniæ & Hartleyi medicamenta, ſi calculum non ſolvant, tamen ſymptomata ſupprimere. Haller.

Friderich August. Weiz *vollſtändige Auszüge aus den beſten chirurgiſchen Diſputen, nebſt Anzeigen von neuen chirurgiſchen Büchern und chirurgiſchen Neuigkeiten. I. Band.* Budissin 1769. 8. Paſſim adnotationes adjicit: vermem per umbilicum erepſiſſe vidit cum ægri bonis rebus. Nudatus teſtis novo ſcroto velatus. Non reſpondiſſe cicutam ſpei ſuæ.

T. II. Bautzen 1770. 8. Thyroideam glandulam lapideæ duritatis vidit. Ulcus pectoris per urinam judicatum. Poſt paracenteſin aquam calcis in abdomen ſuadet injicere. Superior pars humeri deleta & reparata.

T. III. Budissin 1771. 8. in curatione Junkeriana non probat diuturnam deligationem. Raro cancros cicuta ſanari. Nihil veri præſidii eſſe in dauco. Fœmina, cui 19*es* aquam extraxit. De femore luxato, & cum fragore reſtituto. Correctio elaſtri ad venæ ſectionem Germanis familiaris, a chirurgo Stokerow facta.

T. IV. Ibid. 1772. 8. Ut clyſter tabacarius melius ſubeat. Ancyloblepharon ſolutum ſuper ſpecillum ſulcatum. Kaltschmidius ſibi ipſi glandulam induratam ſub axilla excidit. In gravida callum fracti oſſis non dureſcere. Funeſtum recti inteſtini ſarcoma.

T. V. Bautzen 1773. 8. Educto dente corrupto abſceſſus maxillæ facile ſanatus, pure emiſſo. Exciſum ſteatoma. De Landii liquore ſtyptico: experimenta in cane facta.

T.

T. VI. Ibid. 1774. 8. Sæpe ſe hernialem ſaccum ſeparaſſe nullo cum ægroti dolore, & immenſos illos ZIMMERMANNI dolores penitus inſolitos ſibi videri: repetitum etiam uſum lapidis infernalis parum probat.

Prodierunt deinde LEIPZ. 1773. 8. 1774. 8. 1777. 8.

Ejus *neue Auszüge aus Diſſertationen für Wundärzte.* 4. *Bände.* FRANKF. 1774. 1776. 8.

In ejus *chirurgiſchen Landphyſico* de HILMERI cataractæ depoſitione. Nævi ut calce & ſapone deſtruantur. HALLER. V. *luxat.*

In *Nov. Act. Nat. Cur. T.* II. a. 1761. edito

RUDOLPH CHRISTIAN PFAFF *obſ.* 12. hernia incarcerata repoſita; abuſus nucleorum ceraſeorum, inde colon in ſcroto perforatum, tamen ſanatum.

J. WILHELM WIEDMANN *obſ.* 23. hæmorrhagia ex dentis evulſione octavo die oborta.

J. CHRISTOPH HENNICKE *obſ.* 29. hernia incarcerata, inteſtinum per lumbricos perforatum tamen ſanatum hactenus, ut fiſtula exigua ſupereſſet. *Obſ.* 33. mors puerperæ: abdomen pure plenum.

WOLFGANG JACOB MÜLLNER *obſ.* 37. de utero ab obſtetrice evulſo, ſauciato, neceſſario exſtirpato, felici eventu. *Obſ.* 68. abſceſſus hepatis inciſus, educti calculi fellei: fauſto eventu. *Vol.* III. *obſ.* 93. uterus vere prolapſus.

Ejus *Wahrnehmung von einer ſammt dem Kinde ausgefallenen Mutter.* NÜRNBERG 1771. 8. Integer uterus totaque ejus cervix elapſa; fœtus tamen manu eductus, uterus repoſitus, injecto vino calente a gangræna liber ſervatus, mater & fœtus ſanati.

J. CHRISTIAN HILDEBRAND *Vol.* III. *obſ.* 34. grave capitis vulnus, cerebri jactura, fragmentum oſſis frontis ad nonum diem in cerebrum depactum, ſanata tamen omnia. *Vol.* VIII. *obſ.* 8. hydrophobia a morſu canis rabidi poſt ſphacelum ex metaſtaſi natum ſponte ſublata. *Obſ.* 32. ganglii ſuperſtitioſa curatio.

In *Journal de Medecin.* 1761. Vol. XIV.

VANDENBLOK, medicus Bruxellenſis, pariter cancrum mammæ occultum refert uſu bellædonnæ ſuperatum.

SUREAU DE BONNEAUNEE, medicus, retulit de ſcirrhoſis ſarcomatibus, identidem in dorſo provenientibus.

DESMILLEVILLE, medicus, de cicutæ felici effectu in tumore palpebræ ſuperioris.

LANDEUTTE, medicus, de phthiſi ex renis ulcere.

Idem in T. XV. extracto cicutæ ſuperatus tumor ſcirrhoſus mammæ & alia mala.

TITEUX in T. XIV. cyſtides in abdomine numeroſæ.

GUYARD

Guyard, chirurgus, de tumore cyſtico ſupra mammam exſtirpato.

Dupont Haumont, chirurgus, intra triennium centies quadrageſies ter paracenteſis abdominis adminiſtrata.

De la Vergne fœtus per 29. menſes geſtatus, & per umbilici ulcus extractus.

Allard, chirurgus, de enſe utrinque pectus penetrante, & ſaucio ſanato.

Idem in T. XVI. de fractura complicata cruris in ipſis doloribus partus nata.

Muteau de Roquemont, chirurgus, in T. XIV. de fractura humeri proxime articulationem ſanata.

T. XX. ulcus ſcrophuloſum cicuta ſanatum.

T. XXX. magnum ſarcoma uteri exſtirpatum, quod pro capite infantis habuerunt.

St. Martin, medicus, in T. XIV. ſecale tritum cum adipe ad ambuſta laudat.

Maupoint, medicus, extracto cicutæ cancer labii ſanatus. Non veram cicutam fuiſſe.

Castillon, chirurgus, in T. XV. de vulnere penetrante pectoris, lata inciſione eductis in ejus cavo latentibus.

Le Pege, chirurgus, de tumoribus frontis cum ejus oſſis carie conjunctis, denique ſua cum cauſa ſanatis.

Aubrelique, medicus, tumorem hypogaſtrii ſanavit extracto cicutæ.

Baudin, chirurgus, de fractura tibiæ cum luxatione, vulnere, & gangræna conjuncta, tamen ſanata, cum cortex Peruvianus ſiderationem compreſſiſſet.

Maurant, chirurgus, lingua enormis molis infantis, quam veritus eſt attingere.

Idem in T. XVI. acus in tumore reperta; enormis tumor cyſticus cauſticis medicamentis curatus; maximi duo fici venerei feliciter reſecti.

T. XVIII. ſibi vindicat curationem a D. Terlier deſcriptam. V. *hern.*

Ferrand, chirurgus, de vulnere ſclopetario pectoris denique ſanato. An idem alias dictus?

Pelet, medicus, de cicuta in tumore ſcirrhoſo ſpem dante.

Finant, chirurgus, de extracti cicutæ felici uſu in tumore ulceroſo glandularum parotidum.

Ejus de hernia gangrænoſa ſanata in *Journ. des ſav.* 1765. *Dec.* & in *Journ. de Medecin* T. XXIII.

Leberecht Ehregott Schneider, chirurgus in Mitweida Saxoniæ oppido. Ejus *chirurgiſche Geſchichte mit theoretiſchen und practiſchen Anmerkungen.* Chemnitz T. I. 1762. 8. Multa theoria. Paronychia profunda. Calculus ſalivalis. Hæmorrhagia funeſta ex ſalivatione per hydrargyrum concitata. Tumor in meatu auditorio radendo & ſecando deletus. Funeſtus mammæ cancer. Ex abſurda frictione vetulæ abſceſſus ad vertebras lumborum.

T. II. Ibid. 1763. 8. Ab amputato femore mors per diarrhæam. Suppuratio oculi externa, curata pure per inciſam corneam emiſſo. Ulcera a variolis, & plena luxatio femoris. Partus difficilis terebrato capite expeditus, & ſanatus abſceſſus oſſis ſacri. Hydrops ſacci lachrymalis a variolis. Tumor cyſticus in femore amputatus.

T. III. Ibid. 1765. 8. Inteſtinum fiſtula patens excreto lumbrico ſanatum. Hernia incarcerata ſoluta. Gangræna cortice Peruviano ſuperata. Teſtis ex ſcroto erumpens.

T. IV. Ibid. 1768. 8. Cicuta ſæpe absque ullo fructu adhibita. Proprio lectulo, & faſciis cochlea firmatis, curata fractura colli femoris. Fœtus mortuus præcedente funiculo unco eductus, neque enim in omni partu inſtrumentis poſſe abſtineri. Iterum inteſtinum apertum ſanatum, de quo vermis prodiit. Vulnus faciei ſutura conciliatum. Cortex Peruvianus gangrænæ incipienti uteri, & ulceribus malignis efficaciter oppoſitus.

T. V. Ibid. 1771. 8. Quatuor morborum deſcriptiones. Caries difficilis in pede, non ſublata, niſi cum oſſa corrupta abſceſſiſſent. Caries facile ſanata in maxilla. Inteſtini vermicularis cum cæco inteſtino per anum elapſus, cum ileon tribus quaſi ligamentis ſtrangularetur, & ilei pars in colon pulſa eſſet. Lapillus de funda impactus diu in femore latuit, quoad exciſus lapis mali finem fecerit.

T. VI. Ibid. 1773. 8. Ulcus, quod ex recto inteſtino in uterum ſibi aditum paraverat, ut per vaginam fæces decederent. Utrumque os cruris ex ſaltu cum vulnere fractum, felici eventu curatum. Aliquot exempla felicis Peruviani corticis adverſus gangrænam efficaciæ. In pectus lignum depactum per ulcus femoris decimo tertio demum menſe excretum. Haller.

T. VII. Ibid. 1776. 8. Iterum ulcera gangrænoſa cortice Peruviano ſanata. De tumore ſingulari in perinæo recens nati, quo compreſſo fæces per anum prodibant, intumeſcente paulo poſt iterum tumore. Fiſtula in articulo pedis dextri feliciter ſanata. A concuſſo cerebro cæcitas, & paralyſis maxillæ inferioris. Tumor cancroſus labii inferioris feliciter reſectus. Manus inflammatio, a metaſtaſi, ſanata. Hernia incarcerata felici operatione curata. A vulnere detri femoris cum aneuryſmate vero natæ convulſiones, indeque mors. Stulto conſilio chirurgus quidam ſibi reſecuit tendinem extenſoris indicis, tamen absque noxa. Richter.

T. VIII. Ibid. 1778. 8. Partus inter conamina ad 13. diem usque protractus; prima die aquæ ruptæ, quarta die dolores partus evaneſcentes, pulſus debilis, celer, in abdomine veſiculæ plurimæ lympham partim ſubflavam partimque fuſcam continentes, extremorum frigus, ægra inſenſilis; fœtus deinde pedibus arreptis eductus totus putrefactus, ita & ſecundinæ; ſexta a partu hora puerpera periit. Similis alter caſus, ubi auctor 16. die, cum caput fœtus apertum, & ejus oſſa loco ſuo mota eſſent, hæc fruſtratim exemit, deinde fœtum, qui totus putridus erat, facta inverſione eduxit, & cum ſuſpicaretur, uterum quoque gangræna adfectum eſſe, corticem Peruv. interne & externe adhibuit; tertia exinde die pulſus fortior, lochia una cum ſanie cinerea, & fœtida apparuere, ægra vero ſenſim reſtituta. Inflammatio partem pedis ſiniſtri externam in puella 14. annorum ſponte & per vices invadens, tandem gangrænam & mortem induxit. Femur ſurſum luxatum, feliciter repoſitum, etſi femur & crus ſub extenſione in ſitu recto tenebantur. Vulnus a rupto ſub exploſione ſclopeto manui inflictum, cum oſſibus carpi & metacarpi a ſe invicem remotis, pollice divulſo, totaque manu contuſa, ſanatum fuit conſueta cura feliciter, remanente aliquo manus, & ſuperſtitum digitorum motu. Uterus ruptus in fœmina, quæ duodecies jam, ſed lente ſemper & difficulter pepererat: capite fœtus in pelvim jam delapſo parturiens ſub validis partus doloribus e lecto impatienter proſiliens, corpusque vario modo inflectens, abdomen manibus comprimens, repente novum ingentemque in abdomine percepit dolorem, fluente poſtea ex utero copioſo ſanguine, & capite fœtus ita ſurſum recedente, ut digiti attactum effugerit; auctor illico fœtum invertens, & educens advertit, uterum dilaceratum eſſe, & paulo poſt omentum in vagina uteri eo prolapſum deprehendit, ægra vero 4. die periit, cujus poſtea facta eſt anatome. Tumor linguæ poſt febrim inflammatoriam mala methodo tractatam metaſtaticus, nucis magnitudine, dolens, inflammatus, denique in ſuppurationem ductus, inciſus, & facile ſanatus. Levia vulnera quoque curata. Richter.

Josepus Cavallini, chirurgus in noſodochio S. Mariæ Novæ Florentino. Ejus ſunt *collezioni iſtoriche di caſi chirurgici metodicamente diſpoſiti* T. I. P. I. *ſopra i tumori infiammatori.* Firenze 1762. 4. Multa utilia, & practica. Aliquot abſceſſuum exempla & curationes. In herpete aqua vitriolica. In carbunculo ſimplex curatio optima.

T. II. *Tumori cronici.* Ibid. 1763. 4. Simplex & ſincerus funeſtos eventus non diſſimulat. Tumores ſpongioſi. Abſceſſus femoris funeſti. Abſceſſus & caries oſſium in articulatione genu lethalis, aliaque ſimilia fere exempla. Cicutam nihil quidquam unquam præſtitiſſe. Tonſillæ Induratæ exciſæ. Mamma partim cartilaginea & partim cancroſa, feliciter exciſa. Sic duriſſimus teſticulus, vaſis non ligatis. Ganglion de tendine bono eventu exciſum.

Exoſtoſis etiam absque venere naſcitur, neque ſemper hydrargyro cedit. Aneuryſmata. Herniæ.

Ejus *tentamina medico-chirurgica de felici in quibusdam animantibus uteri extractione, deque partium regeneratione & cicatricis natura.* FLORENTIÆ 1768. 8. HALLER.

ROUSSELET *obſervationes nouvelles ou methode certaine ſur le traitement des cors.* La HAYE 1762. 12.

ANTON HÖGG *obſervationes medico-chirurgicæ.* JEN. 1762. 4. Hac diſſertatione recenſet aliqua exempla volvuli; & aliud in quo gangrænoſi inteſtini partem reſecuit, ægrum ſanavit. Glans plumbea absque malo ſymptomata in cerebri cavea relicta. Vulnus graviſſimum ſclopetarium in genu absque amputatione ſanatum.

In *Phil. Tranſ.* T. LII. P. 2. ſive anni 1762.

RICHARDUS FORSTER egit de animalibus venenatis ANGLIÆ.

THOMAS ADAMS vulnus ingens aſperæ arteriæ, ſanatum ſutura adhibita. Retulit etiam de homine a fulmine ambuſto, tamen ſanato.

CHARLETON WOLLASTON de gangræna integram familiam corripiente, ex malo, uti videtur, alimento.

DANIEL LYSON de funeſto morbo magni aſtronomi JACOBI BEADLEY. Ex iſchuria interierat, cujus cauſa partim adeps fuit, qui renes compreſſit, partim glandulæ in pelvi induratæ.

Idem in *Vol.* LIX. de tribus aciculis deglutitis, & de cute humeri prodeuntibus.

In *Medical obſervations and inquiries by a ſociety of phyſicians in* LONDON. *Vol.* II. LONDON 1762. 8. retulerunt:

JOHANNES TRAVES, chirurgus, de luxatione femoris, quod introrſum ſuper foramen ovale pubis diſceſſerat, repoſitum cum caput deorſum extrorſum duceretur.

SAMEL PYE, medicus, de vomitu, qui paracenteſi abdominis ſupervenit, non infelici hactenus eventu.

GEORGIUS MACAULAY ex tumore colli ſpaſmus cynicus.

THOMAS ANTHROBUS de femore ex febre gangræna corrupto, amputato, absque ulla ſanguinis jactura, & fauſto eventu.

In *Med. Muſ.* T. I. prolapſum uterum ſponte rediiſſe vidit, cum dolores ad partum inciperent, & fœtum eodem oſtio eduxit.

In T. II. tumor durus pene cartilagineus, qui cum tendini Achillis adhæreret, amputationis fecit neceſſitatem.

THOMAS BOND de efficacia corticis Peruviani in ſcrophulis.

SAMUEL INGHAM de ægroto, in cujus quoque teſte fiſtula fuit aperta, curata.

THO-

Thomas Dickson, medicus, de utilitate veſicantium ad os ſacrum, quoties urina nequit contineri.

Idem in T. III. eandem veſicatoriorum utilitatem confirmat, etiam per J. Fothergill teſtimonium: & de veſicæ in partu ruptura egit. Deinde de morſu canis rabidi conſtanter lethali, etiam quando balneo aquæ metus ſuperatus fuerat.

Henricus Thomson de luxatione humeri in univerſum, & de caſu, in quo omnino reduci non potuit, cum ligamentoſa articulationis capſula lacerata fuiſſet, & pars colli humeri in fragmenta contrita. Non debere in repoſitione artum extendi, ſed flecti potius, ut muſculus biceps laxetur. In omni luxatione capſulam articulationis lacerari. Exemplum novæ articulationis.

Lambert, chirurgus, acu intertorta in arteriæ vulnus data, ut in labio leporino ſolet, id malum curavit.

Triquet, & alii de utilitate mercurii ſublimati in ulceribus difficilibus.

Jogannes Bard de fœtu ex abdominis abſceſſu exciſo felici eventu.

In *Journal de Medecin* T. XVI.

Decotes, chirurgus, retulit de curato cancro faciei & mammæ ex uſu cicutæ.

Sabliere, medicus, de coſtæ oſſeæ fragmento ex fiſtula ani prodeunte.

Agasson, medicus, in iſchuria veſica per hypogaſtrium compuncta, bono eventu.

Vimont, medicus, vulnus ſcorpii injecto vinculo, vino dato, aptis fomentis, ſanatum.

Sannier, medicus Biturix, ulcus mammæ cicuta data ad cicatricem perductum.

Terlier, chirurgus, hydroſarcocele non venerea, inunctione mercuriali ſanata.

Idem in T. XVII. hydrocele in calculoſo homine, lapillus rupto per eſcharotica peritonæo elapſus, malum ſanatum.

T. XX. hernia cruralis gangrænoſa aliquoties ſanata.

Salomon, chirurgus, in T. XVI. de corticis Cinchonæ ſive Peruviani in gangræna ſalutari uſu; ſic

Duflos, chirurgi, in eundem ſenſum experimentum.

Denis, chirurgus, de iſchuria ex abſceſſu veſicæ gangræna oborta tamen ſanata.

Lerault de ſcroto a gangræna deſtructo, & reparato.

Longis, chirurgus, de felici uſu corticis Peruviani in ſuppuratione veſicæ.

In T. XVII. quem Augustinus Roux edidit, intermortuo Carolo Vandermonde.

Yvon de ſarcocele inunctione mercuriali ſuperata.

Cousin, chirurgus, vincula ad elapſum anum continendum inventa, &

Suret, pariter chirurgus herniarius, ſimillimum inſtrumentum a ſe ipſo inventum ſibi tribuit.

Costes, chirurgus, de urinæ ſuppreſſione in fœmina gravida ſuperata, acu triquetra ſupra os pubis in veſicam infixa.

Billebault, medicus, de abſceſſu renis ignorato, & in cadavere demum adgnito.

De la Combe, chirurgus, vulnera abdominis a bovis & vaccæ cornu inflicta absque ſutura ſanata. Aneuryſma cruralis arteriæ funeſtum. Arteria, ut in Hunteri exemplis, in venam aperiebatur.

Corte, medicus, felicem effectum cicutæ in cancroſis tumoribus expertus eſt.

Raffalin obſtetricis minime inexpertæ, aliquæ adnotationes ex arte ſua.

Cl. Strak, profeſſor Moguntinus, de abſceſſu & fiſtula pectoris, ex arthritica, ut putat, marterie tamen ſanatis.

Idem in Tom. XVIII. non ſemper a carie nigrum colorem eſſe, qui in plumaceolis appareat.

Alliet, medicus, ſubitus absque evidenti cauſa tumor teſtis. De felicibus Le Catii operationibus calculi ſectionibus teſtimonium.

Bertrand, chirurgus, de hernia crurali ſtrangulata gangrænoſa, amiſſa parte inteſtini etiam recti, feliciter ſanata. Haller.

In *Verhandeling der Holl. Maatſchappy* T. VI. P. 2. A. 1762. excuſo.

David. Henr. Galandat, chirurgus & obſtetrix oppidi Vlessingen, curationem ſingularem variorum morborum deſcribit, quam in ora Guineæ inque civitate Latrû medici indigenæ ſuſcipiunt, dut aërem ſub cutem impellunt. Pergit idem in

T. VIII. P. 2. & bonos uſus inflationis effectus repetit.

T. X. P. 2. de feliciter aperto & curato in pectore ulcere.

Idem in *Verh. der zeeuwſche Gezelſchap* T. II. egit de inverſione fœtus, quæ fit adreptis pedibus.

Ejus *grondbeginzeln der wondkunde volgende beſpiegeling en oeffening der handendaagze wondkundigen.* Middelburg 1764. 8.

Wouter

Wouter van Lis, medicus. Ejus *genees en heelkondige oeffeninge op & rede en ondervinding ſteunend.* Middelburg 1763. 4. Continet etiam morbos chirurgicos. Aliqua de vulnerum inſpectione medico-legali.

Samuel Clossy, medicus. Ejus *obſervations on ſome of the diſeaſes of human body taken from the diſſections of morbid bodies.* London 1763. 8. In ſectione I. agitur de vulneribus cranii. In III. de abſceſſibus hepatis, & pulmonis. In VI. pluſculæ narrantur hiſtoriæ calculorum renis, & veſicæ.

Simon Pallas, peritus chirurgus Berolinenſis, & celebrium filiorum parens. Ejus *Anleitung zur practiſchen Chirurgie.* Berlin 1763. 8. Compendium Chirurgiæ in uſum prælectionum. Trepano audacter utitur, neque aut ſuturas timet, aut ſinuum viciniam. Quædam de cataracta. A medicamentis lithontripticis, vix niſi doloris levamen ſperat. De paronychia. De ſectione cæſarea, quam defendit.

P. Sue, filius. Ejus eſt *dictionnaire portatif de Chirurgie.* Paris 1771. 12. Simplex & practicus libellus, fere abſque theoria. Ex Galliis collecta. Haller. V. *obſt. art.*

Ejus porro *éloge hiſtorique de* M. de Vaux *maitre des arts & un extrait de ſes ouvrages.* Ibid. 1762. 8.

Anno 1763. cœpit prodire *Medical Muſæum or a repoſitory of caſes, experiments and diſcoveries.* In T. I. London 1763. 8. præter varia ex diariis collecta, quæ jam dixi, continetur

Anonymi Nov-Eboracenſis de curatione cancri per phytolaccam diſp. (quæ ſpei in Europa non reſpondit) Haller.

Duo porro exempla in cancroſis fœminis, etiam inter uſum cicutæ, oſſium ſponte fractorum.

T. S. ex lapſu fiſſa calvaria; terebræ occipiti admotæ duo exempla, cum felici eventu utrumque, & tertium cum nomine Iv. P.

In T. II. fragmenta fracti cranii in cerebrum impulſa, & tamen puer ſervatus. Ventriculus a vermibus eroſus & ad umbilicum patens.

Petri Paton tumor mammæ, ex quo cyſtis elapſa eſt, malumque ſanatum.

Milcolumbus Flemyng, olim Halleri amicus, adverſus apoplexiam trepani uſum ſuaſit.

David Laying, magnnm fragmentum tibiæ exemtum & reparatum.

In *Journal de Medecine* 1763. T. XVIII.

Sonyer du Lac, medicus, de prolapſu uteri a viro obſtetrice evulſi & feliciter reſtituti.

Bieshaar, chirurgus Belga, tumorem cancroſum linguæ exſtirpavit, cicutæ uſu ſymptomata ſupervenientia curavit.

Vibil-

VIEILLARD, medicus, de tumore calvariæ adſidente funeſto, ubi cerebrum erat depreſſum, calvaria conſumta.

VIDAL, medicus, ibid. in T. XIX. de percuſſione tibiæ, ex qua vehementiſſimus dolor natus, inciſione demum facta ſedatus eſt.

Idem in T. XXXVIII. bronchotome in angina inflammatoria, cum absque eo auxilio æger jam eſſet periturus.

PASQUIER, chirurgus, gangræna totius inteſtini recti, tamen ſanata.

Le ROUX, chirurgus, vulnus ſclopetarium hepatis ſanavit.

DENIS, chirurgus, epulidem ligavit, & reſecuit.

PIERRE GUYARD genus epulidis exſtirpavit.

J. CHRIST. HENNIKEN in *Fränk. anmerk.* T. VII. funeſta iſchuria ex ureteribus calculo obſtructis. Sarcoma enorme abdominis. Funeſta curatio bubonis venerei. Scirrhus inguinis feliciter exſtirpatus.

In *Atti dell' Academia delle ſcienze di* SIENA *detta die fiſico critici.* T. II. SIENA 1763. 4.

FERD. MANNOTTI vel potius MANNETTI, inciſiones cadaverum. Calculi renum, & ad os ſacrum abſceſſus. Ren pene oſſeus.

JOS. NENCI, mors ex rupta arteria lienis.

ANGELUS MANCINI, in gravi vulnere duram membranam ſenſu carere confirmavit.

ANTON. PHILIPPUS LANDI, graviſſimum abdominis vulnus a palo inflictum ſanatum. Fractura tibiæ duplex & cum luxatione conjuncta ſanata.

In *Giornale di Medicina*, quod PETRUS ORTESCHI incepit edere VENET. anno 1763. 4.

NICOLAUS POLLAROLI retulit de cicuta inutiliter in ſcirrho mammæ adhibita.

DORILAI, nempe CALDANI, adnotationes. Calvariæ fracturæ graviores. Mala in eadem ratione cum læſione cerebri. Videntur & ipſa CALDANI eſſe.

LUDOV. MARUCCI, calculus veſicæ ſingulari facie. Cordis vulnus decimo octavo demum die lethale.

Anno 1763. Tomus quartus collectionis diſſertationum PARISIIS prodiit, quæ ad merenda præmia Academiæ oblatæ ſunt.

Secrets de Chirurgie. PARIS 1764. 12.

M. HOUTTUYN vertit Chirurgiam PLATNERI, & multis adnotationibus auxit, cumque titulo *handleiding tot de Chirurgie of heelkonſt* AMSTERDAM 1764. 8. edidit.

Ontleed en heelkondige verhandeling over den ontwrigten voet uytgegeeven door een gezelſchap van uytrechtze heelmeeſters. UTRECHT 1764. 8.

Se-

Secunda pars operis chirurgici eſt argumenti. Exempla tali luxati, fracti. In luxatione complicata pedis vetant repoſitionem, quæ non poſſit niſi cum maximis doloribus magnoque periculo locum habere, & oſtendunt eo in caſu ſola faſcia duodecim capitum tolerabilem curationem obtineri potuiſſe. Exemplum exciſi tali partisque oſſis tibiæ. HALLER.

LUDOVICUS ROUPPE cum L. *de morbis navigantium* LEIDÆ 1764. 4. edidit ſuas de extracti cicutæ in cancro utilitate adnotationes.

Idem in *N. E. N. C. Vol.* V. *obſ.* 19. ex lapſu magnum aneuryſma ſpurium abdominis. *Obſ.* 20. inteſtinorum gangræna ſanata.

Ejus in *Verh. der zeewſch. gezelſch.* T. I. de difficultate deglutiendi cum aliquot cadaverum inciſionibus.

AUGUST. FRID. PALLAS, HALLERI diſcipulus. Ejus *Chirurgie, oder Abhandlung von äuſſerlichen Krankheiten.* BERLIN 1764. 8. Bonum compendium, quo nuperrima inventa continentur. Metaſtaſes febrium malignarum emplaſtris veſicas cientibus, in remota ſede admotis, poſſe diſſipari. Duritatem a ſuppuratione ſuperſtitem emplaſtro de cicuta tolli. Parotides emollientibus medicamentis aperire neceſſe fuiſſe. Bubones venereos utiliter, ſed cum periculo exſtirpari. Agaricum tamen inter meliora adverſus hæmorrhagias præſidia eſſe. Cicutam adverſus ſcrophulas, & in diuturna ophthalmia profuiſſe; non perinde in cancro. Lentem cryſtallinam ſebaceam vidit. In DAVIELLI adminiſtratione tamen facile iridem violari, corpus vitreum propullulare. Hydropem teſtis, ruptis cellulis, ſe ſub cutem effudiſſe. Calculum excidit circa os a priori vulnere relictum formatum. De nuperioris lithotomiæ emendationibus. Le CATII objectiones in F. JOHANNEM DE S. C. ex invidia natas eſſe. WARDII electuarium ad fiſtulas ani curandas non videri ad hunc finem ſufficere. Inſtrumentorum delineationes nuper perfectorum. HALLER.

FERDINANDUS MARTINI, chirurgus. Ejus *chirurgiſche Streitſchriften, welche ſtatt des gewöhnlichen Examens zur öffentlichen Vertheidigung unter dem* H. HEHNINGS *aufgeſetzt ſind.* KOPPENHAGEN 1764. 8. De callo potiſſimum agit in noſodochiis caſtrenſibus edoctus auctor. De paracenteſi. Tendinum obtuſum ſenſum eſſe, neque durioris tendinis inciſionem nocere. De herniis. Ut clyſter ſubjiciatur, qui ad cœcum usque inteſtinum penetret.

Ejus *Unterſuchung der Frage ob ausgetretenes Blut wieder aufgenommen werden könne.* Ibid. 1770. 8. Non reſumi ſanguinem extravaſatum, niſi in tenuius liquamen reſolutum. HALLER.

ERN. GOTTFRIED BALDINGER, Vir Ill. Ejus *introductio in notitiam ſcriptorum Medicinæ militaris.* BERLIN 1764. 8. Germanice JENA 1768. 8. 1771. 8. Scriptores ad ſuas claſſes refert, & de editionibus ipſoque ſcripto judicium interponit. HALLER.

Ejus *von den Krankheiten einer Armee.* LANGENSALZA 1765. 8.

CHRISTOPHORI WEBER *obſervationum medicarum faſciculus.* I. CELL. 1764. 8. Huc pertinent pauca chirurgica: nempe adnotatio de uteri ſarcomate in pus, ut videtur, verſo, & cortice Peruviano ad integram curationem perducto. Arthritis abſceſſu ſanata.

Faſc. II. Ibid. 1765. 8. Vagina cœca, dilatatione ſuperata.

LEBERECHT. FRID. BENJAMIN LENTIN *obſervationum medicarum faſciculum* I. edidit WOLFENBÜTTEL 1764. 8. Magna pars chirurgici eſt argumenti. Fiſtula thoracis funeſta, de qua pus per os rejiciebatur: alia thoracis fiſtula ſanata. Funeſtum cranii vulnus effuſo in cerebro pure. Poſt difficilem partum violentiſſimus ſanguinis de utero fluxus, aceto cum gallis poto repreſſus. Inteſtinum in hernia ſtrangulatum poſt excitatum vomitum repoſitum. Paronychia funeſta, carie ſubnata & ſphacelo. In ſpina ventoſa ſalubris ſublimati mercurii uſus. Veſtigia fœtus per abdomen egeſta, ſubnato abſceſſu.

Faſcil. II. CELL. 1770. 8. Mercurii ſublimati uſum iterum laudat, & corticis Peruviani in gangræna. Cicuta ſe ſanaſſe abdominis carcinomata, hepatis ſcirrhum. Preſſione tumor in cranio ſanatus. Fiſtula thoracis ſanata.

Ejus *Beobachtungen einiger Krankheiten.* GÖTTINGEN 1774. 8. Profuiſſe bellamdonnam in tumoribus duris mammæ, etiam in cancro occulto. Coſtæ loco motæ a tumente per abſceſſum hepate. Fiſtula lachrymalis cum carie, embrocha & compreſſione, abſque inciſione ſanata. HALLER.

GABRIEL ZAGONI diſp. *de inventis hujus ſeculi in arte ſalutari novis.* UTRECHT 1764. 4. Inter ea inventa cicutam numerat, & aquam calcis vivæ.

LAURENT. FERRET & FRANC. THIERRY DE BUSSY *E. Chirurgia recens inſtrumentalis antiqua perfectior eſt.* PARIS 1764. 4.

ANTONIUS PORTAL *precis de Chirurgie pratique.* AVIGNON & PARIS 1767. 8. 2. vol. cujus aliqua capita chirurgo F. tribuunt. Pariſinis imprimis chirurgis uſus eſt, ut hoc diſcipulis ſuis compendium concinnaret. HALLER. V. *luxat.*

In *k. ſwenſk. wet. Acad. Handlingar.* T. XXV. anno 1764. retulit

J. LAUR. ODHELIUS, medicus, de iride a vulnere ita mutata, ut transverſa trans inferiora pupillæ duceretur.

Idem ibid. a. 1765. de natura ſibi ſuccurrente: cornea tunica pene tota opaca erat: nata eſt in iride quaſi feneſtra, ut per exiguam partem pellucidam corneæ lumen illaberetur.

A. 1767. viſus hactenus per iridem male formatam ſuperſtes.

A. 1772. *n.* 2. pro DAVIELLI adminiſtratione.

In

In *hiſt. de l'Acad. des ſciences* 1764. ex hernia ſuppurata vermis, malumque ſanatum.

In *Journal de Medecine* 1764. T. XX.

De la Brousse retulit de ſphacelo ex tumore.

Idem in T. XXV. de felici uſu medicamenti ſaturnini in ophthalmia.

Miollis abſceſſus variolis ſupervenientes continuo debere aperiri.

Cellier infans curatus, cui canis penem devoravit.

Bourienne, chirurgus, de contuſione ex qua ſphacelus ſcroti, equidem regenerati.

Idem in T. XXXVI. ſcroti vulnus, cyſtis grandis, cellulofa quadam tela plena, lamellatim ablata, inteſtinum in annulo perforatum. De contuſione magna oculi ſanata. De veſica duplici, rene altero inflammato &c. in ejusmodi veſica calculum latere poſſe. Hydrocele cum tumore teſtis & epididymide tumida, inque ea adhærente maſſa carnea: ſanatum malum, & fungus ſubnaſcens ſublimato mercurio deſtructus.

Idem in T. XXXIX. vulnus ſclopetarium veſicæ ſanatum. Fractura cranii complicata, ut graviſſimum malum eſſet, absque amputatione ſanatum.

T. XL. aneuryſma brachii venæ ſectione repetita, preſſione ex arte facta ſanatum. Oſſiculum in œſophago hærens ſponte evaneſcens.

T. XLI. ab ictu ſclopi fractura brachii complicata. Sanitas non integre reſtituta. Ictus acinacis palpebræ ſutura ſicca reconciliatæ. Caries inſignis curata. Sic vulnus a *bayonneto* inflictum, quo aſpera arteria incidebatur. Vulnus abdominis & inteſtina læſa, ſanata.

Lottinger, medicus, de hernia ſtrangulata gangrænoſa ſanata.

Idem in T. XXIV. ſcirrhus hepatis cicuta ſuperatus.

De Glatigny, medicus, de ſarcomate enormi ex pube dependente ligato, reſecto.

Larrouture, medicus, de cancro naſi cicuta curato, cum in pulmone tubercula eſſent.

Volaire de glande plumbea, per biennium in cerebro retenta, absque ſymptomate, denique tamen funeſta, poſt intolerabilem cephalæam.

Daunou in T. XXI. hernia inguinalis in gangrænam verſa, cum ſingultu, vomitu fæcum, rupto inteſtino, tamen ſanata. Tumor carcinomatoſus uteri exſtirpatus.

Idem in T. XXV. fracta calvaria & depreſſa, feſtucæ oſſeæ in duram meningem impactæ, absque ullo ſymptomate evulſæ, malum ſanatum.

T. XXVI. caries fractæ tibiæ cauteriis & aqua mercuriali adhibitis, denique ſanata.

Bonnard etiam de hernia ſtrangulata, inteſtino rupto, tamen ſanata, potiſſimum per uſum terebinthinæ.

Idem in T. XXXIV. ob abſceſſum amputatum femur, iisdemque præſidiis cautum, ne os nudaretur, quæ etiam Pibrac ſuaſit.

T. XXXVII. felix mammæ amputatio.

Ejus, chirurgi Heſdinenſis, in T. XXXIV. de amputatione femoris, in qua primum cutis inciſa fuit, deinde reſectum tantum carnium quantum ſufficiebat ad os tegendum.

Le Roi, chirurgus, in T. XXI. vulnus faciei, & enſis fragmentum pene ad velum usque palatinum penetrans eductum, bono eventu.

Beaussier, chirurgus, contra uſum medicamentorum ſpirituoſorum in vulneribus ſclopetariis; requirere medicamenta mollientia.

Idem in T. XXX. vulnus ſclopetarium, ut putat, ob neglectas inciſiones, etiam poſt amputationem lethale.

Beaussier, chirurgus, ſed alius, ut putat celeber. Haller, in T. XXXI. femur ob antiquam cariem amputatum, arteria die quadrageſimo rupta, ut tamen æger ſervari poſſet.

Idem in T. XXXII. aneuryſma arteriæ ſplenicæ oſſeis ſquamis variæ.

T. XXXIV. iterum de lacte in celluloſam telam effuſo.

T. XXXVIII. calculus in cyſtide latens eductus per ſectionem hypogaſtricam, cum inciſa veſica obtineri non poſſet.

T. XXXIX. aliqua in Cosmam.

Desgenets chirurgus, in T. XXI. vulnus veſicæ gangrænoſum ruptum in puero, ſanatum, tum fiſtulæ urethræ inde natæ.

Bayle, chirurgus, fractura & depreſſio laminæ internæ oſſis parietalis, cum magnis ſymptomatibus, arteriotomia & venæ jugularis inciſione ſanata.

Idem in T. XXVI. contra uſum medicamentorum ſpirituoſorum in ſclopetorum vulneribus. De ulcere cancroſo labii inferioris, poſt inutile tentamen cicutæ factum, exciſo.

Monballon, chirurgus, ſanatum vulnus ſclopetarium pulmonis cum fracta clavicula.

Aurran, chirurgus, de reſonitu & adgnoſcenda ſede, quæ ictum accepit. Fiſſuras futuras facile tranſcendere, & in parte inferiori oſſis occipitis, oſſeque temporum potiſſimum locum habere.

Idem in T. XXIV. felix uſus lotionis ſaturninæ in ulceribus difficilibus, & ad teſtium tumores.

T. XXXI. curatum aneuryſma ſpurium arteriæ cubitalis.

Souquet, medicus, in T. XXI. ſarcoma uteri exſtirpatum bono eventu.

Al-

Alliere, chirurgus, grave vulnus ſclopetarium humeri curatum.

In diario Veneto *Giornale di Medicina* Petri Orteschi.

A. C. hydrophobia ex febre acuta.

Vincentius Pasquinelli, chirurgus, tendinem Achillis absque ſenſu ægri conſuit.

Idem in T. III. ulcus funeſtum circa os ſacrum. Tendinum læſiones nulla graviora mala ciere.

T. V. de fungoſa carne intra urethram nata, a qua putat probabile fieri, etiam in virili urethra carunculas dari poſſe.

T. VI. de topho cancroſo conſilium.

Bernardini Astolfoni os in aſpera arteria latens per 5 menſes.

Idem in T. VIII. feliciter duas cataractas per inciſam corneam tunicam extraxit.

Anton. Constantini bubonocele incarcerata, ſuperata hydrargyro.

Hunt, chirurgus, in *Muſæi medici* Tomo III. ulcus parotidis non abſque difficultate ad ſanationem perduxit. Gula rupta poſt glandularum vicinarum obſtructionem. Oſſis femoris luxatio.

Franciscus Biumi. Ejus *obſervationes anatomicæ ſcholiis illuſtratæ.* Milan. 1765. 4. Sectiones cadaverum morbis variis enectorum. Aneuryſma aortæ. Steatoma enormis molis in hepate. Calculus inteſtinalis. Carotis arteria prope ſellam Turcicam dilatata. Aneuryſma cordis cum ſquamis arteriæ aortæ oſſeis. Haller.

In *Phil. Tranſ. Vol.* LV.

Joh. Lavington aquæ marinæ potum in labii ſuperioris inflammatione potius noxium eſſe dixit.

William Martin dura cruſta panis, quæ in aſperam arteriam deſcenderat, poſt pluſculos dies rejecta.

Jacobus Comes de Morton monet, fabuloſam eſſe hiſtoriam curatæ per acetum hydrophobiæ, de qua Bertotius retulerat.

Benjamin Gale ſalem felici effectu vulneribus a vipera caudiſona inflictis admotum fuiſſe narrat.

Idem in *hiſt. de l'Acad. R. des ſcienc.* 1765. aneuryſma carotidis. Oſſa in fœmina ſponte fracta. Haller.

In *Journal de Med.* T. XXII.

Nolleson de curato vulnere hepatis, cum pus in abdomen effuſum eſſet.

Idem in T. XXIII. de hernia incarcerata cum inteſtini gangræna, ob voracitatem ægri lethali.

T. XXV. cranii fractura cum cerebri ſub ſede fracta abſceſſu. Sanguis ſub dura membrana effuſus, ea inciſa emiſſus, malum ſanatum. Sarcoma uteri gangrænoſum vinculo adſtrictum, exſtirpatum.

T. XXVI. ictu acinacis depreſſa feſtuca oſſis, quæ in duram matrem impegerat, terebrato cranio feliciter educta.

T. XXVII. Vulnus pulmonis & arteriæ intercoſtalis facile ſanatum. Et vulnus ventriculi, ſutura adhibita pellionis.

T. XXIX. aneuryſma arteriæ popliteæ cum abſceſſu conjunctum, infelicis eventus.

T. XXX. animadverſiones in Soyeux curationem polypi uterini.

T. XXXV. contra magnas in vulneribus ſclopetariis inciſiones.

Lucano, medicus Melitenſis, in T. XXII. de hydrope & paracenteſi fruſtranea, cum aqua in ſacco hydatidibus pleno contineretur.

Rouvette Donzon, medicus, de tumore inſenſili duræ matris, ut una manifeſtum eſſet dolorem in cerebro ſentiri.

Pillore, chirurgus, de felicitate lithotomiæ le Catianæ, tum in *Journ. des ſav.* 1765. *Jun.* alia Anonymi in T. XXII.

Goirrand, chirurgus, de vulnere gravi, & contuſo manus, oſſibus fractis & luxatis, tandem ſanato.

Martinus, chirurgus, de utero toto inverſo, gangræna tacto, exfoliato, ſponte reducto. Iterum hic corticis Peruviani ſalutaris efficacia eminuit. An Idem alias dictus?

Renard, medicus, de cancro occulto, uſu cicutæ diſſipato. De malis puerperalibus, etiam utero ab imperita manu læſo, quibus cortice chinæ chinæ medicatum eſt.

Idem in T. XXVIII. aliquot partus infelices. Paracenteſis abdominis non plene ſalutaris.

An idem qui calculum ſublingualem excidit, in *Journ. Encyclop.* 1771. *Sept.* Haller.

Bousquet, chirurgus, in T. XXII. de fractura humeri cum vulnere, oſſium fragmentis, gangræna, eventu felici curatis.

Heiligenstein, chirurgus, de tumore carcinomatoſo exciſo.

Mersenne, chirurgus, de ſacco herniario ex tuſſi rupto, bono tunc quidem eventu. Feliciter bronchotomiam adminiſtravit.

Brun (an Jos. Brun?) adverſus Pouteau, ad cujus dubia reſpondet, & tumorem, quem ipſe deſcripſerit, confirmat veſicæ fuiſſe herniam.

Pamard, chirurgus, anaſarcam curavit exciſo calculo qui cauſa erat mali.

Idem in T. XXVI. de calculo aſperrimo feliciter extracto.

Idem

Idem in *diario eruditorum* editionis Belgicæ M. Novembris, cancer occultus mammæ adhærens cum radicibus, & venis nigris, coſtaque carioſa, ſuperatus longo uſu extracti cicutæ.

Idem in *Mercure de France* Jul. *reflexions ſur l'abus des bandages élaſtiques.*

In diario *verhandelingen heruytgegeeven door de Holl. Maatſchappy* T. VIII. P. I. HAARLEM 1765. 8.

FRANCISCUS WYNNANDTS retulit de muſculo vaſto dextro, ſubita flexione genuum abrupto.

A. VAN DEKEN ibid. P. II. de ſanata gravi fractura cranii, in qua fragmenta oſſea ſibi ſuppoſita & in cerebro impacta erant.

W. NOLKEN, qui inſtrumentum pro tabaci fumo adigendo inflavit.

JACOB BOTH, HENRICI filius, calculi grandes ex veſica delapſi, & feliciter per ulcus egeſti. Fungus corrupti cerebri reſectus.

In diario Veneto *Giornale di Medicina* T. III.

GAETANO FORNASA de fuſo in anum dato, de nate eminente & extracto. De curatione hydrophobiæ per acetum.

DORILAI (CALDANI) de ignorato aneuryſmate mortis cauſa.

J. CASPAR CESTARI de urethra cœca.

A. MATANI etiam de urethra cœca. Volvulus & mors, cum induratæ glandulæ rectum inteſtinum compreſſiſſent.

AGARTO CRITAONE (an AGATO CRITANO?) de hydrophobia.

J. BAPT. COLOMBANI de mammæ mole enormiter aucta.

ANTONIUS MATANI de utero in partu rupto.

RICHARD BROWNE CHESTON, chirurgus. Ejus *pathological enquiries and obſervations from the diſſection of morbid bodies.* GLOCESTER 1766. 4. In univerſum traduntur cadaverum inciſiones. De abſceſſibus hepatis. De tumoribus genuum cum oſſium carie conjunctis fuſe, qui ab exterioribus incipiunt, cum ſpina ventoſa ab internis procedat. De ulceribus lumborum. HALLER.

CHARLES BISSET, chirurgus, qui AMERICAM adierat. Ejus *medical eſſays and obſervations.* LOND. 1766. 8. Multa chirurgici argumenti. Utique corticem Peruvianum gangrænam morari. In ANTILLIS inſulis poſt omnia fere vulnera tetanum ſupervenire. De ligata carotide, præſidio adverſus ophthalmiam. De veſicæ inflammatione; de longa ſtranguria, in quibus malis uva urſi conferat, quod ſenſum veſicæ minuat. Paracenteſi ſanatum ulcus pulmonis. In calculo ſecando nullum eſſe lædendi inteſtini periculum. In fœminis urethram rectius digito dilatari quam incidi. In paronychia carioſum

os

os melius excidi. Suturam præfert, quæ fit filo circa aciculas intorto. Lycopodion tamen melius, quam agaricum ſanguinem compeſcere. HALLER.

RICHARD DE HAUTESIERK, primarius medicus caſtrenſis. Ejus eſt *recueil d'obſervations de Medecine des Hopitaux militaires.* PARIS 1766. 4. Cum, juſſu Principis, medici noſodochiorum militarium, ſuorum morborum epidemicorum hiſtorias & ſingulares etiam adnotationes ſubmiſiſſent, hic liber natus eſt. Pleraque quidem clinici ſunt argumenti. FOURNIER de carbunculis in PROVINCIA hominibus & animalibus moleſtis, de quibus & libellum ſcripſit. Vulnus epigaſtrii inſigne curatum. A mala victus ratione poſt curationes calculi, & ani fiſtulæ, mors. Multa de vulneribus, de ſecto calculo, de abſurdis deglutitis. BERTHONIE de gangræna epidemica in ventriculo avium cortinarum. In cerebro & cerebello poſt cephalæas abſceſſus. BONIOL de ulcere tibiarum *les malingres*, ſcorbuto adfini. Alii caſus chirurgici. LURDE de morte a paracenteſi thoracis cum meliora ſperarentur.

In T. II. Ibid. 1772. edito, plurima ſunt chirurgica. GRAVIER ab ulcere abdominis icterum, cœcitatem, & crurum paralyſin vidit ſublatam. Vulnera capitis non perpetuo hepatis abſceſſus accerſere. PIERS ejusmodi hepatis abſceſſum feliciter aperuit. Criticus abſceſſus ejusdem viſceris apertus, ſanatus. Exempla gangrænæ per corticem Peruvianum ſublatæ. PETITUS, chirurgus Heſdinenſis, vulnus cranii ſanavit, cum ſanguis per aures manaſſet. Terebrato cranio hominem ſervavit, cui ſanguis ſuper duram meningem effuſus erat, quam fragmenta oſſea compungebant, nullo dolore excitato, aut ſymptomate. MOISSIER ampliſſimum a bove cornipeta inflictum abdominis vulnus ſanavit. PEYSSON de hernia incarcerata cum ſingultu & vomitu a natura ſanata. LONGIS de veſicæ hernia. Le RICHE leni alvi purgatione herniam incarceratam reconciliavit. DENIS & BRIDAULT daucum cancris bono eventu impoſuerunt. Le RICHE digitos connatos infantis diviſit. BOUILLARD vulnus articuli cubiti ſanavit, fragmentum inter utrumque brachii os impactum exemit. Suppuratum oculum feliciter perforavit. Hydatidem de humero ſponte vidit delabi. Lien in hernia umbilicali. HALLER.

ROBERT, medicus Pariſinus. In ejus *tr. des principaux objets de Medecine* PARIS 1766. 12. 2. vol. pluſcula capita ad Chirurgiam ſpectant. In T. I. de partu, de canis rabidi morſu, & viperæ. In T. II. de cancro, de uſu veſicatoriorum & cucurbitularum in doloribus colicis. Theoria le Catiana. HALLER.

J. FRIDER. CLOSS *ſpecimen obſervationum criticarum ad* CORNELIUM CELSUM. UTRECHT 1768. 4. Voces CELSI dubias ſæpe ex analogia ipſoque CELSO ingenioſe reſtituit. HALLER. V. *medic. chir.*

CHRISTOPH DAVID MANN *vier ſeltene und wichtige chirurgiſche Zufälle.* LINDAU 1766. 4. Gangrænæ exempla: ejus a vulnere arteriæ metus

tus apta deligatione diſpulſus. Hernia incarcerata cum gangræna, & pes eliſus, quem olim amputaſſent, felici utraque eventu.

August Gottlieb Richter anno 1771. incepit edere *chirurgiſche Bibliotheck.* Göttingen u. Gotha. 8. Cujus nunc jam plures exſtant partes, in quibus nuperos libros chirurgicos, qui ſcilicet ab anno 1768. prodiere, recenſet, ubique ſua de iis interponens judicia. Quanto labore, quanta induſtria, quantaque Reipublicæ cum utilitate celeberrimus & expertiſſimus iſte Vir hoc opus perficiat, ſatis dici nequit. Quidquid enim boni aut mali, quidquid proprii aut alieni in variarum linguarum operibus continetur; id ipſum eleganter, ſincere, commodeque Germanis chirurgis indicat. Ideo a cel. Tode merito laudatur (a). Ab hoc cel. Viro recentiſſimos Auctores mutuavi. Utinam vero antiquioribus temporibus tales quoque Viri exſtitiſſent, qui bibliothecas methodo Richterianæ ſimili elaboratas nobis reliquiſſent; unde veterum chirurgorum res aut bene aut male pertractatas eo facilius depromere, accuratiusque hic referre potuiſſem: non enim dubito, quin hæc mea collectio prolixior quidem, at longe perfectior, longeque utilior evaſiſſet.

In *Journal de Medecine* T. XXIV.

J. Caspar Sulzer, Archiater Gothanus, epithema ex raſis dauci oleracei radicibus adverſus cancrum mammarum laudat.

Mesny de curatione ſcrophularum exciſis glandulis, adhibitis medicamentis rodentibus validiſſimis, ipſo etiam hydrargyro ſublimato.

Simon, non Profeſſor ille Pariſinus, ut videtur, ſed chirurgus in Burgundia oppidanus, vulnus ſclopetarium ſanavit, quod aſperam arteriam violaverat.

Planchon, chirurgus, vulnus capitis calvaria fracta & depreſſa, eventus felix.

Des Hayes, chirurgus, ſcirrhus glandulæ maxillæ ſuppuratus, pus per ductum Whartoni egeſtum, ægrotus denique reſtitutus.

Trudaine de Montigny, Vir ill. de morſu viperæ uſu alcali volatilis curato.

Regnault in vulneribus, in quibus de cute carne aliquid amiſſum eſt, diſuadet linteo carpto uti. In vulnere ſclopetario absque ullo malo nudat tendines.

Renauld, (an Idem?) in T. XXVI. utique oſſium longorum dari fracturas non totum os dividentes.

Pelisson in T. XXIV. in fulguratis diuturnæ cruſtæ, & vehemens ignis ſenſus.

Le Moine, medicus oppidi Brest, in T. XXV. tumores & ulcera mammæ ceſſarunt, cataplaſmate impoſito ex cicuta & lapathi radice miſto.

De

(a) In *mediciniſch - chirurgiſche Bibliothek* 2. *Band* 3. *Stück*. p. 75.

De Lunel, obſtetrix, placenta bis ex cellula uteri extracta ſola manu.

Le Franc, chirurgus, de urethræ morbis. Cereis parciorem utilitatem tribuit.

Mareschal de Rougeres, chirurgus, vulnus capitis, os frontis fractum, depreſſum, a natura ſanatum, decedentibus particulis oſſeis absque trepani uſu.

Idem in T. XXVII. amputato digito tamen unguem renatum. Caput ſuſpenſi a trunco ſeparatum.

T. XXX. contra ſuturas. Iis ſe in vulneribus & in tendinum diviſione utiliter abſtinuiſſe.

T. XXXVII. uterus integre prolapſus, fœtus ex eo feliciter extractus.

T. XL. diſſ. de ſcrophulis. Non omnes ſanari poſſe. Laudat uſum olei tartari, etiam in carie. Laudat etiam emplaſtrum de cicuta.

Letual, chirurgus in T. XXV. acicula in ventriculo hærens reddita vomitu excitato, poſtquam braſſicæ foliis id inimicum corpus obvolutum fuerat.

Tondu, chirurgus, emphyſema ex lapſu inciſione ſanatum.

Gauthier, chirurgus, hæmorrhagia uterina frigida ſuppreſſa.

Idem in T. XXVII. femur absque machinis repoſitum.

Le Clerc, chirurgus, in T. XXV. de utero in partu rupto.

Scherer, chirurgus, aliqua monet de Martini in curando ulcere veſicæ conſiliis, & proprias addit adnotationes, ſimilium caſuum fere funeſtorum. Tubulum in urethra relinqui debere, quoties veſicæ vis contractilis amiſſa eſt.

Idem in T. XXVII. abſceſſus mammæ ex inflammatione non integræ ſanatus.

T. XXVIII. laudat aquæ vegeto-mineralis in lichenibus utilitatem.

Joly, chirurgus, T. XXV. de ſarcomate uteri ſcirrhoſo feliciter extracto.

Dupont du Mesnil de uſu medicamentorum repercutientium, in teſtis ſcirrhis periculoſo.

Idem in T. XXII. abſceſſus renis ab ipſa natura ſanatus.

T. XXVIII. in dentitione bono eventu gingivas cultro diviſit.

In *Journal des ſavans* 1766. *M. Jul.* placentæ in crypta uteri latentis extractiones. Haller.

Hiſtoire de la ſocieté R. des ſciences de Montpellier T. I. ad a. 1730. prodiit Lion 1766. 4. Multa chirurgica continet, ſuo loco jam citata.

In

In *k. ſv. Handl.* 1766. varia ad Chirurgiam faciunt, ſuis locis jam dicta.

Christoph Gottlieb Büttner *geſammlete anatomiſche Wahrnehmungen.* Königsb. 1769. 4. Ad Chirurgiam pluſcula pertinent. Uterus prædurus. Oſſa varia fracta, cute integra. De gibbo: non ortum eſſe ex levi percuſſione. Mors ſubita ex rupta tuba uteri, in qua embryo ſedebat.

Ejus *ſechs ſeltene anatomiſch-chirurgiſche Wahrnehmungen.* Ibid. 1774. 4. Exoſtoſis maxillæ inferioris ex lapſu nata, amputata, cujus pondus erat unciarum quinque, drachmarum quinque. 2. Felix calculi ſectio, a chirurgo Gervais adminiſtrata, fere ad Cheseldenii modum, ut proſtatam & collum veſicæ ſinderet. 3. Lien a lapſu diſſiliit, & in alio exemplo ab externa violentia pulmo. 4. Caries maxillæ inferioris feliciter ſuperata. 5. Ex abſceſſu ſub umbilico calculi biliarii. V. *chir. forenſ.*

Josephus Jacob Plenck. Ejus *Sammlung von Beobachtungen über einige Gegenſtände der Wundarzneykunſt.* I. Theil. Wien 1769. 8. In I. *Abhandlung* agit de iis, quæ tyroni Chirurgiæ præſcitu ſunt neceſſaria, deque modo, quo is inſtrui debeat in hac arte: ſed minime nova eſt, quam tradit, ſtudendi docendique methodus. Ita Richter. In II. *Abh.* de fulminis effectu in corpus humanum: variorum auctorum obſervationes adducit. In III. *Abh.* de tormentorum globis corpus humanum non quidem ferientibus, attamen lædentibus dum proxime tranſeunt. Suis nempe obſervationibus, & aliorum contra Franciscum Guil. le Wacher oſtendere ſatagit, aërem, a globo tormentario compreſſum, hominem lædere, oſſa frangere, & occidere poſſe: glandes etiam plumbeas amburere, hasque in aëre in fuſionem abiiſſe. Pergit porro ipſum Wacherum invitans, ut haſce ſuas & aliorum obſervationes refutet. Verum Cel. Richter (a) Vacheri loco reſpondet, ejusque ſententiam contra Plenckium tuetur. In IV. *Abh.* de uſu opii in morbis chirurgicis, quem in plerisque vel noxium vel inutilem eſſe probat. In V. *Abh.* de vulnere diaphragmatis. Caſus eſt ſingularis, in quo etſi deprædicata illa ſymptomata, uti delirium, tuſſis, ſingultus, ſternutatio, riſus ſardonius nunquam obſervabantur; æger tamen ſexto die periit. Sectio cadaveris. In VI. *Abh.* de corticis Peruviani uſu chirurgico. Caſus enarrat, in quibus efficax fuit cortex Peruv. Particulas porro ferreas hoc in cortice reperiri, quæ a magnete attrahantur, aſſerit: quod experimentum utpote novum & ipſe Richter repetiit, nullamque de cortice particulam a magnete attrahi vidit.

Pars II. prodiit ibid. 1770. 8., quæ varias & memoratu dignas continet obſervationes; quarum tamen pleræque, & notabiliores ipſi Profeſſori de Leber debentur. De aneuryſmate vero & ſpurio: prælum ad id malum ejusdem Leberi. De methodo ſanguinem ex cavitate pectoris educendi, deque

(a) *In chirurgiſcher Bibl. I. Band. I. Stuck* p. 113.

deque apto ſiphone. De vulnere arteriæ intercoſtalis, ea ligata feliciter ſanato. De novo Brambillæ inſtrumento ad fiſtulam ani. De variis mercurium exhibendi modis in lue venerea. Sed quæ de hoc morbo, & de mercurii uſu adfert auctor, haud probat Richter. De tetano ex vulneribus. De uſu & abuſu ſpiritus vini.

Opus hoc recuſum eſt ibid. 1774. 8. cum iconibus ita de Lucca (b). Et emendatum auctumque ibid. 1775. 8. In ultima hac editione cortex opiumque ab Auctore omiſſa ſunt, reliqua emendata, quorum emendandorum anſam præbuere critici prioris editionis. Nova etiam, quæ in prioribus editionibus non continentur, adjecta ſunt ſequentia: I. de morſu ſerpentum in locis Auſtriacis occurrentium: ſerpentum ſpecies ſex dari in Austria: nullam harum noxiam lethalemque. II. obſervatio de fractura tibiæ: ſequebatur febris, vomitus, deliria, convulſiones, extracto latente oſſeo fragmento, ſublatæ, atque compreſſa incipiente gangræna, ſecutaque oſſium exfoliatione æger feliciter convaluit, pes tamen altero brevior manſit. III. de ſingulari capitis vulnere: infans 7. hebdomadas natus, ſcalpello ſcriptorio a matre, ut ipſa deinde faſſa eſt, in loco, qui *fontanella* dicitur, pungebatur, nullo per 16. dies ſequente ſymptomate, tandem repente convulſus poſt aliquot horas periit. Ejus cadaveris ſectio. IV. puellæ ex lapſu alliſaque colli parte anteriori ad ligneum marginem ſituli aquarii, poſt nonnullas convulſiones ſine ullo vocis ſigno ſubita mors; anatome deinde docuit ſuffocatam fuiſſe ob læſa in capite aſperæ arteriæ reſpirationis organa. Ita Richter.

Ejus *Lehrſätze der practiſchen Wundarzneywiſſenſchaft.* I. *Theil.* Ibid. 1774. 8. Laudatur a cel. Tode.

Ejus *primæ lineæ Anatomes in uſum prælectionum.* Wien 1775. 8. auct. ibid. 1777. 8.

Ejus *inſtitutionum chirurgicarum.* P. I. Ibid. 1776.

Ejus *Wiſſenſchaft für angehende Wundärzte.* 3. T. Ibid. 1777. 8. *Compendium inſtitutionum chirurgicum pro tyronibus chirurgiæ III. Part.* Ibid. 1777. 8. Ita de Lucca (c). V. *medic. chir.*

Christian Tob. Ephraim Reinhart *bibliſche Krankheiten.* Glogau 1767. 8. In T. I. de vulneribus Jeremiæ. T. II. de oculario morbo Tobiæ agit. Haller.

Le Clerc *hiſtoire naturelle de l'homme conſideré dans l'état de maladie.* Paris 1767. 8. De auxiliis quibus natura ſibi ipſi ſubvenit. De cancro per ulcus tibiæ ſpontaneum ſanato; de feliciſſima curatione ancyloſeos purgantium medicamentorum ope, & vaporis ſpiritus vini, tum unguentis oleoſis & ſalivatione per hydrargyrum mota. Haller.

Medi-

(b) *Im gelehrten Oeſterreich* &c.
(c) *Im gelehrten Oeſterreich* &c.

Medical obſervations and inquiries by a ſociety of phyſicians in LONDON 1767. 8. Hujus perutilis collectionis magna pars chirurgici eſt argumenti, in qua

WILHELM. LEAKE, chirurgus, retulit de emphyſemate univerſi corporis ex coſtæ fractura: tum alii ſimiles caſus, & de emphyſematibus ex interna cauſa.

THOMAS WHITE, medicus, de uteri & veſicæ prolapſu. Nempe calculus veſicæ & prolapſus ejus receptaculi cauſa fuit, & uteri elapſi, & viſcerum abdominis ex ſede ſua dimotorum.

BAYFORD de duobus in magna arteria aneuryſmatibus cum coſtarum carie.

CHARLES KELLY, medicus, de fœtu extra uterum reperto. Placenta inſignis molis peritonæo erat adfixa, ad dextram abdominis ſedem, & tamen fœtus in ipſo enixu vixerat.

THOMPSON, chirurgus, de aneuryſmate prope claviculam denique eventu lethali rupto.

SYMOND, chirurgus, inteſtinum cœcum & appendicula ob gangrænam reſecta.

LUDLOW de ſacco ſub larynge, in quo deglutita retinebantur.

JAC. BURCHALL, (an BURCHILL?) chirurgus, de aneuryſmate in arteria femorali curato, & uſu artus conſervato, vinculo injecto.

GEORG. CLEGHORNE de varice pulſante, in quem videtur arteria ſe aperuiſſe. De penna deglutita, reticulo quodam extracta, quod duorum bacillorum balænariorum ope introductum fuerat.

HAYES tumor de orbita pullulans, & oculum ex ea expellens. Carotis & infundibulum connata.

VAUGHAN, medicus, de abſceſſu in funiculo ſpermatico absque vitio teſtis.

ROBERT. KNOX, (an KNOP?) medicus, de paralyſi ex lapſu. Medulla ſpinalis integra erat, duo vero tumores, induratis glandulis ſimiles, medullæ adſidebant.

JOSEPH. ELSE, chirurgus ordinarius Noſocomii S. THOMÆ, ruptas venas nonnunquam pro aneuryſmate imponere. Aorta bis rupta.

Idem in *Med. exper.* T. IV. de curandis ulceribus crurum lamina plumbea & faſciatione.

In *Medical. obſervat. and inqu.* &c. T. I.

MATY de paralyſi ex lapſu. Nervi aliqui duriores, principium ſpinalis medullæ amplius, tota medulla durior.

RICHARD HUCK, medicus, ibid. de ſpaſmo cynico, poſt prælium ad TICONDEROGO frequenti & funeſto in quo moſchi uſus cum opio conjunctus ſaluti fuit.

William Hay de fœtu extra uterum poſito, cum placenta in utero eſſet.

William Hewson, celebris inciſor, qui obiit Londini 1774. 1. Maji de aëre in pectus effuſo, & pulmonem comprimente, quem oporteat facta paracenteſi emittere. De emphyſematibus & pulmonis vulneribus.

Alexander Russel, chirurgus, de univerſi corporis flatulento tumore. De vera radicis mezerei efficacia in exoſtoſi venerea.

Joh. Fothergill, magnus clinicus, de cicutæ uſu: cancrum inde mitigatum; in ſcrophulis plus oſtendiſſe efficaciæ, inque ophthalmia, induratione adipis circa calvariam, vomica &c. Videri ad modum narcotici pharmaci agere.

In *præfatione* de nuntiis ſatis exoptatis refertur: qui ex Lusitania de efficacia cicutæ miſſi ſint. Uvam urſi nihil boni facere.

In T. IV. *med. enquir.* Paracenteſin abdominis non debere differri. In anaſarca cutem utiliter transverſim ſcarificari. Haller.

In *Nov. Act. Nat. Cur. Vol.* III. qui a. 1767. prodiit,

Cornelius Peereboom *obſ.* 3. retulit de nephritide calculoſa. *Obſ.* 4. convulſiones in partu ex nimis ſenſili puerperæ temperie natæ. T.V. *Obſ.* 5. lignum ex veſica urinaria expulſum.

J. Frid. Krügelstein in *Vol.* III. *obſ.* 9. de hæmorrhagia parientis funeſta. Placenta circa uteri oſtium adnata, & ejus pars ſoluta.

David Franc. Hetzel *obſ.* 12. de glandula parotide ſcirrhoſa exſtirpata. *Obſ.* 14. de horrenda corroſione capitis a cancro.

J. Frid. Car. Grimm, cl. medicus, & botanicus, *obſ.* 16. de morſu aſpidis: inde natus magnus in pede tumor, ſcarificando ſuperatus. *Obſ.* 17. emphyſema maximum ab ulcere pulmonis natum. *Obſ.* 18. hydrops cum abſceſſu peritonæi.

Wilhelm Lud. Willi *obſ.* 44. tumor ſanguineus occipitalis. *Vol.* IV. *obſ.* 47. ſphacelus tibiæ a cauſa interna curatus. Aliud exemplum a fractura. *Vol.* V. *obſ.* 45. vigeſies ſexies intra annum repetita paracenteſis.

J. Georg. Kilmar *Vol.* III. *obſ.* 64. ex glutæorum muſculorum abſceſſu producta ſpica ſecalis. *Obſ.* 65. cranii lamina carioſa poſt plures annos ſponte decedens, bono eventu. *Obſ.* 84. ſtruma ſuppurata, rupta, ſanata. *Obſ.* 85. concrementum veſicæ calculoſum a calce arenaria deglutita, ut putat. *Obſ.* 86. lien a lapſu ruptus.

Petrus de Westen *obſ.* 77. de gravidarum œdemate. *Obſ.* 78. partus difficilis pueri monſtroſi.

Philip. Bernhard Petman *obſ.* 95. a ſcrophula interna rupta ſuffocatio.

In

In *Actis Helvet. Vol.* VI. Anonymi dubia de perceptione undulationis liquidi in civitate moti: non videri eam in pleno vaſe percipi poſſe.

Fr. Thaddæus Berger ibid. de magno ſteatomate in meſenterio hydropici. De fungo cerebri per fractæ calvariæ oſtia funeſto eventu pullulante.

Ludov. Buxtorf partus aliqui difficiles, inter eos viva puella unco obtuſo extracta. Hydrophobia funeſta. Sic convulſiones hyſtericæ ante & poſt partum ingruentes. Haller.

In *Journal de Medecine* T. XXVI.

Telmont de S. Joseph, chirurgus, retulit de ſarcomate inguinis enormi, muſculis adhærente, & eventu funeſto reſecto.

Dupouy, chirurgus, queritur, quod ſuam in reponendo femore facillimam adminiſtrationem non ſibi primario tribuerint compilatores dictionarii chirurgici.

Idem in T. XXVIII. lora tamen in extendendis artubus luxatis absque malo injici.

T. XXXIV. auctor in chirurgum Beaupreau invehitur, & diſputat de ulceribus ſinuum pituitariorum, occaſiane ægroti, quem conjunctis conſiliis uterque curavit.

Idem ſecundo de eadem lite.

Ruby, chirurgus, in T. XXVI. ex contuſione abſceſſus in ore inſignis, absque inciſione tamen ſanatus; cum apta preſſione pus vetuiſſet in os effluere.

Grignon, medicus, de ophthalmia ex vini abuſu in infante nata.

Le Mercier, chirurgus, de calculo quinque unciarum ex fœmina exciſo, & cum adhæreret avulſo, fauſto tamen eventu.

F. Johannis lithotomo uſus eſt.

Idem in T. XLI. agit de carie maxillæ inferioris aliquoties feliciter curata.

Saucerotte, chirurgus, in T. XXVI. de placenta in cellula uteri hærente & educta.

Idem in T. XXVII. cum manu nihil poſſet profici, forcipe fœtus expeditus.

Piet, chirurgus & obſtetrix, in T. XXVI. pro forcipe, quem auctores ejusdem, quod dixi, dictionarii ajebant a Peano, celebri in arte obſtetricia viro, improbari. Eſſe caſus incuneati capitis, qui non poſſint niſi forcipis ope expediri.

Idem in *Journal de Med.* T. XXXVI. XXXVII. defendit ſuam forcipis obſtetriciæ emendationem, qua evitetur, ne quidquam laceretur, & naturæ lenta fœtus progreſſio relinquatur.

Anony-

Anonymus in T. XXVI. adverſus cancrum arcanum GAMETI laudat.

LAFFEY, chirurgus, de vulnere abdominis & inteſtini ſanato. Sutura pellionis uſus eſt.

COSTE, medicus, fabam a ruſtico abſurde in urethram intruſam excidit, & urinæ liberum iter reſtituit.

Idem in T. XXIX. de cicutæ uſu: ſpei eam herbam non reſpondere.

T. XXXIII. morſus viperæ alcali volatili curatus.

PICAMILH, medicus, in T. XXVI. de materia, quæ exſcreabatur, poſtea per vulnus a veſicatorio factum egeſta. De itinere humorum per celluloſam telam. Pleuritis per femur judicata. Nigritæ in angina brachia fricant, donec valde tumeant, ita curant.

De SARRADAS, parochus, de nephritide infuſis ſeminibus dauci ſylveſtris ſanata.

BASEILHAC, chirurgus, laudat ſectionem calculi hypogaſtricam, propriis cum inſtrumentis. Acum triquetram ſupra marginem oſſis pubis demergit, & contra cervicem veſicæ convertit, deinde lineam albam ferramento in ea acu occultato aperit: denique ſcalpello in lentis modum terminato, cujus acies verſus umbilicum reſpicit, lineam albam magis dilatat. Veſicam lanceola in cavo ſpecillo occultata aperit, & per ſulcum ejus ſpecilli veſicam ad collum usque dividit.

LUDOVICUS DE ROOSE (vel ROOZE) de polypo deſtructo.

BOURDIER, medicus, in civitate PONDICHERY, de ſanato vulnere abdominis ab Indo medico, lamina plumbea inter cutem & muſculos data, & ea in ſede relicta, deinde ſutura injecta.

QUEQUET, chirurgus, in T. XXVII. dubia quædam adfert contra amputationem uteri gangrænoſi ſuperſtite ægra adminiſtratam. Tumorem fuiſſe in vagina natum.

VALLANDRÉ, chirurgus, de corticis CINCHONÆ, ſive Peruviani in gangræna efficacia. *Vol.* XXXII. vulnus perinæi, urethra abſciſſa tamen ſanata.

BROCHET, medicus, in T. XXVII. de liene rupto, & fruſtranea paracenteſi.

MARTINET, medicus, de inteſtini abſceſſu egeſto pure ſanato.

ROZIERE DE LA CHASSAGNE, medicus, de effectu felici cicutæ, quæ tumorem diſcuſſit. De abſceſſu cerebri ab ictu lapidis funeſto.

In T. XXVIII. aliqua in hanc adnotationem monita ROCHARDI.

DE LA CONDAMINE, medicus, in T. XXVII. de felici effectu magnetis in odontalgia.

Au-

AUBRAI, junior, chirurgus, pro machinis, earumque in artuum luxatione neceſſitate contra FABRE & DUPOUY.

Idem in T. XXVIII. iterum pro laqueorum innocentia.

T. XXX. de ano imperforato. Inciſionem non probat.

T. XXXVI. tarſus conquaſſatus, ut talum eximere neceſſe fuerit, gangræna coërcita, curatio felix.

HERLIN, chirurgus, in T. XXVII. in vivis animalibus veſiculam fellis excidit.

PAGE' herniam gangrænoſam incidit, inteſtinum ruptum vulnusque ſanavit.

Idem in T. XXXII. vulnus ſclopetarium capitis, globus in calvaria impactus, demum exemtus, æger ſervatus.

PENANT, chirurgus, in T. XXVII. vulnus penis cum vehementi hæmorrhagia, denique ſanatum. HALLER.

In diarii Veneti ORTESCHIANI T. V.

BENEDICTUS MAJA Palfyniana forcipe feliciter partum expedivit, duobus in exemplis.

J. BAPT. FALETHI hydrophobiam ex malo hyſterico natam vidit.

J. B. VALTOLINI forcipem, cujus crura uniri poſſunt & ſeparari, ad fiſtulam ani curandam excogitavit.

JOSEPH. RAMAZZINI de tumore cancroſo veſicæ cum ulceribus. HALLER.

LANSEL DE MAGNY *principes de Medecine & de Chirurgie extrait des ouvrages d'*HIPPOCRATE *& de* BOERHAAVE. PARIS 1768. 12.

HERMAN BOERHAAVE *aphoriſmes de Chirurgie commentés par v.* SWIETEN *traduits avec des notes par* M. LOUIS. PARIS 1768. 12. 7. vol.

L'Albert moderne ou nouveaux ſecrets éprouvés & licites. PARIS 1768. 12. Etiam chirurgica continet. HALLER.

JEAN RIST, chirurgus. Ejus *abrégé methodique des principes d'Anatomie & de Chirurgie.* STRASBOURG 1768. fol.

GOUANCIER DES LANDES *éloge de la Chirurgie avec différens memoires & obſervations de Chirurgie.* PARIS 1768. 8.

ANTONII FRANC. SETTEGAST *inſtitutiones medicæ ad motuum leges.* FRANKF. 1768. 8. 2. vol. Paſſim aliqua chirurgica intercedunt. Cicutæ uſum probat. Ad gangrænam lini oleum & mollientia. HALLER.

M. H. *Sammlung von verſchiedenen raren ſympathetiſchen und anderen Curen.* ALTONA 1768. 8.

Hiſtoire & Memoires de la ſociété formée à AMSTERDAM *en faveur des noyés.* AMSTERDAM 1768. 8. Et eodem anno Belgice 8. Tum T. II.

II. 1769. 8. & T. III. 1770. 8. Sic porro. Clyſteres tabacarios videri efficaciſſimam opem præſtare. HALLER.

J. JOACHIM SCHÖNBERG, *decas obſervationum phyſico-medicarum* præſide R. A. VOGEL. GÖTTING. 1768. 4. A lapſu contritum os humeri, & cum eo articulata ſcapula, feliciter ſanata, & ab ea violentia ſuppreſſa epilepſia, qua puella dudum laboraverat. Hernia ſanata cum inteſtinum ſponte apertum lumbricum dimiſiſſet. Sic alia hernia, in qua imperitus chirurgus inteſtinum inciderat. Alia quædam. HALLER.

EDUARDUS SANDYFORT, Profeſſor Leidenſis, Vir Cl. Tomum I. ROTERDAM 1768. 4. & T. II. ibid. 1769. 4. edidit *theſauri diſſert. programmatum aliorumque opuſculorum ſelectiſſimorum, ad omnem Medicinæ ambitum pertinentium*, quo pluſcula etiam continentur chirurgici argumenti, quæ ſuis locis jam dicta ſunt. HALLER.

In *Medical Tranſactions publiſhed by the college of phyſicians in* LONDON 1768. 8. Prius opus a licentiatis, hoc a ſodalibus editur. HALLER.

THOMAS LANE retulit de lixivii ſaponarii viribus ad diſſolvendum calculum efficacibus. Lixivium neceſſario cum calce miſceri debere, ſive ea ex lapidibus, ſive ex teſtis uſta fuerit.

NIC. MUNKLEY, de gula arctata, hydrargyro reſerata. Ejus eſt in *Vol.* II. hydrophobia funeſta absque rabie.

In *Memoires de l'Acad. Roy. de Chirurgie* Tomo IV. qui PARIS. 1768. 4. prodiit, primum reperitur elogium hiſtoricum chirurgorum Pariſinorum. Originem ſuam ducunt a chirurgis togatis ſeculi XVI. (inter quos tamen non erat is, de quo gloriantur, PARÆUS). Gratum adgnoſcit collegium chirurgicum. FRANCISCI GIGOT maxima merita, qui & cathedras regias & conſtitutionem Academicam a Rege obtinuerit. Agitur deinde ſatis fuſe de ſeceſſu oſſium pelvim componentium. In ROEDERERUM, qui in partu naturali ejusmodi ſeceſſum negabat locum habere. Ea oſſa ſub finem graviditatis ſenſim ſecedere. Exempla in quibus os ileum ab oſſe ſacro receſſit, exempla in puerperis. Ita HALLER.

PAQUIÉ, chirurgus, agit de inſtrumento, quo caput in utero relictum extrahit. Vectis eſt, crure duplici, quæ crura in oſſa capitis deducta firmat, & terebræ fundamentum præſtat.

GERMANUS PICHAUT DE LA MARTINIERE, chirurgus primarius regius agit de vulneribus per machinas ignivomas inflictis. Contra BILGUERUM ejusque traductorem TISSOTUM, amputatione opus eſſe contendit, quando globus tormentarius artum abſtulit; quando ſaucius homo longo tempore auxilio chirurgico deſtitutus fuit; quando pars percuſſa eliſa eſt. Adjecit quoque regulas quasdam ad horum vulnerum curam pertinentes: gangrænam non poſſe vitari, niſi magnæ fiant inciſiones, quæ ad fundum usque vulneris pertingant.

gant. Superficiales inciſiones potius nocere; ſubjacentes enim muſculos inde inflammari, intumeſcere, a labiis vulneratæ cutis conſtringi, & brevi in gangrænam abire. Profundas porro inciſiones ad quærenda, & educenda aliena corpora neceſſarias eſſe. Vulnus linteis carptis (*charpie*) modice impleri debere, quæ pus imbibant, eique viam ad exteriora parent, atque ſimul partes vicinas a lædentibus oſſium fragmentis defendant. Si ſaburra in primis viis ſtabuletur, hanc purgante, aut emeſi eliminari. In vulnerum ſuppuratione eximium eſſe corticis Peruviani uſum; depuratis ſcilicet antea primis viis. Externe nihil melius applicari poſſe, quam muriam ſalis aceto imprægnatam (*eau marinée*) quia & ſanguinem grumoſum ſolvit, & gangrænam arcet. Si vero vulnus ſit ſiccum, tenſum, emollientia medicamenta adhiberi debere. Ita celeberr. Richter. Porro agit de terebratione ſterni, ob abſceſſum in mediaſtino, neceſſaria, & nonnunquam felici. Exemplum in quo bona pars ſterni & coſtarum conſumta erat. Ejusmodi abſceſſus a morte demum adgniti. Haller.

Ritsch refert de hernia incarcerata inteſtini ilei omnibus prius tentatis, inſtituta etiam operatione & reducto feliciter inteſtino, tamen lethali. Sectio deinde cadaveris oſtendit idem inteſtinum duobus in locis valde anguſtatum, ejusque internos parietes ad ſe invicem concretos fuiſſe. Hac occaſione monet chirurgos, ne inteſtinum illico reponant, ſed an tales coarctationes & concretiones habeat, ſedulo indagent, hasque inventas, ſi fieri poteſt, ſolvant, vel ipſum inteſtinum aperiant, quod tamen magno periculo non caret, quando id arctatum eſt. Si totum inteſtinum apertum eſt, oportet ex itinere juſculi divinare, quæ ejus portio ad ventriculum pertineat. Tum chartam luſoriam terebinthina oblitam, (ne tam cito humeſcat, & collabatur) & in cylindrum convolutam, in finem ſuperiorem inteſtini dari, unico acus puncto conſui, & firmari, filique extrema de vulnere pendere. Ita caveri ne inteſtinum anguſtetur. (Verum celeberrimo Hallero non videtur bene corpus peregrinum in vivum inteſtinum dari).

Pipelet, ſenior, de curatione inteſtini incarcerati, & ſiderati. Exemplum in quo inteſtinum duplicatum per pontem quaſi ſuper angulum flexionis conjectum conferbuit. Lautius debere ægros paſci, quo inteſtinum dilatetur.

Pipelet, junior, de herniis veſicæ. Exemplum ubi ea in fœmina gravida inter vulvam & rectum inteſtinum delapſa eſt. Exempla herniarum ventriculi, absque cauſa externa natarum.

Buttet de coſtarum luxatione, ſeceſſu nempe partis oſſeæ a cartilaginea, quas, dum coſtæ moventur, nonnihil audias crepitare.

Goursaud de cauſis, quæ inteſtinum ſtrangulant; de inflammatione, qua ſublata malum evanuerit; de caſibus, in quibus ferri fuit neceſſitas, & ubi ne id quidem auxilium ægrotos potuit ſervare; de reductionis modo;

de uſu adſtringentium medicamentorum, & glaciei feliciter adhibitæ; de purgatione, periculoſa, ſi cum obſtructione inflammatio conjuncta fuerit; de aliis caſibus, in quibus profuit; de fumo tabaci, cujus in inteſtina impulſionem HELIE commoda machina adjuverit. De ſitu mutato, etiam ut capite inſiſtat ægrotus, aliquando proficere. HALLER.

Reliquæ numeroſæ diſſertationes, quæ in hoc Tomo reperiuntur, ſuis cum auctoribus alibi recenſitæ.

In *Journal de Medecine* T. XXVIII.

RATHIER, chirurgus, retulit de digitali deglutito, & in œſophago hærente, unco extracto.

POULAIN, chirurgus, inciſiones ob abſceſſus requiſitas potius intra os faciendas, quam extus in facie.

GRIVET, chirurgus, magnum ulcus mammæ ſanavit ſolis medicamentis & potiſſimum ſolano.

DAPEYRON DE CHEYSSIOL, medicus, de ſtruma teſtis ovorum ſanata.

Idem in T. XXXII. bronchocelæ curatæ teſtis ovorum calcinatis.

DUMONCEAU, medicus, in T. XXVIII. partus molæ veſicularis poſt duos filios editæ.

Idem in T. XXIX. de polypo uterino a chirurgo KECK feliciter exciſo.

T. XXXIII. aliqua contra eundem KECKIUM.

De BEAUVE, chirurgus, in T. XXVIII. ejus ſipho idoneus, quo medicamenta & alimenta in œſophagum injiciuntur.

DUMORIER, chirurgus, in T. XXIX. de forcipe LEVRETI, qua in partu difficili feliciter uſus eſt.

GALINIER in T. XXVIII. curantem chirurgum accuſat, negatque ſe rupturam ligamenti patellæ paſſum.

DUMAS, medicus, de ulcere capitis, quo cephalæa levata ſit.

SOYEUX, chirurgus, polypum uteri ligavit, & exſtirpavit.

ROBIN, qui GALINIERUM curavit, defendit vere ligamentum patellæ ruptum fuiſſe. Et recte quidem, neque enim calcaneus ad nates potuiſſet retractus fuiſſe, ſi huic ligamento ſua fuiſſet integritas. Pro eodem reſpondet medicus nomine VETILLARD. Ita HALLER.

COULON de luxatione femoris abſque machinis repoſita: veram luxationem fuiſſe confirmat Parochus loci nomine DES FORGES.

VETILLARD ſuadet, ſanguinis aliquam portionem de umbilico infantum emittere, ſi diutius in partu hæſerit. HALLER.

In diario Veneto *Giornale di Medicina* T. VIII.

ANGELUS ZULATTI retulit de pelvi renali calculis plena.

J. B.

J. B. COLOMBANI de hernia gangrænoſa incarcerata, feliciter inciſa.

VINCENT. BORTOLINI de ulcere pectoris poſt diuturnum morbum inciſo, funeſto. Ophthalmiæ ſanatio.

J. B. SAURA cum ulcus in vagina ſanatum eſſet, & anguſta cicatrix ſupereſſet, cumque fœmina concepiſſet, cicatrix partum morans inciſa eſt, felici eventu.

NATALIS BERNATTI, (an BERNETTI?) de cancro infeliciter exciſo. Acus crinalis cum abſceſſu ex vagina prodiens.

FRANC. SCARDATI de gangrænoſa hernia lethali.

CAM. JOSEPH. BONIOLI relatio, quæ jam dicta eſt, hic recurrit.

Edictum BENEDICTI XIV. conſulto MORGAGNO datum, quo imperatur, puerperas absque partu pereuntes incidere.

J. B. ROBERTI elogium PETRI PAULI MOLINELLI.

CAMILLO BUGLIONI de hydrophobia absque canis morſu nata.

CHRISTIAN. BIANCHINI de hernia incarcerata. HALLER.

Praxis medica & chirurgica Noſocomiorum civitatis LONDINI, *cui accedit index morborum & remediorum.* LONDON 1769. 12.

Compendium of Phyſik and Surgery for the uſe of young practitioners. Ibid. 1769. 8.

F. THOMLINSON *medical miſcellanies, or a collection of tracts and commentaries.* LONDON 1769. 8. Pluſcula ſunt chirurgica. De firmiori placentæ adhæſione: non eam adeo nocere, quam humorum malam indolem. De urina ob inflammatam veſicam ſuppreſſa, in qua catheteriſmus nocuit, & venæ ſectio repetita, atque curatio antiphlogiſtica requiritur. In gravi paronychia ligamentum carpi absque ulla noxa diſſectum, nudatique tendines. Proſtatæ ſcirrhum valde metuit; exemplum in calculoſo. In tumore palpebræ cicuta profuit. De cadaveribus, in quibus circa pſoam muſculum abſceſſus fuit; de herniis complicatis & de earum inſigni periculo &c. HALLER.

Le veritable medecin, ou le moyen de conſerver la ſanté, contenant pluſieurs pratiques de Medecine, Pharmacie, Chirurgie &c. PARIS 1769. 12.

CASPAR SIEBOLD, GAUBII diſcipulus, Profeſſor Würzburgenſis, Vir cl. Ejus eſt *collectio obſervationum medico-chirurgicarum, faſciculus* I. BAMBERG 1769. 4. Ramices incarceratos varios deſcribit. Appendix ilei ſtrangulata. Sanata hernia gangrænoſa. Cancer feliciter aliquoties amputatus, cum cicutæ adverſus id malum efficacia non ſuffeciſſet. Cerebri hernia. HALLER.

J. AUG. PHILIP. GESNER *Schreiben zur Arzneygelahrtheit und Naturkunde.* NÖRDLINGEN 1769. 8. Aliqua ad Chirurgiam faciunt. Ab-

ſceſſus pectoris feliciter inciſus. De inflammatione. Cicutæ vires in nonnullis celluloſæ telæ tumoribus efficaces; tum in ſtruma & morbis cutaneis.

Ejus *Sammlung aus der Arzneygelahrtheit und Naturkunde erſter Theil.* Ibid. 1770. 8. Clinici eſt argumenti: ſed

In tertio volumine NÖRDLINGEN 1771. 8. agitur de funeſto vulnere cranii, cum feſtuca de oſſe ſquamoſo in cerebrum impacta id in abſceſſum mutaſſet, & corpora ſtriata gangræna tacta eſſent; ſex tamen diebus homo ſaucius absque ſymptomatibus vixit. In gangræna cinchona, in ſtrumis cicuta, in dolente urina uva urſi utiliter datæ. HALLER.

J. AUGUST UNZER *der Arzt, eine mediciniſche Wochenſchrift.* Pridem prodierat a. 1759. nunc vero collecta & aucta HAMBURG, LÜNEBURG und LEIPZ. 1769. 8. 6. vol. Paſſim inter clinica etiam chirurgica intercedunt, pro acuto cl. Viri ingenio grata dictione expoſita. Funeſti caſus infantum, quibus phthiſica obſtetrix ſua ſaliva umbilicum confricabat. Delapſus carioſi pedis. Auxilia adverſus odontalgiam.

Ejus *mediciniſches Handbuch.* HAMBURG u. LÜNEBURG 1770. 8. Quoddam quaſi prioris operis compendium. Auxilia potiſſimum ad caſus ſubitos, ad vulnera, lapſus, morſus &c. HALLER.

Der kürzeſte Weg zur Arzneykunſt. LEIPZIG 1769. 8. Nullius momenti. HALLER.

ERN. SAMUEL UHSE diſp. *de Chirurgiæ, Medicinæ & Philoſophiæ ſuperſtructæ præſtantia.* LIPS. 1769. 4.

In *Journ. de Medec.* T. XXX.

BALLAY, chirurgus, retulit de fœmina fulgurata: ſanguis ſub dura cerebri membrana effuſus erat.

SAULQUIN, chirurgus, de vi benefica hydrargyri ad morſum canis rabidi.

JOUBERT DE LA MOTHE de infelici puerperio, ob hæmorrhagiam ex placenta ſoluta.

DURAND, medicus, de hernia umbilicali, quæ ex colicis doloribus orta, gangrænoſa facta eſt.

D'OEILLEY, chirurgus, vulnus ſclopetarium in abdomen penetrans cum omenti exitu, & inteſtini læſione, facile ſanatum.

Idem in T. XXXV. vulnus ſclopetarium renis ſtricta diæta ſanatum.

GUERIN, medicus, in T. XXXI. calculus pene unciæ pondere ſponte de urethra fœminæ decedens.

Le BEL, chirurgus, ibid. tibia perioſteo nudata, tendo per medium ſectus, inde magna ſymptomata.

LEYMAR DE LA COMBE, chirurgus, non fuiſſe, quæ putabatur, femoris luxationem.

KECK,

Keck, chirurgus, duplicem tubulum deſcribit, qui anſam polypo uterino circumjicit, ut eum adſtringat, & exſtirpet.

Mich. Arnaud, chirurgus, alius a prioribus ejus nominis. Ex variolis abſceſſus ad os ſacrum ſubnatus, cum gangræna acceſſiſſet, tamen ſanatus. Haller.

In *Memoires de l'Acad. de Dijon.* Dijon 1769. (vel 1770.) 8. Pluſcula ſunt chirurgica, aliqua aliis locis jam dicta.

Cl. Hugo Marret, medicus, veſicatoriis feliciter uſus eſt in pectoris inflammatione. De acu in ovis corde reperta.

J. Philibert Marret *obſervations ſur la pierre & ſur une hydropiſie ſpontanée.* De utilitate conſilii, quod olim Hildanus ſecutus eſt, tum nuper Ravius: inciditur nempe urethra, cæterum calculus differtur eximi, quoad pus generetur, & partium tenſio ſe remiſerit. Seorſim prodiit *memoire ſur l'opération de la taille extrait des Mem. de l'Acad.* Dijon 1769. 8. Haller.

In *Verhandelingen uytgegeeven door het zeeuwſch genootſchap der Wetenſchapen* Middelburg 1769. 8. retulerunt

Gisbertus de Witt, chirurgus, de hernia incarcerata repoſita, & tamen mortem inferente, cum ab omento circumvoluto inteſtinum ſtrangularetur.

Samuel de Wind, medicus, de corde & aliis viſceribus in fœtu nudis.

F. H. Gram de hernia incarcerata repoſita, gangrænoſa, inteſtino aperto, ſanata. Haller.

William Northcote. Ejus eſt *the marine practice of Phyſik and Surgery.* London 1770. 8. 2. vol. Per multos annos chirurgus navalis, iis potiſſimum ſtudet prodeſſe, qui utramque Indiam adeunt. Cæterum collectio eſt, quæ vix quidquam habet proprii. Monet cataractam potius eſſe extrahendam, quam deponendam. Artus non prius amputat, quam gangræna compreſſa fuerit. Formulæ &c. Tomus II. medici eſt argumenti. De *yaws* morbo ſcrophuloſo, qui etiam oſſibus nocet. De ſcrophulis: in eo malo corticis Peruviani uſum ſalutarem eſſe; de apparatu, quo chirurgus ad pugnam navalem res ſuas inſtruit; de ſuſcitandis validos per ſtimulos ſubmerſis. Haller.

Manuel du jeune chirurgien. Paris 1770. 12. Auctori nomen eſt Nicolas, chirurgus eſt, neque indoctus. Chirurgia brevis eſt. Terebrationem cranii in noſodochio *l'Hôtel. Dieu* fere infeliciter cedere. Solis vinculis labium leporinum curari poſſe. In ambuſtione veſicas jubet aperire. In cancroſis tumoribus & celluloſam telam eſſe, & concrementum inorganicum. Hernias cerebri manu curandas ſuſcipit. Contritorum vulnerum felices eventus. Faſciæ. Medicamenta. Haller.

Pou-

Poupée des Portes, medici, *hiſtoire des maladies de St. Domingue.* Paris 1770. 12. 3. vol. Morbi etiam chirurgici. *Yaws* Anglorum prima luis venereæ facies. Mortui ſunt, quibus teſtis induratus apertus fuerat. Carunculas urethræ non eſſe niſi cicatrices. Haller.

Gottfrid Wilhelm Schilling, medici, *diatribe de morbo in* Europa *pene ignoto, quem Americani vocant Yaws.* Utrecht 1770. 8. Belgice Utrecht 1771. 8. Vera ejus morbi deſcriptio, qui a tuberculis, & veſicis incipit, in articulo aliquo provenientibus, contagioſis: cum quibus ſæpe, in deterioribus exemplis, ſcirrhi conjunguntur glandularum internarum, caries etiam oſſium, & ulcera atque vomicæ. Haller.

Christ. Loeber *Anfangsgründe der Wundarzneykunſt, nebſt einer Vorrede von den Vortheilen des Aderlaſſens bey Kindern.* Langensaltza 1770. 8. Solis veterum placitis refertus liber, valde imperfectus, denique inutilis. Richter.

Albert Lentfrink *geneeskundige tydſchrift ofte Verzameling van ontleed wondarzenyen natuurlyke Waarneemingen.* Roterdam 1771. pars quarta, ut putes aliquanto prius cœpiſſe edi. Collecti variis ex fontibus libelli, etiam chirurgici. Haller.

Anton. Benevoli *en* C. Taconi *heelkondige Waarneemingen cum notis J. Bernardi* Sandyfort. Haag 1770. 8.

Francisci Arand *obſervationes medico-chirurgicæ.* Götting. 1770. 4. In hernia incarcerata frigida fomenta improbat. Anus atretus apertus, eventu felici. A difficili partu genitalium partium ſugillatio, quam vult inciſam. Haller.

Ern. Platner. Ejus *ſupplementa in* J. Z. Platner *inſtitutiones chirurgicas.* Lipsiæ 1773. 8. Theoria inflammationis: ſedem mali in venis eſſe videri. Puris materiem per totum ſanguinem diſpergi, hinc ulcus poſſe univerſi corporis mala tollere. Vis agarici Broſſardiani; reſpondiſſe narratur in nonnullis arteriarum vulneribus. Lycoperdon ſpirituoſis auxiliis præfert. De vinculo arteriæ injiciendo. Gangrænam non naſci ex inflammatione. Etiam in ſicca gangræna corticem Peruvianum valere. Contra amputationem: & Bilguerum nimium eſſe, & contrariæ ſententiæ auctores pariter juſto longius procedere. Magnæ arteriæ vulnera amputationem poſcere. Artum fuiſſe ſervatum, quem globus major percuſſerat. Longas fiſſuras ſæpe in femoris oſſe adparere. Contra ſecundas inciſiones: eas non ubique in vulnere ſclopetario requiri. Vulnera pedis tamen non raro ſanari. Quando pus eſt in articulatione, capſulam debere aperiri. Medii artus percuſſionem majorem facere commotionem. A globis majoribus potiſſimum commotionem fieri, non a glandibus. Contra Faure amputationem differentem. Digito arteriam bene comprimi. Contra carnea ſegmina. Bromfieldii methodus artuum ex acetabulo excidendorum optima &c. Haller. V. *calcul. ſect.*

In

In *Nov. Ephem. Acad. Nat. Curioſ.* T. IV. qui prodiit a. 1770. 4.

CHRISTOPH. GOTTLIEB BONZ *obſ.* 11. exemplum ſanatæ hydrophobiæ a morſu canis rabidi ortæ: moſcho uſus eſt. *Obſ.* 12. œdema chronicum pedis innoxium.

PAUL J. FRID. HELNERSHAUSEN *obſ.* 14. de concremento venam portarum obſtruente, unde multa mala.

J. FRIDER. ALLAMAND *obſ.* 23. de morbo *Yaws.* Nihil habere cum lue venerea commune, etſi ex eo morbo male curato poteſt ortus eſſe.

J. CAR. HOFMAN *obſ.* 36. hæmorrhagia uteri feliciter ſanata.

GUIL. HENR. SEBASTIAN. BUCHHOLZ de cicuta in ulceribus venereis utili.

GERG. BALTHASAR STOLLE ibid. in appendice, habentur ejus tres obſervationes ſarcoceles cum hydrocele conjunctæ, quod malum in ſiniſtro latere putat frequentius eſſe. HALLER.

In *Journal de Medecine* Tom. XXXII.

MARCHAND, chirurgus ocularius, egit de ophthalmiis reſectis.

Idem in T. XXXIV. de cataracta congenita extracta. De alia extracta cataracta, quæ poſt depreſſionem adſcenderat.

Vol. XXXIX. cataracta quæ adſcenderat iterum depulſa. Lagophthalmia curata, ſectione ſemicirculari inter ſupercilium & tarſum ducta alia ei parallela, aliisque ſubinde repetita.

DU BOIS in T. XXXII. aliqua de carnoſo umbilici tumore demum gangrænoſo, cum tumoribus cyſticis muco plenis.

BANDAMANT, chirurgus, de bubonocele inciſione curata, cum teſticuli exſtirpatione felici.

ALLOUEL, non debere delapſum plumaceolarum, turundarum, aut vinculorum arteriis injectorum, ſoli naturæ committi, aut ejusmodi diſſecari.

DENISE (vel DENIZE) DE BEZUS exempla abſceſſuum absque præcedente inflammatione natorum.

CLEMENT, chirurgus, contra LEVRETUM, poſſe utique ejusdem polypi plus una eſſe radices. In naribus vidiſſe ſe polypum, cui plures caudæ fuerint.

De LATTRE, chirurgus, hydrocele vera tunicæ vaginalis panniculi: eam ſuppuratione excitata radicitus curavit.

AUCANTE DE NEUVILLE, chirurgus, de catellis cum labio leporino natis.

BOTOT, chirurgus dentarius, de gingivarum ſuppuratione.

Idem in T. XXXVI. de cancro ſcirrhoſo fornicis palati feliciter deſtructo.

T. XXXVIII. dens evulſus, & ſinus maxillaris denudatus, absque malo.

Audoux, chirurgus, in T. XXXII. de morſu viperæ theriaca & ejusmodi remediis ſanato. De vulnere ſclopeti minoris, quo os temporum fractum, longo poſt tempore lethali.

Precourt de pterygio membranaceo calloſo corneæ tunicæ, unco apprehenſo & reſecto.

Du Boueix, medicus, de hernia gangrænoſa absque cultri auxilio ſanata. De utero toto inverſo, eventu funeſto.

Bossu, chirurgus, in T. XXXIII. de pollicis phalange tota reſecta, reconciliata.

Idem in T. XXXIV. lac in abdomen effuſum & paracenteſi emiſſum.

Bajon, chirurgus in Colonia Guianenſi, T. XXXIII. de morſu viperæ curato ope alcali volatilis.

Paviot, chirurgus, de hernia incarcerata ſanata, absque operatione.

Anonymus medicus, de cancroſo & funeſto tumore rectum inteſtinum opplente.

Guyot, chirurgus Genevenſis, optimo eventu forcipe curva uſus eſt, ad expediendos partus difficiles.

La Mare, chirurgus, de puello ano imperforato, qui per ſex menſes vitalis ſuperfuerit, & purgante medicamento ſanatus eſt. De vagina poſt partum coaleſcente, ferro reſtituta, duo exempla. Polypus vaginæ vinculo injecto & cultro deſtructus.

Dacquin, medicus, de verme poſt plurimos dolores de aure prodeunte.

Pietsch, medicus in Comitatu Ferretano, T. XXXIV. ſ. in ſupplemento anni 1770. de vagina & collo uteri in partu ruptis, & ægra tamen ſanata. Sectio cæſarea, ut videtur felix, etſi non addidit fœminam convaluiſſe. Cauſa ſuſcipiendæ periculoſæ adminiſtrationis, caput cum anguſta pelvi maximum.

Idem in T. XXXVI. ophthalmia a carioſo dente orta, oſſa denudata, absque decedentibus ſquamis reconciliata.

T. XXXVII. de malis nonnullorum chirurgorum obſtetricantium curationibus; de ſectione cæſarea. Debere abdomen incidi recta in linea, ducta inter coſtas ſpurias, & ſpinam oſſis ilei anteriorem &c. De reductione luxationum brachii, absque machinis, ſuis ex conſiliis reponendi.

T. XXXVII. compreſſionem ad hæmorrhagias comprimendas non ſufficere.

T. XLI. de arteriarum ligatura.

Gal-

Gallot, medicus, in T. XXXIV. de ſectione cæſarea poſt quam fœmina integre convaluit. De iis ipſis Pietschii curationibus monita aliqua.

Dolignon, chirurgus, de partu curva forcipe feliciter expedito.

T. XLI. de fraudulento ranarum partu.

La Borde, medicus, in T. XXXIV. ex glandula mammæ ſubito evaneſcente funeſta in manu gangræna.

T. XXXVI. herniæ gangrænoſæ ſponte ſanatæ.

T. XL. canis a ſerpente caudiſono demorſus aqua *de luce* ſervatus.

Vialez in T. XXXIV. de tumore externo pectoris per excreationem evaneſcente. De utili *fontanellæ* excitatione, in tineoſo puero diarrhœa adflicto.

Libouton, chirurgus, de tubulo, quo per nares alimenta introducuntur.

Gasq, chirurgus, de hernia gangrænoſa rupta, de qua vermes prodierant, absque ferri adjumento curata.

T. XXXVI. polypos uterinos feliciter exſtirpatos.

Milleret, chirurgus, in T. XXXIV. omnino neceſſe videri fila arteriæ læſæ circumjecta reſcindere, neque id officium a nátura præſtari.

In *Verhandelingen der Hollandſchen Maatſchappy* T. XII. Haarlem 1770. 8.

G. Müller, medicus, retulit de utero ab obſtetrice evulſo, inciſo, quem neceſſe fuit exſtirpare, eventu quidem felici, ut tamen mulier nunquam ab eo tempore conceperit. Levreti filum argenteum ad ligandos fungos non commodum eſſe.

J. Brugmans, medicus, de funeſto in gula polypo, deque ulceroſis verrucis, maligni eventus; de oſſibus fœtus diu retenti per anum abſcedentibus; de utero elapſo feliciter repoſito.

Cornelius Albertus Kloekhof, doctus medicus, de inteſtino ileo a vermiformi appendicula conſtricto & liberato cum ea reſecta fuiſſet; de funeſta inteſtini inflammatione.

Hofman de lente cryſtallina per ictum ſede ſua expulſa, & de margine pupillæ ſuſpenſa. An idem, qui mox ante dictus? Haller.

Dictionnaire anatomique & chirurgique. Paris 1771. 12. 2. vol. Gallorum præcepta. Haller.

J. Christian. Anton. Thede, chirurgus Berolinenſis, Vir plurima expertus, qui per plures annos caſtra Boruſſica ſecutus eſt. Ejus *neue Bemerkungen und Erfahrungen zur Bereicherung der Wundarzney und Medicin.* Berlin 1771. 8. Cereis Goulardianis, quos Daranianis præfert, fiſtulas urethræ absque inciſione ſanavit. Faſciis circumvolutis multa

mala curavit, etiam vulnera arteriarum; varices, antiqua crurum ulcera. Simplicior aqua vulneraria, quam ſummopere extollit, ſequens eſt: R. *aqu. acetoſ. ſpirit. vin. rectif. aa. lb. iij. ſacchar. albi finiſſ. lb. j. ſpirit. vitriol. unc. x. m.* a qua malles aquam acetoſæ abeſſe. Arterias vetat ligari; plumaceola conica arteriæ reſectæ imponit, aut agaricum igniarium. Poſt amputatum brachium, qui aliquot milliaria pedeſtri itinere abſolverit. Dolor acutus ad anum, & ſenſus quaſi ignis, a ligato nervo ſpermatico. Elapſas hæmorrhoides reſecat. Non probat vinculum arteriæ intercoſtali circumjectum, mavult arteriam reſecare, aut repellere. Præalta embroche aquæ a 45. pedd. delapſæ ancyloſes ſuperavit. Terebra calvariæ repetito admota. Debere utique etiam os frontis terebrari, idque os late amiſſum a natura reparari. Multa bona a plumbo Goulardiano. Herniis incarceratis glaciem imponit, eſt tamen ubi annulus reſecari debeat. Omentum non ligat. Inteſtinum apertum, ſevera victus ratione ſanatum. Luxatio ſucceſſiva femoris. Quæ ſuperflua & noxia ſint inſtrumenta chirurgica, ea etiam recenſet, quæ ab omnibus jam diu rejecta ſunt. Contra forcipis uſum; contra ſuturas cruentas, nimis frequenter adhibitas; contra ſcalpellum herniarium latens; contra injectiones in pectoris vulneribus; contra trepanum elevatorium. Ab HAHNIO didicit, quid frigida poſſit, etiam ad maniam; ad vires in febre maligna ſuſcitandas; ad hypochondriacum malum. Sal ammoniacus tumores frigidos diſſipat. Cancroſam mammam oleo myrrhæ p. d. & victu vegetabili ſanat.

Ejus *Unterricht für die Unterwundärzte bey der Armee, beſonders beym Artilleriecorps.* BERLIN 1774. 8. 2. vol. Alter tomus huc pertinet, ejusque pars poſterior. Dari, ubi cataracta mole adeo aucta ſit, ut per pupillam tranſire nequeat, & lentem deprimere ſit neceſſe. Obſoleviſſe extractionem DAVIELII. Forficis uſum præpoſterum eſſe. Male cum ſpiritu vini vulnera ſclopetaria deligari. De medicamentis ſimplicibus & compoſitis. Balſamum Brunſwicenſe ad recentia vulnera utile. Balſamum vulnerarium.

Idem in *Nov. Eph. Nat. Cur. Vol.* V. *obſ.* 68. a repulſa tinea ſphacelus in perinæo, pene, & ſcroto, & urina ſuppreſſa. Veſica perforata acu cannulata, quam digitus in anum datus dirigebat. *Obſ.* 69. ut poſſit hydrops cyſticus ovarii manu curari. HALLER.

Mediciniſches und chirurgiſches Handbuch. FRF. u. LEIPZIG 1771. 8. ex Anglico verſum. Opus incompletum. Et tamen verſum! Pauciſſimi tractantur morbi chirurgici, & major pars operis ad Medicinam ſpectat. RICHTER.

ADOLPH FRID. VOGEL *obſervationes quædam chirurgicæ.* KIEL 1771. 4. Exciſa magna ſtruma. Vulnus pectoris cum effuſo ſanguine ſanatum. Humeri pars ab ictu ſclopi exciſa & reparata. HALLER.

Ejus

Ejus *chirurgiſche Wahrnehmungen. Erſte Sammlung.* Lübeck 1778. 8. Primum agit de extractione cataractæ, in qua methodum celeb. Richteri ſui olim præceptoris ſequitur, niſi quod per purgantia præparet ægrum, aut per venæ ſectionem, ſi plethora adeſt. Una hora ante operationem propinat laud. liqu. Sydenh. gutt. xv. Cubitum ſub operatione genu impoſitum ſuffulcit, id quod cel. Richter quoque ab aliquo tempore maxima cum commoditate, ut ipſe teſtatur, facere ſolet. Oculum non firmat: quodſi tamen inquietus idem ſit, palpebram ſuperiorem unco argenteo lato fortiter ſurſum attrahi jubet; ſic fieri, ut conjunctiva a palpebra ſuperiore ad bulbum deſcendens tendatur, bulbusque firmetur. Mox ab extractione ſplenium imponit impraegnatum aqua ophthalmica compoſita ex aquæ roſar. unc. vj. aquæ ungaricæ dr. vj. extract. ſaturn. Goulardi dr. ʒß. nitri puri gr. xv. Pulpam pomorum, a qua etiam Richter ſe, exceptis aliquibus caſibus, jam abſtinere ait, inflammationem oculorum augere putat. Primis ab operatione diebus alvum blande movet; parum etiam opii porrigit inſomni ægro. Duplicem modum explicat, quo corneæ vulnus poſt extractionem ſenſim a natura claudatur. Obſervationes aliquot adducit, quibus methodum ſuam ſtabilire nititur. His obſervationibus ſuas etiam jungit celeb. Richter. De fiſtula lachrymali: cum a ſcabie cito retropulſa fiſtula lachrymalis cum excreſcentia, quam cancroſam vocat, oriretur, mercurio & antimonio interne ſumtis, externe vero cicuta & emplaſtro mercuriali applicatis, ſimulque excreſcentiæ alumine uſto inſperſo, fere diſparuit, prodeunte iterum ſcabie. Reſiduum malum poſt diuturnam curationem tandem ſpleniis & ſpiritu vini ſuperatum fuit, canalisque naſalis apertus inventus. Hic notat auctor: raro fiſtulas lachrymales a canalis naſalis obſtructione; ſæpiſſime vero ab acrimonia venerea, ſcorbutica, ſcrophuloſa, ſcabioſa, arthritica, varioloſa, morbilloſa oriri. Ex cauſa & ſymptomatibus, curandique methodo hic enarratis utique apparet, non poſſe malum hocce ad cancri genus revocari inquit Richter. De exſtirpatione oculi: oculus ex variolis in malignam ſuppurationem degenerans, fruſtra tentata prius operatione, tandem ob excreſcentiam fungoſam in vulnere natam exſtirpatus, nullo quidem infantis incommodo, qui tamen 14. die, accedente febre & convulſionibus, periit. De cancro labii inferioris, cui amputato gangræna, ob filum ſuturæ fortiter, cogente neceſſitate, adſtrictum, quarta die ſucceſſit, lateraliter & inferius ad mentum fere proſerpens, quæ tamen uſu corticis Peruviani interno & externo intra 48. horas ſeparabatur, ſecutaque bona ſuppuratione ulcus integre ſanabatur. Tumor in maxilla ex corrupta dentis radice pus fœtidum fundens, decocti ſarſaparillæ ſaturatiſſimi uſu interno, & balſamicis injectionibus, maxillæ fragmentis deinde una cum dentis radice decedentibus, quinta hebdomada ſublatus eſt. Cancer mammæ in quinquagenaria, a longo tempore hæmorrhoidibus & arthritidis ſymptomatibus vexata, lentis magnitudine

cum prius appareret, mox a terrore, quem ægra paſſa erat, augebatur ita, ut mammæ amputationem inſtituere neceſſe fuerit. Itaque amputatio, data prius, pro more auctoris in dolorificis operationibus, parva doſi opii, peracta fuit cum bonis ægræ rebus; paulo poſt tamen ſequebantur noctes inquietæ, deglutitio difficilis, ſapor oris & ructus fœtidi, vomituritiones, linguæ impuritas &c. Pus interim bonum. Decima quarta die choræa S. Viti, frequens morbus iis in locis, ſupervenit, quam tamen floribus Zinci depulit, uti & poſtea hæmorrhoides lacte ſive magiſterio ſulphuris, & cremore tartari; ſic etiam nova huic ægræ advenientia ſymptomata, veſiculas nempe in ulcere natas, & indurationem glandulæ ſubaxillaris, interdum dolentis etiam, aqua baccarum lauri interne a 60. ad 100. guttas quater de die data, externe vero linteis carptis eadem aqua impraegnatis diſſipavit: ſed recrudeſcente malo, ita ut cicatrix rumperetur, & nec arſenicum demum tentatum prodeſſet, ægra periit. Os deglutitum in œſophago hærens ſpongia ad balænatam virgam firmata cum in ventriculum fruſtra deprimi tentaretur, nec vomitus arte excitatus quidquam efficeret, unco deinde formato ex filo ferreo flexili extractum fuit, & quarta inde ſeptimana pure per alvum prodeunte fœmina integre reſtituta. De caſtratione: inſtrumentum arterias comprimens, loco facile elabi; ſubligatam arteriam ſpermaticam, ob ſuam lubricitatem, filo ſe ſubducere: ipſe igitur funiculum ſpermaticum prius ad pollicis diſtantiam ſupra locum ligaturæ deſtinatum ſeparat a ſubſtantia celluloſa, ut via nutrimento omnis præcludatur: facta etiam funiculi a vaſe deferenti ſeparatione, hunc deinde ſolum ſubligat; nam a vaſe deferente, etſi ſenſu deſtitutum ſit, repetendum eſſe putat, cur ſubinde accidat, ut ligato ſimul utroque, convulſiones naſcantur. Ratiocinanti ita auctori ſua celeb. Richter opponit ratiocinia (a). De amputatione antibrachii: in hac adminiſtratione mavult cultro parum curvo uti, duplicique ſectione, ut plus cutis remaneat, & cura citius abſolvatur; oſſa radere ſuperfluum eſſe; præſtare potius arterias ligare; merito eos corripit, qui mox ab inſtituta operatione truncum cute protenſa tegunt. De tumore inteſtini recti rotundo, ſubfuſco, nucis magnitudine, ad attactum dolente & ſanguinem fundente, & ex ſubtili petiolo propendente, qui per anum eductus perforato ligatoque ope acus petiolo fruſtatim ſponte decidit, felici eventu. Vulnus colli ſecunda die per hæmorrhagiam lethale. Uterque polex & radius antibrachii dextri in recens nato deficiens. Tumor fungoſus venereus in papilla mammæ, mercurio nequaquam cedens, tandem ſaturato ſarſaparillæ decocto ſuperatus. Ita & fiſtula a ſuppreſſa gonorrhœa nata eodem decocto ſanata. Abſceſſus parotidis ſiniſtræ apertus & curatus. Extractum aconiti bono effectu in arthritide exhibuit, quo & hemicraniam penitus fugavit. Ante hujus medicamenti uſum vias primas purgat, deinde a medio grano bis de die dato incipit, & ad 4. usque aſcen-

(a) *In chirurg. Biblioth.* 4. *Band*, 4. *Stück*. p. 636.

aſcendit. Chirurgicas has obſervationes laudat, & lectoribus commendat RICHTER.

In *Medical obſervations and inquiries by a ſociety of phyſicians* T. IV. LONDON 1771. 8.

BALFOUR retulit de oſſe amputato, quod in tumorem ſanguineum degeneraverat.

HORY de veſica in puerpera rupta.

HENRICUS GIBSON de hernia incarcerata funeſta; de cicutæ utilitate in cancroſo ulcere penis; de ſalutari fomento fœtidorum ulcerum, quod fit ex raſis dauci radicibus.

G. COOPER & H. THOMPSON ſectio cæſarea ſuſcepta ob anguſtiam ſummam pelvis, infelicior, & in ANGLIA rariſſima.

B. WILMAN tendinum vulnera non adeo maligna eſſe, cum diſſecta aponeuroſi femoris omnia ſymptomata evanuerint.

J. TECKEL de tendine absque ullo ſymptomate diſſecto.

GUILIELMUS WHITE & TH. ARMIGER de tumore venæ, in quam arteria ſauciata ſe aperuerat.

J. LYNNE de retenta urina & utero inverſo, retrorſum in pelvim delapſo, veſica denique rupta.

EDUARDUS ALANSON de fœmina gravida, cui uterus mollis manſit, quam diu utero geſſit.

BENJAMIN RUSH infuſi malthæ utilitas in malignis vulneribus. Sordidum ulcus cicuta ſanatum. HALLER.

In *Eſſays and obſervations phyſical and literary read before the philoſophical ſociety at Edinburg.* T. III. EDINBOURG 1771. 8.

TURNBULL egit de morſu tarantulæ: furorem ſaltandi criſin eſſe, quam incolæ ſudore moto cieant, adverſus æſtivam febrem, male tarantulæ imputatam.

GARDINER acria medicamenta ad verrucas partium genitalium male adhiberi, præſtare mollientia.

EBENEZER GILCHRIST de veſicæ incraſſatæ variis exemplis.

MUDDIE de amputatione pene incruenta.

J. MARK de ſterno fracto ſanato.

DALLAS ſarcoma in œſophago ligavit, ſic abſtulit, ſed funeſtum idem rediit.

LEVINGSTON calculus quaſi gnomonoides, ut alterum crus in veſica eſſet, in urethra alterum. HALLER.

In *Journal de Medecine* T. XXXV.

DOWRY vulnus ſclopetarium capitis multo cum vomitu, nullo tamen oſſe fracto, neque adeo calvaria terebrata.

GAUL-

GAULMIN DE LATRONÇAY, medicus, de enterocele perfecta, inteſtino a quinque plicis peritonæi ſtrangulato, inciſione facta ſanato, ut tamen corruptum teſtem amputare neceſſe fuerit.

DANDEVILLE DES PARTS ferramentum perforato cranio in cavea calvariæ manſit, ex quo evelli nequivit, tamen absque malo. Deglutita acicula per anum exiit.

ARNAULT de carie vertebrarum ex lapſu deſtructarum, unde paralyſis partium inferiorum.

HERIZ LA VAL bracherium novum: & T. XXXVII. ad idem additio.

Comes de TRESSAN. in T. XXXVI. habetur ejus epiſtola de fœmina repetito ſectionem cæſaream paſſa.

MAUSSION pelvis perangufta, fœtus unco extractus, & demum tertia vice absque inſtrumentis, calvaria depreſſa, ſponte tamen reſtituta.

GOETZ, chirurgus, gangræna inteſtini incarcerati, ſuperata cortice chinæ chinæ.

BENARD ab ictu baculi paralyſis ſtupida lateris inciſo tumore externo ſanata.

MANGIN, chirurgus, ulcus pedis, detecti tendines, iidem tumefacti, malum ſanatum.

Idem in T. XXXVII. caries antiqua oſſis parietalis facile ſanata. Partus difficilis propter ulcus & duritatem veneream, & placentam præcedentem, unde hæmorrhagia.

ENAUX, chirurgus, in T. XXXVI. partus difficilis gemellorum manu expeditus.

SALGUES, inteſtinum cœcum gangrænoſum, cum appendicula, per anum egeſtum.

ROBIN contra PIETI forcipem.

POUPART, chirurgus, ophthalmia gravis, cornea tunica rupta, malum tamen aqua vegeto-minerali ſuperatum.

POULAIN non debere omnia ulcera in maxilla inferiori intra os aperiri.

In *Berliniſcher Sammlungen* T. III. a. 1771. 8. abſceſſus puellæ 15. annorum, ex quo dentes prodierunt. HALLER.

JOHN HILL, chirurgi Scoti, *caſes in Surgery, particularly in cancers diſorders of the head..... an account of the ſibbens.* EDINBURG 1772. 8. Amputatam mammam tamen nonnunquam felicem eventum habuiſſe, dum ſanguis non infectus ſit: exempla ejus felicis eventus. Scirrhum ſolum in cancrum abire. Cancri ſpecies herpeti ſimilis. Cicutam in cancro nihil poſſe, ſed utique in tumoribus frigidis. Ingentia atheromata reſecta. Cornu cancroſum

ſum ex labio exciſum. Hydatides in pectore, ad claviculam, & per lotium egeſtæ. De vulneribus capitis, & de terebratione calvariæ. Frequentiſſime ſe duram matrem diſcidiſſe, ut effuſam materiem emitteret. Preſſionem fungi cerebri ſoporem facere, eum fungum reſecari debere. Sanguis ſub calva effuſus, cum cutis integra eſſet. Depreſſum cranium ſponte in ſitum ſuum reſtitutum fuiſſe. Aneuryſma ſpurium ſub calvariæ velamentis. Fiſſuram periculoſe terebrari: male emplaſtro depreſſam calvam elevari. Elevationem cranii ſæpe funeſtam eſſe. HALLER.

WILLIAM BUCHAN *domeſtic medecine, or a treatiſe on the prevention and cure of diſeaſes by regyme and ſimple medicines.* LONDON 1772. 8. Chirurgica etiam mala. Scrophulas hepar & lienem inficere: ad eas ex mercurio præcipitato linimen conferre. Perſæpe non rabidum eſſe canem, qui pro rabido habetur, neque id malum diu a morſu latere poſſe. Papillas vulneratas aqua R. Hungariæ lavandas. Herniæ. HALLER.

Nouveau dictionnaire univerſel de Medecine, de Chirurgie & de l'art veterinaire par une ſociété. PARIS 1772. 8. 6. vol. Auctores NICOLAS, NANCEJÆ medicus, de MARQUE Burdigalenſis, & LASERVOLE, tyronibus ajunt ſe ſcribere. Multa certe vitia, & improbabiles hiſtoriæ, ut mors, quæ in LOTHARINGIA ictui araneæ ſupervenerit. Vulnus viperæ, quod lapide bezoar ſanatum ſit. Tarantulæ morſus ſaltu ſanatus, pro vero. Viperæ venenum acidum eſſe: querelæ de noxis corticis cinchonæ (cort. Peruv.) in ulcere pulmonis. PETITUM vidiſſe, in cancro cicutæ uſu bonum pus obtineri, cæterum malum non ſanari. Pro reductione luxationum, quæ fit absque machinis. Humerus contritus pene totus exemtus, a natura reparatus. Struma prægrandis ignito ferro diſſipata. Inſtrumentum ad calculum in fœmina educendum. De ulceribus meſenterii. Angina a tumida parotide, impoſito cantharidum emplaſtro ſanata. Infelix ſectio cæſarea. Circumciſio ob phimoſin. In phrenitide felix uſus cantharidum. *Yaws* curari mercuriali unguento. HALLER.

JOHANNES COLOMBIER. Ejus *Code de Medecine militaire.* PARIS 1772. 8. 5. vol. Experti viri opus, & chirurgi caſtrenſis. Chirurgorum caſtrenſium vitioſus ſelectus, nimis maligna ſtipendia. Chirurgis pacis tempore peditem non egere. Morbi. Annon Idem qui *de cataracta* ſcripſit? HALLER. V. *ocul. morb.*

FRANC. XAV. SCHWEDIAUER, Auſtriaco-Styrenſis. Ejus eſt *diſſert. inaug. exhibens deſcriptionem præparatorum anatomicorum, & inſtrumentorum chirurgicorum, quæ poſſidet Facultas medica Vindobonenſis, omnium, aliorumque nonnullorum.* WIEN. 1772. Deſcribitur theſaurus præparatorum anatomicorum virorum celeberrimorum RUYSCHII, ALBINI, LIEBERKÜHNII, quem integrum cum ſexaginta ſex microſcopiis variis beat. L. B. VAN SWIETEN indefeſſa induſtria, ſumtibus maximis collegit, tandemque

pluribus retro annis Collegio medico donavit, donum viginti millium florenorum. Præparata, quæ hic potiſſimum inter plurima recenſenda videntur, ſunt: renes varii, uteri & eorum vaginæ, monſtra, abortus, oculi &c. Habetur quoque elenchus inſtrumentorum chirurgicorum, faſciarum, machinarum, inter quas *ambe* (*vectes*) HIPPOCRATIS emendati cum tribus brachiis a Cl. Prof. de LEBER. Pes poſt amputationem femoris & tibiæ applicandus, quo omnes motus exerceri poſſunt, ab eodem LEBERO inventus. Quædam præparata defuncti GASSERI Prof. Anat, & quodam jam dicti LEBERI. Sequitur index gravitatis oſſium, cum eorum menſura in genere, ac in ſpecie ſceleti virilis, mediocriter dealbati. Oſſa morboſa, & ſtructuræ præternaturalis. Alia præparata in ſpiritu vini, uti ſaccus aneuryſmaticus &c.

J. PHIL. HAGEN *Wahrnehmungen zum Behuff der Wundarzney in Deutſchland.* MIETAU 1772. 8. In CURONIA mederi videtur. Tumor in capite cyſticus, arteria majuſcula diſſecta, radices tumoris lapide infernali deſtructæ. Alius in cervice tumor poſt inciſos muſculos & diſſectam arteriam ſanatus. Manus gangrænoſa abſque malo delapſa. Tumor aquoſus femoris, ſetaceo trajectus, vaſa lymphatica prægrandia, morbus funeſtus. Partus difficilis: pueri mortui unco educti. Vulnus magnum pectoris curatum. Gangræna ſuppreſſa vinctura, & caries diæta lactea reconciliata. ANELLII ſiphone imperfecta fiſtula ſanata. Femur ſurſum luxatum, deorſum retractum, eventu tamen lethali: in alio exemplo elapſum femur machina RAVATONI reſtitutum. HALLER.

Anweiſung zur lehrenden und ausübenden Wundarzneykunſt nach dem Lehrgebäude der Neueren zum Nutzen angehender Wundärzte, beſonders auf dem Lande, verfaſſet. RIGA 1772. 8. Pro tyronibus. De luxata clavicula. Contra repulſionem arteriæ intercoſtalis læſæ. Paronychia a corpore peregrino in digito retento. Radium difficulter luxari. MATTH. FRANC. ALIX eſſe opus teſtatur Clariſſimus WEIZ.

Idem in T. VI. excerptorum (*Auszüge*) WEIZII refert de reconciliata manu, quæ de exigua carne pendebat, cæterum abſecta, ut tamen motus periret: calor ſenſim rediit. Noxæ ex vetuſto ulcere natæ, ſublatæ, eo refricato. Aneuryſma ſcrophulas mentiens ſpurium apertum, ſanatum; nempe arteria in cavam ſcrophulam aperiebatur.

In T. V. de homine fulgurato, cui aqua plumbea GOULARDI profuit. HALLER.

Ejus MATTHÆI FRANC. ALIX, Medicinæ & Chirurgiæ doctoris, earumdem & Anatomiæ in alma Adolphina Univerſitate Fuld. Profeſſoris *obſervata chirurgica.* Faſciculus I. ALTENBURG 1774. 8. Obſervationes non quidem omnes, aliquæ tamen rariores & memoratu dignæ ſunt, & eleganter ſcriptæ, niſi quod fuſe interdum & inutilibus verbis enarrentur. Præmittit

mittit quædam de fulminis in corpus humanum effectu; deinde refert de homine fulgurato aqua GOULARDI reſtituto. Abſceſſus ingens in vicinia lumborum, ex quo, facta inciſione, 8. lib. puris effluxerunt, felici eventu. Alii abſceſſus æque feliciter curati. De ranula congenita in nuper nato reperta, inciſione ſublata. De ſcroto ex inflammatione neglecta in gangrænam abeunte; ſedata vero antiphlogiſticis, quæ aderat, valida febri, factis in ſcroto ſcarificationibus, & illinito balſamo ſtyracis cum ſpiritu vini camphorato, ſequebatur ſuppuratio bona, & dato cortice Peruviano tandem ipſa ſanitas. A lapſu fractura maxillæ inferioris, absque vulnere, tamen ſupervenientibus convulſionibus lethalis. A nixu valido nata teſticuli inflammatio, qua ſublata remanſit teſticuli tumor quotidie ſenſim per annum increſcens, tandem accedente iterum febre ad operationem tranſiit auctor, incidens ſcrotum, & denique per longitudinem ipſum etiam teſtem, ex quo 6. unc. materiæ ſanioſæ, nigræ, fœtidæ effluxerunt; cumque altero die gangræna teſtis latius proſerperet, caſtrationem feliciter inſtituit: extravaſationem, ruptis a nixu teſticuli vaſis, mali cauſam fuiſſe putat. A lapſu tumor in perinæo, indeque nata fiſtula, ex qua pus, ſanguis & urina per 5*ennium* effluxit, tamen inciſione ſanata, & naturalis urinæ via, per quam duos integros annos nec gutta ſtillabat, factis in urethram injectionibus, etiam feliciter reſtituta. A male curata febre tertiana natus parotidis tumor inflammatorius, qui ægri culpa neglectus in ſuppurationem tranſiit, eoque repugnante non apertus poſt aliquot dies diſparuit totus, accedente per triduum ingenti diarrhœa, & decimo ab hinc die febri cum atroci ad umbilicum dolore & tumore, qui lege artis ad ſuppurationem ductus, indeque apertus eſt, felici eventu. Tumor ſub oculo, interdum dolens, feliciter exſtirpatus, pendebat libras quatuor; poſt annum vero unum & dimidium alius ad maxillæ inferioris angulum tumor adparuit, cui brevi febris lenta, & mors ſucceſſit. Tumores mammarum duri & dolentes nati a ſuppreſſis menſibus, quibus reſtitutis evanuerunt, absque externa medela. A vermibus ortus ad umbilici regionem indolens tumor, tandemque ob nimiam compreſſionem inflammatus & ſuppuratus, ex quo cum pure & alvo vermes prodierunt, & ulcus deinde datis anthelminticis, excretisque pluribus vermibus ſponte ſanatum. Tumor naſi magnus a ſuppreſſa gonorrhœa demum poſt ſextum annum erumpens mercurio ſuperatus. Tumor teſtis a contuſione productus, aqua GOULARDI, & extracto cicutæ diſcuſſus. Symptomata varia, ab ulcere tibiæ malo conſilio clauſo nata, ſolus fonticulus ſuſtulit. Tumores hæmorrhoidales in fœmina coitum dolorificum ſemper reddentes, V. S., ſemicupiis, ſanguiſugis curati. Ab abſceſſu genæ neglecto nata ductus ſalivalis fiſtula, compreſſione ſanata. Vulnus in articulatione manus, illæſa quidem arteria, quarto die ſpiritu Vini camphorato curatum. Tendo Achillis ruptus conſueta methodo reſtitutus. Ex valida inflammatione manus cum toto antibrachio in gangrænam converſa, & penitus exſiccata. Amputatio-

Ee 2

tionem recuſans æger has ita gangrænoſas partes per annum, integra cæterum valetudine, circumtulit, nec gangræna interim proſerpſerat; ſequenti anno gangræna ad ſummum usque humerum adſcendente brachium ſponte ex articulatione elabebatur absque ulla hæmorrhagia, & cum optimis ægri rebus. Richter.

Ejus *faſciculus* II. prodiit ibid. 1776. 8. qui faſciculo primo præferri meretur; caſus enim continet nonnullos & lectu digniores, & elegantius conſcriptos. Ulcera orta ab inæquali & acuminata cruſta tartarea dentibus adhærente, ſatis pertinacia poſt ablatam ope limæ cruſtam ſanavit. Occaſione hujus caſus chirurgos Gallos extollens in Germanos invehitur auctor. Anus in recens nato clauſa, & tertia a nativitate die inciſione aperta. Alius conſimilis caſus. Anus in infante duplex, naturalis unus, alter duos digitos infra umbilicum apertus: mortui poſt ſeptem menſes infantis anatome docuit, colon ad umbilicum apertum fuiſſe, ibique muſculos abdominales quaſi ſphincterem ani conſtituiſſe. Partus difficilis, in quo brachium fœtus præcedens ab inexperto chirurgo reſciſſum, dataque deinde in uterum manu ipſa etiam fœtus maxilla inferior avulſa, & uteri vagina variis in locis vulnerata immo & perforata fuit: tandem vocatus auctor diſcuſſa prius genitalium partium, quæ aderat, inflammatione, & tumore, partum poſt decem horas expedivit, ſalva matre. Tumores pedum œdematoſi & rebelles, a febri epidemica relicti, compreſſione & balneis frigidis ſuperati. Incontinentia urinæ a partu laborioſo roborantibus aliis non cedens, tandem frigida in veſicam injecta, balneisque frigidis ſublata. Tumorem palpebræ, natamque poſtea ejusdem immobilitatem, pluribus incaſſum tentatis, ſolum infuſum corticis Peruviani, & externus aquæ frigidæ uſus ſuſtulit. Hac occaſione ait, ſe obſervaſſe corticem Peruvianum in pulvere vini potatoribus datum diarrhœam excitare, & nihil quidquam præſtare, ejus vero infuſum efficax eſſe. In partu difficili, dum fœtus pedibus extrahitur, non absque neceſſitate utrumque brachium ſimul liberandum & eximendum, ne ab ore uteri collum fœtus conſtringatur; nec ſecundinas, niſi contracto prius utero, educendas eſſe. Inveterata & pertinax ophthalmia ab introflexis ciliis, quibus evulſis malum ceſſavit. Infans ex ſcalis lapideis in occiput delapſus, absque vulnere, & ulla aparente capitis contuſione, poſt octo tamen dies, ortis graviſſimis ſymptomatibus, periit: præter aquam multam in cerebri cavitatibus nihil deprehendebatur. In phimoſi venerea neglecta per operationem detectum ulcus cancroſum urethram depaſcens, mercurio & cereis curatum. Præputium inflammatum, anguſtatumque, cum fluxu materiei purulentæ, flaveſcentis, erronee antivenereis medicamentis a chirurgo tractatum, ipſe auctor ſuperveniens & veram mali cauſam detegens, natam nempe a ſordibus præputii inflammationem, detergentibus, & aquoſis injectionibus factis ſanavit. In primipara natæ ſub veris partus doloribus convulſiones aliaque gravia ſymptomata laudano liq. Sy-

DEN-

DENHAMI, emollientibus externis, & ſemicupio tepido ſedavit, ſicque partum feliciter promovit. Alius ſimilis caſus. Frequens abortus quiete, phlebotomia, caſſiæ uſu & balneis frigidis in plethorica & laxa fœmina impeditus. Partus difficilis ob prægrande fœtus caput, & veſicam nimium extenſam, cathetere educta urina facilitatus. Dolores ſpurii opio ſuppreſſi, ſomnus placidus conciliatus, indeque facilis partus ſecutus. Sævus teſticulorum & funiculorum ſpermaticorum dolor, antiphlogiſticis fruſtra tentatus, detecta tandem vera mali cauſa, materia nempe rheumatica ad has partes delata, emplaſtro cantharidum ad ſuras applicato & lenioribus diaphoreticis ſuperatus. Ulcera antiqua & pertinacia, ſcorbuticæ originis, antiſcorbuticis ſanata. Ab incuneato fœtus capite labia pudendorum ſubito intumeſcentia, herniamque mentientia auctor fluctuationem percipiens incidit, & educto copioſo ſanguine partum forcipe expedivit. Vulnus a cultro inter primam & ſecundam ſiniſtri lateris introrſum & deorſum adacto ſeptima hebdomada lethale: præter magnam hæmorrhagiam nullum ſymptoma ſequebatur, quo factum eſt, ut inter adſtantes chirurgos & affirmantem auctorem lis naſceretur, num vulnus in cavum pectoris penetraverit nec ne; negantes vero anatome convicit. Ab ictu contuſio pectoris, indeque brevi mors: anatome oſtendit fracturam coſtæ, & magnam aquæ cruore remixtæ copiam in cavo pectoris dextro. RICHTER.

Ejus *faſciculus* III. prodiit FRANCOFURTI 1777. 8. celeb. RICHTER optat, ut auctor obſervationes ſuas continuet, cum volumina, ut ſeſe invicem conſequuntur, ita ſemper meliora prodeant, & præſertim hocce tertium ſua ſe materia præ reliquis commendet; niſi quod latinitas diſpliceat: hinc optandum eſſe, ut auctor alio idiomate utatur. Aliquot exempla infelicis paracenteſis. Tumor in regione hypochondriaca, & fluctuatio inter tertiam & quartam coſtam ſpuriam: facta ibidem inciſione ſaccus prodiit, qui apertus lympham fudit ſapore odoreque urinæ ſimilem; æger inde per ſex hebdomadas melius ſe habuit, quibus elapſis horripilationes repente ſupervenere, & mors: in cadavere lobus hepatis dexter pure fœtido plenus; in ſiniſtro lobo dura tubercula; ſaccus ille erat extima pulmonis tunica. Ex lapſu de arbore magna pars integumentorum capitis a cranio avulſa, tamen repoſita iterum concrevit ubique, niſi quod inter margines integumentorum cranium nudum liuidumque relictum fuerit, quod raſum poſtea exfoliabatur feliciter. A morſu canis rabidi, ſanato quidem vulnere, nata in puero poſt 14. dies hydrophobiæ ſymptomata, veſicante vulneri applicato, datoque interne nitro cum camphora, & tandem mixtura mercuriali Plenckiana debellata ſunt. Iſchuria gravidæ cum prolapſu inteſtini recti ab utero comprimente nata, facta venæ ſectione, educta ope catheteris urina, & ægra per 10. dies in lecto ſupina jacere juſſa, feliciter curabatur. Os uteri gravidi ſolito profundius in vaginam deſcendens prolapſum uteri mentiebatur, quare inexper-

tus chirurgus peſſarium intruſit, & ob natam deinde iſchuriam, dolores colicos, alvum per octiduum ſuppreſſam datis diureticis malum exaſperavit; tandem ALIX vocatus peſſario exemto venam ſecuit, cathetere urinam & clyſmatibus alvum eduxit, balneisque inſtitutis ægram ſanavit. Poſt febrem malignam natus tumor media in parte femoris interna emplaſtris diu a chirurgo cum fruſtra tentaretur, auctor accedens, ob fluctuationem profunde in carne perceptam facta inciſione, pus evacuavit, oſſique femoris jam carioſo ferrum candens applicuit, a quo poſt 5. dies nata exfoliatio, & tandem ſanitas. Recte monet auctor criticas ejusmodi depoſitiones oportere in ſuppurationem duci & mature aperiri: ferrum candens in oſſium carie omnibus aliis remediis præfert. Aliud exemplum cariei ferro candenti ſanatæ. Tumorem pugni magnitudine in dorſo partem inferiorem muſculi trapezii obſidentem, inveteratumque, ac indolentem ſponteque tandem inflammatum auctor in ſuppurationem duxit; verum, cura vix non abſoluta, a prægreſſa ira & corporis æſtuantis ſubita refrigeratione pus malum, amaror oris, & circa ulcus eryſipelas phlegmonoides apparuit, totum fere corpus deinde pervagans; facta autem venæ ſectione, mota tartaro emetico emeſi, dato poſtea cremore tartari, ac demum nitro cum rheo, inſtituto pediluvio, poſitoque ad ſuras veſicatorio partes ſuperiores corporis reliquit, & pedes ſolos occupavit, brevi ibidem gangræneſcens; factis ideo ſcarificationibus inſperſo ſtyrace, datis interne antiſepticis cum nitro, bona ſuppuratio, & tandem ſanitas ſequebatur. Tumor lymphaticus, ut putat, in articulatione brachii dextri tentatis incaſſum aliis, cataplaſmate ex cicuta, & flor. roſar. rubr. in vino coctis tandem ſanatus, & brachii motus antea deletus, integre reſtitutus. Caput fœtus a rudibus obſtetricibus in utero relictum, pollice in foramen magnum occipitale, indice vero & medio in orbitas datis, intra ſeptem minuta feliciter extraxit. In partu difficili oſſa pubis juvenculæ ad digiti diſtantiam ab invicem remota, quiete, & faſciarum uſu reſtituta. Caput incuneatum forcipe Smelliana, quam Levretianæ in quibusdam caſibus præfert, expedivit. Puer ſex annorum, qui ob nimis mobilia oſſa pelveos incedere nequiverat, cingulo lato circa pelvim fortiter adſtricto, geſtatoque diu noctuque, & balneo frigido ſemel quavis hebdomada inſtituto curabatur. Morbus venereus ægri culpa per recidivam ſemper gravior redditus, tamen ſanatus, teſtis nempe inflammatio a gonorrhæa maligna feliciter primum diſcuſſa, remanente aliqua tantum teſtis duritie: altera vice nata ex inflammatione ſuppuratione, pus inciſione eductum, carnes luxuriantes frictione mercuriali conſumtæ, æger reſtitutus: tertia vice teſtis iterum valde tumens inflammatus, ita & funiculus ſpermaticus, ideoque caſtratio inſtituta, & poſt hanc fungus cancroſus e funiculo ſpermatico vigeſimo die prodiens, dilatato annulo abdominali, duos digitos tranſverſos retro eundem annulum reſectus fuit, felici eventu. Monet hic auctor, ſi funiculum non procul ab annulo reſcindendum eſſe contingat,

ne

ne funiculus ad ſiſtendam hæmorrhagiam oſſa pubis verſus premätur, quia ſic facile in cavum abdominis ſeſe ſubducere, & hæmorrhagiam internam excitare poſſet. Vulnus ſclopeti non plumbo ſed charta onerati, tamen in latere profundum, arteria intercoſtali, pulmone, diaphragmate, & hepate inde læſis. Aliud exemplum vulneris ſclopetarii. De noxio effectu pulveris Ailhaudiani in puerperio.

Ejus *faſciculus IV. & ultimus* prodiit ibid. 1778. 8. A ſcabie incaute curata in puero hydrops, facta ſcabiei inoculatione, diſparens. Sarcoma in infantis umbilico ligaturæ ſenſim ſtrictioris ope, poſt quartum diem, ſeparatum. Genitalia usque ad os pubis quidam ſibi abſcidit, natamque inde hæmorrhagiam ipſe linteis ſtitit: vulnus poſtea ſimplici curatione ſanatum quidem, ſed ob retrotractum calloque obductum orificium urethræ difficultas excernendæ urinæ augebatur, quæ tamen ſcarificatione partis calloſæ, uſuque cereorum ſublata fuit. Ex hac obſervatione concludit auctor ligaturam arteriæ ſpermaticæ in caſtratione neceſſariam non eſſe. In hydrocele a contuſione orta fruſtra cura radicalis tentabatur ſetaceo, nam ob dolores inde maximos ſetaceum auferri debuit; verum ſectione ſcroti inſtituta, datisque in vulnus linteis carptis ſuppuratio ac ſanitas ſecuta eſt. Dolor ingens intenſus magis, quoties calculus ex renibus in veſicam deſcenderet, uva urſi ſedatus: ab uva urſi calculum non ſolvi, ſed mucum incidi putat; hinc fieri, ut particulæ minimæ terreſtres in maſſam lapideam coire nequeant. Partus difficilis, in quo funiculus umbilicalis abruptus, brachium fœtus præcedens, parturientis vires collapſæ, abdomen tenſum & dolens, fœtidus halitus ex genitalibus, orificium uteri conſtrictum ita, ut nullo modo dilatari potuerit, ſemicupio tandem inſtituto, ſolutis inde oris uteri ſpaſmis, manuque in uterum data fœtus tamen penitus educi non potuit ob enorme ejusdem caput, hærens in anguſtiis pelveos, quod poſtea unco extrahebatur. Retentio urinæ a verme in urethra; verme cum urina ejecto malum ceſſavit. Ab inflammatione colli veſicæ ſubita urinæ in gravida retentio; viam octavo die per umbilicum urina ſibi aperuit, & ſequenti die abortum citra mala ſymptomata paſſa eſt fœmina, quæ poſtea, ſplenio ad umbilicum applicato, cathetere bis terve de die urina educta, factisque cum decocto corticis Peruviani injectionibus, reſtituta naturali urinæ via, noſocomio ſana diſceſſit; ſed injectionibus, quas continuare ob laxitatem veſicæ adhuc ſuperſtitem jubebatur, neglectis, cum in eundem morbum recidiſſet, cathetere & injectionibus aquæ ſaturninæ Goulardi integre ſanata eſt. Ex mala diuturnaque uvulæ inflammatæ curatione paralyſis, ejusdemque prolapſus; uvula deinde forfice abſciſſa vix guttæ ſanguinis duæ effluxerunt, nullo ſequente incommodo. Poſt reſectum pterygium hæmorrhagia magna & inflammatio, viſus demum reparatus. A contuſione inflammatio pudendorum, & ex hac diu celata tumor pugni magnitudine, qui multis reſolventibus fruſtra oppugnatus, tandem inflammatus,

in

in ſuppurationem ductus, apertus & facile curatus. Tumores pudendorum aperiendos eſſe, ſi fieri poteſt, in parte externa; nam ſi interne aperiantur, cicatricem relinquunt, utique partui impedimento futuram. Ex urina, deficiente cathetere, ultra novem dies retenta tandem veſica rupta, & mors. Obſervatio, qua oſtendit panaritium ſæpe a feſtuca digito infixa oriri, quæ tamen cauſa ſæpe & facile animadverſionem effugiat. Partus dolores ruptis aquis evanuerunt, nullo ſecuto partu: inde humores acres carnibus putridis remixti ex utero per tres hebdomadas fluxerunt, abdomine interim tenſo, dolente, orificioque uteri altius aſcendente; ſed tandem dato ad inhibendam putredinem cortice Peruviano, & ſemicupiis cum balneo vaporis ad orificium uteri aperiendum adhibitis fœtus putridus in vaginam ſponte delapſus, facileque ex hac eductus eſt. Manui ebulliente oleo combuſtæ, ubi aqua GOULARDI nihil profuit, applicatum unguentum, ex cera, oleo, & albumine ovi compoſitum, dolores una cum febri illico ſedavit: ſic pedis ab aqua fervida combuſtio, aqua GOULARDI fruſtra tentata, ſanabatur. Hac occaſione monet auctor ſe in ambuſtionibus, in ophthalmia, in cancro aquam GOULARDI inutiliter adhibuiſſe. Dyſuriam in ſene ab acrimonia, ut putat, rheumatica veſicam urinariam afficiente curavit dato gummi guajaci, cremore tartari, ſpirit. C. C. infuſ. flor. ſamb. & pro potu ordinario decoct. ſarſaparillæ & bardanæ, externe vero veſicantibus & balneis pedum. Secundinæ retentæ cum tenſione abdominis, reſpiratione difficili, pulſu parvo inæquali, anxietate, phrenitide, urinæ & lochiorum ſuppreſſione, fruſtra aliis adhibitis, tandem poſt ſemicupium eductæ una cum multo ſanguine fœtido. Laudat aquas minerales oppidi BRÜCKENAU in arthritide, obſtructionibus hepatis, debilitate nervorum, fluore albo &c. RICHTER.

ANTONIUS BALTHASAR, chirurgus. Ejus eſt *pathologia chirurgicalis or heelkondige Ziektkunde geſchikt na de pathologia medicinalis van* GAUBIUS. LEID. 1772. 8. Præter multa phyſiologica, & pathologica huc faciunt de vulneribus judicia. Vulnera cerebelli non refert inter lethalia. De hernia congenita, recte. Hernia cerebri ab occipite ad humerum protenſa. Linguæ ſitus corruptus, ut apice in pharyngis aditu hæreret. Enormis lingua TRIOENI. Cum ſpina bifida nonnullos adoleviſſe. Hernia ſeminalis cum febre & inflammatione. Scirrhos veros internis medicamentis non ſuperari. Raro pultaceos tumores magnos eſſe. Rachitidem eſſe oſſium mollitionem. Tres ſpinæ ventoſæ, vulgaris, maligna. HALLER.

In *Journal de Medecine* T. XXXVII. retulit

LEMOINE, medicus, de cicuta feliciter adhibita & impoſita & pota in mammæ tumore, in ſcrophulis.

DU FRENAI, chirurgus, de hernia incarcerata, gangrænoſa, inteſtino ipſo ſiderato, lumbricis de inteſtino prodeuntibus, tamen ſanata.

LA

La Porte, chirurgus, ventriculus ab abſceſſu critico perforatus, ut cibi prodirent.

Dubrue de la Salle, medicus, dentes in perantiquis ſceletis omnes absque carie conſervati.

Butor de la Creuse, medicus, de ſcirrho uteri.

Roy, chirurgus, polypus uteri, vagina perfecte inverſa: polypus vinculo adſtrictus, ſeparatus, vagina ſponte in ordinem rediit.

Guilhermond, chirurgus, contra Pieti emendatam forcipem.

Roudier, chirurgus, de vulnere abdominis, de quo inteſtinorum tenuium & epiploi pars magna prodibat, in fœmina gravida feliciter ſanato.

Plazanet, chirurgus, de luxatione femoris ex conſiliis chirurgi Du Pouy feliciter repoſita.

Buron, chirurgus, in T. XXXVIII. de diſcrimine hydroceles & ſarcoceles. Poſſe hydrocelen duritie ſua imponere. Funeſta hydrocele cum incraſſatis ligamentis. Pus ſub albuginea tunica effuſum, inciſione emiſſum, cum bonis ægri rebus. Tumor aquoſus hypochondrii prædurus, acu triquetra perforatus, bono eventu. Sic in alio pus emiſſum fœtidiſſimum.

Doneau vaginam concremento carneo clauſam aperuit, tum fungum reſecuit, qui de abdomine pullulabat.

Toutant Beauregard, chirurgus, ophthalmiam aqua vegeto-minerali ſuſtulit.

De Villaine, chirurgus, ſcirrhus uteri ab inflammatione natus, pillulis cicutæ ſuperatus.

Gamare, chirurgus, in fœmina morbida tumor hypochondrii durus urinam ſupprimens, cum perpetua venæ ſectionis neceſſitate.

Guyton, medicus, hernia inguinalis incarcerata ſanata.

Livré, pharmacopola, calculus circa lignum natus, de veſica urinaria fœminæ eductus.

André le Joyant, Sacerdos, pulverem Palmarii a D. de Piron verius inventum, adverſus morſum canis rabidi efficacem expertus eſt.

Chemery Halé, chirurgus, exomphalos gangrænoſus inteſtini, hujus ſeptem unciæ ſideratæ reſectæ, meſenterio ſutura unito, procuratus anus præternaturalis, ſponte tamen clauſus, & malum integre ſublatum. A percuſſione vehementi abſceſſus inter duas calvariæ laminas, pus etiam ſuper duram meningem effuſum, terebrato cranio reſtituta omnia.

Le Boeuf, chirurgus, fractura complicata utriusque oſſis cruris, absque ſpirituoſis, corticis Peruviani uſu ſanata. Haller.

In Rozier *obſervations ſur la Phyſique, ſur l'hiſtoire naturelle & ſur les arts* Paris 1772. 8. aliqua huc faciunt, uti

Chaussier de homine per duos menſes ſuperſtite, cui pars ilei inteſtini, & meſenterii per anum deceſſerat. Calculi in cellulis veſicæ. Calculus iſthmo contractus. Hernia incarcerata umbilicalis per gangrænam lethalis. A retenta placenta perpetuæ hæmorrhagiæ, quæ ceſſarunt eo corpore exemto.

Antonii le Roi de malis a veſtimentis ortis diſſertatio. Haller.

Pieter van Esch *heelkondige waarneemingen en konſtbewerkingen.* Gouda 1772. 8. Veterani chirurgi opus. De venæ ſectione & arteriis venarum loco inciſis. Caries venerea, quæ partem calvariæ deleverat, tinctura myrrhæ & hydrargyro ſanata. Sic fungus, qui duram matrem nudaverat, & calvariam conſumſerat. In carie auctor decies ferro candente uſus eſt, ut os ſiccaret. Aneuryſma ex carie tibiæ natum. Fiſtula lachrymalis rara eſt, eam auctor ſolito more ſanavit. Caput obſtipum reſtituit roborantibus auxiliis, muſculo debiliori impoſitis, dum prævalentem alterum molliebat. In malis venereis præputium & ſidit, & in circulum reſecuit, & demum totum penem amputavit. Compuncto perinæo urinam retentam expedivit. Steatoma feliciter apertum, inter uvulam & tonſillas. Hydrocele perforata. Vulnera: diſciſſa palpebra ſuperior reſtituta: digitus pene totus reſectus reconciliatus. Ulcera varicoſa faſcia circulari egent. Mamma aliquoties feliciter amputata. Caries funeſta vertebrarum ex ictu. Poſt paracenteſin ægri ſæpe perierunt. De fracturis. Flexilis ſedes oſſis humeri fracti. In principio fracta laxe deliganda. Collum femoris fractum male pro luxatione habitum. Condyli femoris ab oſſe evulſi, funeſto eventu. Cubiti magna pars reparata. Teſtudo Vylhornii ad fractam patellam utilis: ſanata etiam patella, quæ in plura fragmenta rupta erat. Amputatione tamen etiam mala interna ſuperata. Haller.

J. Frid. Tolle *obſervationum medico-chirurgicarum biga.* Götting 1772. 4.

J. D. Metzger, M. D. celſ. Com. Regn. Benth. Steinf. Archiater. Ejus *adverſaria medica.* Pars II. Francof. ad Moenum 1778. 8. Sectio IV. hujus operis morbos quosdam chirurgicos continet. Fiſtula cum carie oſſis ſterni, & coſtæ in ægro lue venerea adfecto: inciſione denudato oſſi ſterni ferrum candens, & coſtæ lapis infernalis admotus, interne vero datus mercurius, malum brevi ſuſtulerunt. Caries poſt variolas ab auctore ſæpe obſervata. Obſcuritates corneæ a variolis natæ unguento Sloani, etiam unguento rubro Caroli de St. Yves ſuperatæ. In Vestphalia tertiam incolarum partem ulceribus pedum obnoxiam eſſe, quibus pillulæ magnæ Hofmanni, cortex Peruvianus, lignorum & cicutæ decoctum, & fumus

cam-

camphoratus egregie proſunt. Cancros labiorum magis, quam mammarum in VESTPHALIA graſſari. Ulcus mammæ induratæ, molis præternaturalis, in fœmina lactante, & menſtruis carente, fœtido ichore manans uſu pillularum BECHERI, & extracti cicutæ interno, & cataplaſmate carotæ, redeuntibus menſibus, ſero ſed tamen ſanatum. In Parte II. ſuis obſervationibus contra POTT oſtendit, non oportere in omnibus calvariæ fracturis trepanum adhibere; quinimo in caſu etiam, ubi ſigna extravaſati ſanguinis occurrunt, trepanationem ſæpe non neceſſariam & inutilem eſſe, tum quod ſanguis effuſus ſæpe reſolvi poſſit, tum quod locus extravaſati ſanguinis, conſequenter & ubi trepanum admovendum ſit, ſæpe determinari nequeat. (Dum hæc recenſet celeberrimus RICHTER ſuas ſimul contra POTT doctas perutileſque animadverſiones addit (a).) Labium leporinum cum magna fiſſura oſſis palati primum methodo LOUIS, deinde ſutura cruenta fruſtra tentavit auctor, cum labium a dehiſcente nimis oſſe palati non ſuffultum eam ſuturam bis repetitam nequaquam ſuſtineret: infans ſeptima hebdomada præ inedia mortuus. (Annon ſpongia vel quid ſimile oſſis hiatum repleviſſet? ita RICHTER.) V. *ocul. morb.*

D. A. S. M. D. *notes om* W. BROMFIELDS *two volumes of chirurgical obſervations.* LOND. 1773. 8. Male in trepanum manubrio deſtitutum BROMFIELDIUM invehi. Non neceſſe videri in amputatione nervum ſeorſim ab arteria ligare. PARÆUM, dum luxatus humerus reſtituitur, juſſiſſe ſcapulam reprimi, nec perinde ob emphyſema ſuaſiſſe pectus aperire. Contra ſemicanales, *gorgerets*, obtuſos. HALLER.

Encyclopædical Dictionary of arts and ſciences compiled on a new plan. LONDON 1773. 4. 3. vol. Non laudant cenſores. HALLER.

Epiſtolarum a doctis viris ad ALB. V. HALLER *ſcriptarum* T. I. prodiit BERN. 1773. 8. deinde ad quintum usque eo anno 1779. Varia chirurgica LUDWIGII, HÆNELII, SCHREIBERI, MECKELII. J. GESNERI de TAYLORI encheireſibus. Cum ad cranium usque in epilepticis inciſio facta fuiſſet, levamen adparuit, ut tamen quotquot erant ægri, omnes ex inflammatoria febre paulo poſt perierint, pure ſub dura matre effuſo. GOTTL. EMANUEL HALLER, ALBERTI filius, de rupto umbilico, ut peritonæum & inteſtina propenderent &c. SCHOBINGER de inſigni ſarcomate. Felices curationes HILMERI etiam in DRANII uxore. CYRI curatio cataractæ & acus teretes. Abſceſſus in cerebro hominis ratione ſua bene utentis. HALLER.

JOH. AUGUST. BÜTEFISCH, chirurgus. Ejus *kurze Anweiſung wie ein Lehrling in der Wundarzneykunſt ſich in der Anatomie und Chirurgie die vornehmſten Anfangsgründe bekannt und geläufig machen kann, in Frag- und Antwort abgefaſst. Nebſt einer vorläufigen Anleitung, wie ſich*

(a) *In chirurgiſcher Bibliothek* 4. *Band.* 4. *Stück* pag. 655.

ein rechtſchaffener Diſcipulus Chirurgiæ während ſeiner Lehrzeit aufzuführen, und was für Pflichten derſelbe zu beobachten hat. BRAUNSCHWEIG 1773. 8. alii 1774. 8. Opus pro tyronibus ſcriptum non adeo probat celeb. TODE.

J. DAVID HOMBERG *chirurgiſche Krankheitsgeſchichte, welche die vorzügliche Heilkunſt der äuſſerlich gebrauchten Peruvianiſchen Rinde beſtätigen.* FRANC. ad VIADR. 1773. 8. Ab optimo J. G. HAHNIO vim gangrænæ oppoſitam corticis Peruviani pater auctoris didicerat: filius eam 17. hiſtoriis confirmat, etiam triplicis fracturæ cranii cum carie. Totos alveolares proceſſus delapſos reparatos fuiſſe. Alia cancroſa & gangrænoſa mala eodem cortice ſuperata. Digiti pars cum tendine evulſa, nullo ſuborto gravi ſymptomate. Sterni caries eodem cortice repreſſa.

Ejus *anatomiſche und chirurgiſche Fragen und Antworten.* BRESLAU 1775. 8. Breve compendium Anatomes & Chirurgiæ. Paronychiæ epidemicæ. Ad unguenta plumbea animadverſiones: ceruſſam reliquis medicamentis plumbeis præfert. HALLER.

J. CHRISTOPH HEIL *miſcellanea medico-chirurgica.* ERLANG. 1773. 4. Nunquam GOULARDI medicamenta ſuam ſpem deſtituiſſe. HALLER.

J. MICHAEL MAYER præſ. ISENFLAMM. Diſp. *de difficili in obſervationes anatomicas epicriſi* III. ERLANG. 1773. 4. oſſa pubis flexilia. Cranium deforme in ſene. Atheroma ingens de labio vulvæ reſectum. HALLER.

J. JAC. FUCKER *generalia Medicinæ.* TYRNAV. 1773. 8.

In *Journal de Medecine* T. XXXIX.

LE FEVRE læſa ſpina dorſi ab onere geſtato, inde paralyſis. Mors ab abſceſſu circa os ſacrum. Os ſpongioſum bubulum ex inteſtino recto eductum.

PEUFFIER fractura complicata oſſium faciei ſanata.

MOLMY ex ambuſtione conglutinata duo labia vulvæ, ſcalpello ſoluta.

GUILLEMEAU, medico-chirurgus, de pluſculis hominibus a cane rabido demorſis: ſanati, qui frictione mercuriali mature uſi ſunt, perierunt, qui in mare demerſi.

SYLVESTRE, chirurgus, fractura brachii, caries. Ea ſerra deleta, æger ſanatus.

CHARNAUX, chirurgus, graviditas ventralis, oſſa fœtus per anum ejecta, uterus ſanus, ſed alterum ovarium & tuba deſtructa, rectum inteſtinum perforatum.

DOURLEN hernia incarcerata, inteſtinum gangrænoſum, omentum repoſitum.

THOMASSIN de luxatione pugni graviſſima ruptis ligamentis.

POUPART ophthalmiæ aquam vegeto-mineralem convenire.

MA-

Marie, medicus, absque vulnere viſcerum vomitus ſanguineus in vúlnerato, eventu ſalubri.

Thoyer vulnus capitis, cranium fractum, educta oſſamenta varia, felici eventu.

Maussion, chirurgus, partus inclavatus forcipe expeditus.

Godot, chirurgus, in *Vol.* XL. ulcus ventriculi, etiam in hepate, apertum, ſanatum.

Lempereur de iſchuria graviſſima ſanata.

Majault, chirurgus & medicus, in T. XL. inteſtinum ſtrangulatum gangræna tactum repoſitum & ſanatum.

Idem in T. XLI. fiſtula ani filo plumbeo curata, propriæ acus ope introducto.

Delagarde, medicus, de polypo uterino ad Levreti conſilium ligato, & exciſo.

Gauthier, de Mageti, chirurgi, herniam curandi methodo, per cauſtica medicamenta, quæ olim ſola in uſu erant.

Monballon de inteſtini ſtrangulati ab aliis morbis utcunque adfinibus diſcrimine. Haller.

In *Nov. Act. Phyſ. Med. Acad. Cæſar. Cur.* T. V. Norimberg 1773. 4.

Obſſ. D. C. H. v. Melle, chirurgus & inciſor Petropolitanus: luxatio humeri & claviculæ, rupta ligamenta acromion cum clavicula conjungentia, nova articulatio, & nova ligamenta orta.

Joh. Frider. Consbruch, medicus Würtenbergicus, *obſ.* 21. ulcus cancroſum cum oſſis temporis carie conjunctum, ſeparatum externo cicutæ uſu.

Christian Rud. Hannes *obſ.* 32. calculus ſub lingua exciſus.

Melchior Adam Weickart, medicus Fuldenſis, *obſ.* 39. de ſtruma a vomitorii medicamenti uſu diminuta.

Franc. Zanetti *obſ.* 42. ſecundinæ per menſem & ultra absque noxa retentæ.

Jac. Frid. Isenflamm, Profeſſor Erlangenſis, *obſ.* 49. parotidis ulcus ſalutare.

Jac. Franc. Demachi, pharmacopola, *obſ.* 54. radicis bardanæ decoctum lithontripticum.

Guil. Henr. Sebast. Buchholz, medicus, *obſ.* 57. hiſtoria hydrophobiæ funeſtæ a morſu canis rabidi natæ.

Georg. Flor. Henr. Bruning *obſ.* 65. de ileo, & ea occaſione de hernia incarcerata.

J. Casp. de Rueff *obſ.* 67. caſus alii funeſti, alii felices, morſus canis rabidi.

Gervais *obſ.* 70. calculus octo unciarum felici eventu excifus.

In *Berlin. Samml.* T. V. hiſtoria graviſſimi vulneris ſclopetarii. Haller.

M. E. Bloch's *mediciniſche Bemerkungen.* Berlin 1774. 8. Calculi fellei ex abſceſſu hypochondrii prodierunt, ut ſanitas ſuccederet. Cantharides herpeti utiliter impoſitæ. Palpebra inverſa ad genam adglutinata, bono eventu cultro ſoluta. Ex ira hydrophobia funeſta. Haller.

J. Leberecht Schmucker, primarius chirurgus exercituum Boruſſicorum. Ejus *chirurgiſche Wahrnehmungen I. Theil v. den Verletzungen u. Krankheiten des Haupts.* Berlin 1774. 8. Egregium opus. Chirurgiæ ſtatum in Germania multo quam olim, meliorem eſſe. Studia clari viri & labores. Frigida fomenta capitis vulneribus convenire. Multa exempla mortium vulneribus capitis ſupervenientium, a pure in pia matre effuſo, aut a gelatina, aut demum a bullis quaſi albumine plenis, aut a lympha ſemipurulenta. Proprii vulneris ſclopetarii frontis hiſtoriam narrat. Alii eventus, etiam in graviſſimis malis feliciores fuerunt. Bonum ſignum eſſe, ſi duræ meningis motus ſuperſtes fuerit. Servatus cui globus tormenti majoris, amiſſa equidem velocitatis parte, calvariam percuſſerat, ut reſtituta valetudine nullum tamen ſtrepitum porro ferre poſſet. Sæpius, bonis cum ægri rebus, diſſecta dura mater. Apoſceparniſmus graviſſimus ſanatus. Pars cranii inciſa & elevata reconciliata. Ut ſaucius trium milliarium iter eodem die poſt pugnam abſolverit. Iterum os frontis integris velamentis a globo majori diffractum, ut ſaucius ſervaretur. Ut Auctor vomitu repetito excitato paralyſin a pertranſeunte globo ſclopeti natam ſuperaverit. Septimo anno demum mors, cum caries ab ictu calvariam conſumſiſſet, & pus ſub dura matre effuſum fuiſſet. De chemoſi; in qua hirudinibus multum tribuit. Magna vulnera faciei & maxillæ ſuperioris. Atheroma colli reſectum: ſed plura oportet omittere.

II. *Theil* ibid. eodem anno. Mala pectoris, abdominis & artuum tractantur. 1. vulnera ſclopetaria pulmonis, etiam cum coſtis diffractis feliciter ſanata; ea debere quam ocyſſime deligari, & calido in aëre. Exempta inter coſtas latiores prægrandis pila ferrea, quæ peritonæum in hepatis ſede contuderat. Vulnus diaphragmatis, quod magnam ſui ſpem faciebat. 2. Mammæ ſcirrhoſæ & cancroſæ amputatio, ſæpe feliciter, ut tamen malum deſperatum ſit, quoties glandulæ ſebaceæ Meibomii inflammationem patiuntur. A ſcirrho tamen mammæ amputato aliquando ſpaſmus cynicus fruſtra dato opio funeſtus. Cicuta, & belladonna fruſtra in ſcirrhis tentatæ. Cancer tamen ſanatus emplaſtro nigro ſulphurato Birchholzii, in quo ſunt ſulphur, ſal ammoniacus, cineres clavellati, gummata amara, flores ſulphuris.

3.

3. Paracenteſes aquæ abdominalis extrahendæ cauſa ſuſceptæ, ſæpe repetitæ, a fœminis melius feruntur: cavendum ut fluctuatio utrinque percipiatur, ne magnus forte lien, aut tumidum hepar, ab acu triquetra lædatur. 4. Herniæ. Umbilicalis hernia incarcerata, feliciter inciſa, repoſita. Saccus hernioſus pertenuis. Hernia ventralis ſponte rupta, funeſto eventu. Hernias ſcrotales absque metu recidivæ tunc demum curari, quando apertus ſaccus, ſolutus a vicinis partibus, repoſitis inteſtinis ligatur. III. ZIMMERMANNI hernia: dolor ſummus a filo hinc omento, inde teſti adnato; quod reſecari oportuit; ſcarificationem annuli hic non fuiſſe profuturam. Herniæ incarceratæ, etiam in decolore inteſtino ſectione curatæ. Hydrocele. Frequentes hydatides in hoc malo, quas oportet in pus verti. Sarcocele aliquoties curata. Magnam hydrocelem melius perforari, deinde, quando aqua renata eſt, incidi. Sarcocele: teſticulus aliquoties exciſus, aut ligato funiculo ſibi relictus, ut ſponte delaberetur: præſtare longe funiculum a vicinis partibus ſeparare, reſecare ſub vinculo, ut id, quod ſub eo vinculo eſt, cum celluloſa tela non cohæreat. 5. Sectio calculi. Auctor, le DRANII diſcipulus, ejus productam ſectionem urethræ præfert, cum in Cheſeldeniana inciſione plurimum ſit periculum, niſi chirurgus apprime exercitatus fuerit: exempla felicis ſectionis, etiam cum grandi, ſeſcunce graviori, calculo æger laboraret. Incontinentia urinæ ſuperata, pene compreſſo, lotio, quantum ejus fieri poterat, retento quoad veſica dilataretur. 6. Puncturam FLURANTII noſter valde laudat, & feliciter exercuit, qua per ipſum rectum inteſtinum veſica compungitur, quoties urina cum periculo retinetur. 7. Aneuryſma ſpurium adgnitum, curatum, pulſus lente rediit. 8. Amputationem multo infrequentius requiri, eſſe tamen, ubi vitari nequeat. Exempla feliciſſima artuum a globis tormentariis amputatorum, nulla nova ſuſcepta amputatione. Felix in graviſſimis ſclopetariis vulneribus uſus corticis Peruviani, & acoris mineralis. 9. De morſu canis rabidi memorabilis diſſertatio. Sæpiſſime ſe & alios ſcarificato vulnere, inſperſo pulvere cantharidum, demorſos homines certæ perniciei eripuiſſe. Exempla poſt 40. dies ſupervenientis hydrophobiæ, alia ubi intra 36. horas necem intulit. Nunquam hydrophobos vidit momordiſſe, etiam cum furori eſſent proximi. HALLER.

Ejus *vermiſchte chirurgiſche Schriften. Erſter Band. Mit Kupferſtichen.* BERLIN 1776. 8. Primum ipſe SCHMUCKER fuſe agit de amputatione membrorum, tradit imprimis hiſtoriam hujus operationis, deinde canones, quorum aliqui hic ſequuntur: congelatum membrum ſubito calori imprudenter expoſitum, indeque gangrænoſum factum amputandum. Si gangræna, a cauſa interna orta, jam non ultra proſerpſerit, & de membro jam actum ſit, tunc ad amputationem ſine mora recurrendum. (Horum duorum canonum rationem deſiderat Cl. RICHTER non absque modeſtia certe ſingulari, quum ipſe paratus ſit, his oppoſitam, quam hactenus pro vera habuit,

buit, ſententiam revocare, ſi meliora edoctus fuerit.) Si caries oſſium ab interna cauſa nata, & mitibus medicamentis non ceſſerit, amputare neceſſe eſt. Hanc neceſſitatem per ſuas obſervationes oſtendit: caries pedis, cujus vera cauſa interna fuit ſuppreſſio menſium, externa autem occaſionalis, venæ ſectio, qua tamen nihil lædebatur; ægra per biennium maximis doloribus excruciata, tandem amputatione pedis ſervata. Caries in pede a levi ictu, ubi iterum amputatio optime ſucceſſit, non obſtante quod fœmina hectica fuerit. Etiam caries oſſium a cauſa externa orta, late ſerpens, & lenioribus remediis non obtemperans, certis ſub conditionibus, quas circumſtantiæ, & prudens chirurgi judicium determinaverit, amputationem requirit. (Schmuckerum hic laudat Cl. Richter, quod primus hucusque fuerit, qui exactius propria experientia edoctus determinaverit caſus & circumſtantias, in quibus adminiſtratio hæc inevitabiliter locum habere debeat.) Hirudinum deſcriptio, horum animalculorum icones, uſus medicus, & caſus, in quibus proſint, & aliquando veſicatoriis, & aliis remediis præferendæ ſint. Deſcriptio machinæ ad fracturam oſſis femoris, a J. A. Theden inventæ, quæ ob ſuam commoditatem, ſimplicitatem, & pretium non magnum variis ſui generis machinis præponi meretur.

Plock de utilitate aſſæ fœtidæ contra cariem, quam ſequenti modo exhibet auctor: ℞. *Aſſæ fœtidæ unc. j. Pulv. Oſtracoderm. unc. β. Camph. dr. β.* Bis de die ſumat inde æger ſcr. j. aſcendendo usque ad dr. j. Caſus quatuor narrat, in quibus hoc medicamentum integram hujus mali, tum ab interna tum ab externa cauſa nati, curationem fecit. (Malum pus emendari hoc remedio expertus eſt & Cl. Richter; ideoque in ejusmodi caſibus conſideratione chirurgi dignum eſſe ait.)

Evers varias impetiginis cauſas & curationes exhibet. Bellamdonnam in morbo hypochondriaco, & in paralyſi commendat.

Bingert de omenti abſceſſu ob vehementem ad regionem ventriculi ictum, poſt varia ſymptomata integro anno fere ſævientia, tandem pure copioſo inciſione emiſſo æger quidem reſtitutus, excepta hernia ſuperſtite. Vulnus juxta vertebras lumborum inflictum ita, ut inſtrumentum ad latus ſiniſtrum umbilici exiret; fæces ex utroque vulnere egrediebantur, per anum vero nullæ; tamen poſt 6. hebdomadas æger integre reſtitutus. Calculus aquæ calcis ex conchis, & ſaponis uſu ita imminutus, ut in urethram prolapſus, inde vero ſectione eductus fuerit. Inteſtina a lumbricis perforata de pube per abſceſſum egredientibus: ulcus deinde facile ſanatum. Tumor ad anum poſt 6. annos tandem dolens, ſponteque apertus, in quo calculus parvus capſulæ calloſæ incluſus reperiebatur: capſula partim ſcarificata, partim exciſa, felici eventu. Fiſtula urinaria poſt curam luis venereæ orta, feliciter curata. Sic alii duo conſimiles caſus. Excreſcentia carnoſa inteſtini recti, una cum eodem inteſtino prolapſa, quæ dum nullo modo reponi potuiſſet, ſponte

te tandem fruſtatim decidit, cum bonis ægri rebus; ſed paulo poſt ſimile iterum corpus renatum de ano prodiit, atque tunc felici eventu reſciſſum. Teſticulus cancroſus, pugni magnitudine, reſectus felici eventu. De utilitate aquæ frigidæ, in articulorum vulneribus, exemplis duobus comprobata.

SCHUMACHER fiſtulam ani conſueto more incidit, & poſt operationem eandem fiſtulam una ex parte cum veſica, ex qua urinam hauſerat, communicantem, & alia ex parte profundius ſub nates demerſam vidit: ſedata vero inflammatione, & facta deinde nova inciſione naturalem urinæ viam reſtituit, ægrumque ſervavit. Polypus naſi in œſophagum propendens evulſus, uncias tres cum dimidia pendebat: nata inde hæmorrhagia ingens ſtypticis ſuppreſſa. Cutis ſcroti & penis per gangrænam conſumta, & nata nova epidermide compenſata. Tumor ſteatomatoſus 3. unciarum inter duram & piam matrem repertus in cadavere hominis, qui per multos annos hæmorrhoidibus, triſtitiæ, animi deliquiis obnoxius & continuo tremore pedis dextri vexatus erat, tandemque apoplecticus periit. De vulnere oſſis bregmatis ſanato quidem, ſed dolore capitis cum vertigine ſuperſtite: poſt 16. annos vero inſultibus apoplecticis obnoxius factus erat, quos ſymptoma ſane mirabile comitabatur; cum æger, etſi compos ſui, tamen, repugnante etiam voluntate, pronunciare numeros ab unitate incipiendo ad centum usque ſine interruptione debuerit: hujus ægri tandem apoplexia exſtincti anatome.

WURM miles ſæpe ſui conſcientiam repente amiſerat, percepta ante hoſce inſultus ingrata ſenſatione ſupra marginem orbitæ ſiniſtræ; (percuſſio ibi magna ante aliquot ſeptimanas facta fuerat) demum inſtituta ibidem trepanatione, eductoque extravaſato ſanguine æger feliciter reſtitutus eſt.

GEISLER a vulnere ſclopetario exiguo, cum ſola integumenta oſſis frontis læderentur, natus tumor œdematoſus totius capitis, & ſeparatio cutis ab utroque oſſe bregmatis; qui locus in ſuppurationem abivit; pus vero eductum eſt, & deinde compreſſio cutis facta feliciter, ut brevi iterum oſſibus accreverit.

KÖHLER de magna cerebri concuſſione, ſanata: ubi notandum, a fomentis calidis ægram ſemper pejus habuiſſe: hinc fomenta calida in vulneribus capitis nocere, frigida autem prodeſſe concludit Cl. SCHMUCKER.

PISTOR vulnus oſſis frontis & cerebri lethale.

RAMDOHR vulnus ſclopetarium cerebri, remanente in ſubſtantia medullari globo plumbeo, poſt 4. hebdomadas lethale.

Reisenbach manus a rota molendini avulſa; ulnæ prominens pars ſponte a natura ſeparata, radii vero pars prominens, quod longum eſſet naturæ molimen expectare, ſerra feliciter ablata eſt.

Sellie mirabilis caſus luxatæ vertebræ colli cum miris ſymptomatibus, in præcipitato ex equo homine, reſtitutæ felici eventu.

Riediger de luxatis ultima dorſi, & prima lumborum vertebris a corpore gravi ſupra dorſum lapſo, poſt 6. hebdomadas ſanatis.

Sponitzer de oſſe præacuto, duos pollices longo, quod in inteſtinis colicos dolores cum febre & vomendi conatibus excitaverat, tandem per anum digitis extracto feliciter. De vulnere ſclopetario pulmonis ſanato, ita ut poſtea per multos annos vixerit æger. De tumore dolorifico in dextro abdominis latere ſponte nato, apertoque deinde in fiſtulam ſtercoraceam, per quam & cibi crudi, & fæces, deſerta penitus ani via, prodibant: fiſtula preſſione clauſa, & ſtercoribus naturalis via procurata.

Gödücke de excreſcentia fungoſa in articulo poſt levem contuſionem nata, & abſciſſa deinde abſque notabili hæmorrhagia: verum cum ſæpius recreſceret, abſcinderetur que, tandem cancroſa facta mortem intulit. De fiſſura tibiæ ab equo calcitrante cauſata, facile curata. De pulmonum abſceſſu poſt peripneumoniam, qui poſt ſeſquialterum annum in latere dextro columnæ vertebrarum, ad 6. & 7. coſtam veram, dolorem ingentem fecerat; hinc urgente periculo, etſi nullus ibi tumor adpareret, operatio inſtituta eſt, eductoque pure inter paucas hebdomadas æger evaſit. Cel. Richter tamen dubitat fuiſſe hujus mali ſedem in ipſo pulmone, ſed potius inter pulmonem & pleuram; propterea quod auctor nullam mentionem facit ſymptomatum, quæ abſceſſum pulmonis concomitari ſolent.

Kühn tumor in ſura ſuperveniens doloribus lancinantibus a tranſiliendo foſſam natis, & per ſeſquialterum annum perdurantibus, ſerius tandem annuente ægro apertus, ubi muſculi jam conſumti, & oſſa carioſa reperiebantur: veſperi poſt operationem febris cum furore, ſequenti die gangræna, quinta die mors. Abſceſſus a ſpontanea inflammatione nati, & ſucceſſive diverſis in corporis partibus, uti in collo, brachio, crure, & ultimo in pede apparentes, ingentemque puris copiam fundentes, tandem cortice Peruviano & radice biſtortæ ſuperati.

Jung manus abſecta ita, ut mediante ſolum muſculo flexore indicis penderet, tamen abſque ulla exfoliatione feliciter curata, niſi quod digiti immobiles manſerint.

Hoffmann brachium totum, exceptis muſculo bicipiti & vaſis majoribus, reſciſſum, tamen ſine exfoliatione reconciliatum, ſed nonnihil incurvatum permanens.

Schopper furunculus in dorſo ingentis magnitudinis, in medio ſui totus gangrænoſus, cum vehementi febre, & furore, ſcarificata parte viva

&

& gangrænoſa, applicatis digeſtivis, ſale ammoniaco, & cortice Peruviano, hocque & interne ſumto, feliciter ſuperatus. Cl. SCHMUCKER ibidem animadverſiones ſuas in ejusmodi furunculos facit, horumque cauſas, diagnoſin, prognoſin, & curationem addit.

HORN de morte repentina duorum militum ab immoderato eſu panis recenter coċti: quorum in cadaveribus inteſtina in ingentem molem aëre expanſa, & peculiari modo contorta reperta ſunt. Veterinarios ſimili in caſu acu triquetra (*trocar*) aërem in brutis animalibus evocare. (An non & in hominibus quid ſimile tentandum? RICHTER.)

CRAMER aneuryſma arteriæ compreſſione ſanatum.

BLOCH de homine, qui 102. aciculas, 150. claviculos, acus crinales, fibulas, nummos, vitra, &c. deglutiverat, ſenſimque per alvum excreverat, nullo incommodo, ſi vomitus frequentes excipias.

KÖHLER de infuſione ſolutionis tartari emetici in venam brachii feliciter tentata, qua vomitus excitatus militem a tendinis fruſto deglutito, & in œſophago hærente liberavit; ſed inflammatio brachii ingens ſequebatur, quæ tamen intra 3. hebdomadas ſublata eſt. (Quæ hic objici poſſent auctori, diluuntur & felici hoc eventu, & variis a LIBERKÛHNIO ſimilibus experimentis in animalibus captis. RICHTER.)

SELLIE caries a lue venerea inunctione mercuriali feliciter ſuperata.

HAGEN urinæ, ob vaginam uteri a partu difficili gangrænoſam, incontinentia, adſtringentibus medicamentis externe applicatis ſenſim correcta. A neglecto inteſtini coli per anum prolapſu gangræna, & mors.

RIESENBACH infans 5. dies natus non exiguam copiam ſanguinis ore ejecit, absque malo eventu.

GIESEMANN in partu, ob vaginæ prolapſum, difficili, fœtus inciſa juxta totam longitudinem vagina feliciter expeditus, & fœmina poſtea ter impægnata totidem faciles partus habuit.

DIBBEL fœmina partui vicina in umbilicum vehementer percuſa, dolores inde nati repetitis venæ ſectionibus imminuti, ſed in ſiniſtra inguinis regione, poſt partum tumor aparuit, quo aperto pus, ſanguis, & omenti fruſta prodiere, felici eventu. RICHTER.

In *ſocietatis medicæ Hafnienſis collectaneorum volumine* I. HAFNIÆ 1774. 8.

J. HENR. SCHOENHEIDER cancrum labii ſanavit medicamentis ſaturninis.

HENRICUS CALLISEN ſinum falciformem duræ matris aperuit, neque quidquam inde mali ſecutum eſt. A linctu canis rabidi infectio & hydrophobia, omnibus fruſtra tentatis, lethalis.

Salom. Gottlieb de Meza poſt 28. paracenteſes fœmina hydropica demum mortua.

J. Frid. Gabriel Gottlieb Sibbern tumorem capitis aperuit, cariem cranii detexit, non difficulter ſanavit.

Severinus Abildgaard vidit vomitum gravem ſupervenire, quoties chirurgus cyſticum frontis tumorem tentabat ligare.

J. Philip. Royert de curatione ſimplici & felici in noſodochio puerperis deſtinato Hafnienſi. Ex 337. partubus 295. naturales fuerunt. Ad obliquum uterum refrigerantia adhibentur, & ſanguis mittitur. Haller.

Geſchichte und Verſuche einer chirurgiſchen Privatgeſellſchaft zu Koppenhagen. Hafniæ 1774. 8. Ea ſocietas præſide medico hic non nominato coaluit. Conſtituerunt diſputando ſe exercere & elaboratis diſputationibus, quibus præmia propoſita mereantur.

V. der Breilie (vel Breilhe) de talo exſtante exemto, tantoque malo faſcia 24. capitum ſanato.

Sibbern cicutæ interno & externo uſu cancer mammæ mundatus, ſcirrhus cancroſus multum levatus.

Bergen Grun morſum canis rabidi ſanavit, profunda inciſione, & multa ſuppuratione vulneris.

Winslow ferulis Sharpianis absque lectulo fracturam complicatam curavit.

Garhof fracturam mali circulari faſcia tentatam in gangrænam vidit abire.

Einfeld hominem ex hernia incarcerata laborantem ſervavit, cum gangræna præſto eſſet.

Friese de tumore linguæ inſolito; eum inciſum, cataplaſmate cervici adpoſito curavit, ut quaſi cortex de lingua decederet.

Capito medicamento Goulardi ſanavit ulcus cancroſum.

Petersen de morte ſubita retulit, in hernia incarcerata poſt datum emeticum medicamentum ſuperveniente.

Troester grave vulnus muſculi temporalis ſanavit. Mors poſt multa mala, cum veſica craſſa, tumor ſub ea clauſus & ren ulceroſus eſſet. Haller.

In *Journal de Medecine* T. XLI.

Bouvet, chirurgus, retulit de calculo uterino in cyſtide incluſo, cum chirurgus tumorem ligaret, elapſo.

A. Figuet, chirurgus, uterus ab obſtetrice evulſus, funeſto eventu.

Lassauzee, chirurgus, prælum ex lamina cuprea factum.

Che-

CHEMERY, chirurgus, plures calculi de veſica infantis educti: membrana veſicæ una deceſſit.

JEAN NOÉ, partus difficilis cum colli uteri deſcenſu & vagina inverſa. HALLER.

Genees en heelkondige proeven en aanmerkingen uyt de Philoſophiſche tranſaction. AMSTERDAM 1774. Germanice etiam *auſerleſene Abhandlungen practiſchen und chirurgiſchen Inhalts aus den E. tranſactionen.* LÜBECK 1774. 8. HALLER.

In *Medical Magazine.* LONDON 1774. 8. Compendium etiam Chirurgiæ traditur. HALLER.

Mediciniſch- und chirurgiſche Bibliothek. KOPPENH. 1774. 8. Ignotus auctor præter cenſuras librorum, non eas mitiſſimas, obſervationes etiam proprias admiſcet. HALLER.

J. CHRISTIAN HUHN, *obſervationes nonnullæ medico-chirurgicæ ex* INDIA *orientali.* ERLANG 1774. 4. In fervida BENGALA ulcera leviſſima facile in gangrænam tranſire. Caries venerea aqua phagedænica curata. HALLER.

FRANCISCI SEGURA, Valentini, *de differentiis ulcerum, de tumoribus, & de vulneribus ſclopetorum,* opus ineditum. Ita C. de V.

Chirurgia M. S. B. LEHMANNI.

In *Journal de Medecine* T. XLII.

PELLIER de cataracta ſingulari, mobili, membranacea, variis prius tentatis, forcipe, & forfice tandem feliciter extracta.

VESPRE de utero rupto, eventu lethali.

TESZART de fiſtula ductus Stenoniani, ſanata.

DUPOUY theoria contrafiſſuræ (*contre coup*) quæ fieri obſervatur in ſingulis humani corporis partibus, præſertim in capite.

MILLERET hydrops poſt abortum a metaſtaſi lactis: & cum ægra paracenteſin renueret, ſponte tandem umbilicus rumpebatur, effluente aqua lacteſcente primum, deinde liquore acri, fœtido, una cum inteſtinorum fæcibus: cumque brevi poſt renaſceretur hydrops, paracenteſis inſtituta, & ægra ſervata eſt.

POUMEL de vulnere ſclopetario pectori, illæſis pulmonibus, inflicto, & magnis ſtipato ſymptomatibus, tamen feliciter curato, ſuperſtite ſolummodo per annum oſſis ſterni fiſtula.

RAILLARD de hernia incarcerata per operationem feliciter repoſita quidem, ſed ægri culpa elapſum deinde omentum incarcerabatur, & recuſante ægro operationem, in gangrænam tranſiit, & fruſtatim decidit, donec ulcus penitus clauderetur.

BOURLEYRE de carie oſſis ſacri, aqua mercuriali ſuperata, poſt felicem ejuſdem oſſis exfoliationem.

Giroud poſt partum felicem reperta in utero veſica, quæ exemta ſolo aëre expanſa eſſe deprehendebatur; hoc enim emiſſo illico collapſa eſt.

Jussy hæmorrhagiam vulneratæ arteriæ cruralis ſine ligatura compreſſit.

Gauthier vulneratum tendinem Achillis ſolo apto ſitu reſtituit.

Fournier in ventriculo ad remum damnati hominis, tandem defuncti, reperit varia corpora, uti ligni fruſta, cochlear ſtanneum, claviculos, fibulas, quæ ſimul libram unam & drachmas 10. pendebant.

Bourienne vulnus ad renem usque penetrans cum gravibus ſymptomatibus, & urina cruenta, tamen ſanatum poſt 24. dies. Richter.

Joannis Schnierer diſputatio inauguralis, in qua *extiſpicia cadaverum decem.* Wien 1775. 8. Sectio cadaveris II. eſt hominis calculoſi. Sectio IV. eſt cadaveris puellæ a cane demorſæ, cui adjecta eſt hiſtoria morbi.

In *Journal de Medecine*, *Chirurgie*, *Pharmacie* &c. T. XLIII.

Bosc de la Roberdiere demonſtrat contra Peyrillhum, non hunc ſed Sylvium omnium primum fuiſſe, qui ſales alcalinos volatiles adverſus miaſma venereum commendaverit.

Gauthier narrat caſus herniarum cauſticis curatarum; atque, ut omnis lis evitetur, hernioſos ab ipſis chirurgis dari ſibi poſcit, hos certe radicaliter ſe curaturum promittit.

Bourienne de collectionibus puris inter muſculos abdominales; ægri duo, pure audaci inciſione emiſſo, feliciter ſanati; unus ob diagnoſin ignoratam mortuus.

Becherel viſus a ſuppreſſis menſibus penitus ablatus, qui reſtitutis per venæ ſectiones menſibus, ſenſim rediit.

Lapeyre empyema in infante, felici operatione curatum.

Otteras magna pars oſſis humeri ſponte ſeparata, & felici eventu educta, quæ forte a natura deinde reſtituta eſt, cum priſtina brachii firmitas, ſanato ulcere, redierit.

Carlier vulnus ſclopetarium prope genu inflictum, absque amputatione, licet neceſſaria videretur, tamen ſanatum.

Pujol ſphacelum aliquoties interno & externo corticis Peruviani uſu feliciter ſuperavit, ſine amputatione.

Juville agit de bracheriis, & regulas dat pro his conficiendis.

Thomasin juvenis 18. annorum hucusque ſemper ſanus, tandem ob onaniam (manuſtuprationem) morbo rachitico ſummopere correptus periit.

Cha-

CHANOY tendo Achillis ruptus, & apto ſitu curatus.

PIETSCH putat ſe obſervaſſe os crani denudatum, ſublividum, tamen nullam ſecutam exfoliationem, ſed carne tandem renaſcente obductum fuiſſe.

BOURLEYRE de methodo BELLOSTII in exfoliatione oſſium cranii obſervanda, cujus uſum limitandum eſſe contendit.

JALOUSET fœmina cum miro uteri prolapſu, tamen impraegnata, & partus deinde impoſſibilis inciſo uteri prolapſi ore feliciter expeditus.

DUCHANOY contra recentiores quosdam adfirmat faſcias ad ruptum tendinem Achillis conſolidandum neceſſarias eſſe.

MONTBALLON idem cum DUCHANOY quidem ſentit, dummodo extenſio pedis, & flexio genu non ſit nimia, ac incommoditatem, doloresque pariat.

FIGUET peſſarium in uteri prolapſu geſtatum, inſolitæ magnitudinis, cum nequaquam extrahi potuiſſet, tandem forcipe obſtetricia LEVRETI, opinione citius, extractum eſt.

FILLION vulnus a bove cornipeto inflictum, in abdomen inque inteſtinum jejunum penetrans, tamen poſt duos menſes ſanatum. RICHTER.

Abhandlungen aus der Naturgeſchichte, practiſchen Arzneykunſt und Chirurgie, aus den Schriften der Haarlemer und anderen holländiſchen Geſellſchaften. Erſter Band, mit Kupfern. LEIPZ. 1775. 8. Quæ hic continentur ſuis locis jam dicta ſunt.

Abhandlungen der Seeländiſchen Geſellſchaft der Wiſſenſchaften zu VLISSINGEN. *Des erſten Theils, erſter Abſchnitt, welcher die zur Medicin und Chirurgie gehörigen Aufſätze in ſich enthält. Ueberſezt* &c. GIESSEN 1775. 8. Et hæc jam dicta ſunt.

GOULARDS *chirurgiſche Werke, mit einer Vorrede verſehen von* VOGEL. 2. *Theile.* LÜBECK 1775. 8.

In *Adverſ. medico-pract. Vol.* III. P. IV. LIPSIÆ 1774. 8.

REICHEL de carie venerea in oſſe femoris; ſed ea quæ refert, deſcripſit ex diſſertatione inaug. D. KNOLLE, quæ LIPSIÆ a. 1763. prodiit: cæterum quæ ſub finem de diverſis cariei ſpeciebus, & curationibus narrantur, alioquin nota ſunt, & parvi momenti. De hernia ſingulari incarcerata in puero: operatio non inſtituta, puer mortuus. RICHTER.

In *Journal de Medecine* T. XLIV.

LEAUTAUD mala ſymptomata a clauſo ulcere pedis maligno, venæ ſectionibus, & emollientibus externe applicatis, apertoque iterum ulcere ſublata. De nova methodo applicandi fonticulos: lapidi nempe infernali ſubſtituit ſaponem viridem & calcem vivam: cæterum eadem cum antiqua methodo.

JUVIL-

Juville iterum de bracheriis. Ejus peſſarium.

Gallot vulnus capitis ſanatum. De remedio contra tæniam: eſt *polypodium filix mas.*

Morin de abſceſſibus hepatis poſt vulnera capitis, quos per conſenſum nervorum fieri aſſerit.

Charnaux vulnus arteriæ in carpo absque ligatura ſanatum. Richter.

Christian Ehrenfried Rückert, phyſicus Neoſtadienſis. Ejus *Früchte der Einſamkeit, beſtehend in verſchiedenen phyſikaliſchen, mediciniſchen, und chirurgiſchen Zeitverkürzungen. Erſtes, zweytes, drittes Stück* Breslau....8. De hoc libro judicium Celeb. Richteri cum verſibus Ovidii, ni fallor, coincidit:

— — — — rudis indigeſtaque moles;
Nec quicquam, niſi pondus iners, cogeſtaque eodem
Non bene junctarum diſcordia ſemina rerum.

Joh. Clemens Tode, Profeſſor Hafnienſis, Archiater, Coll. Medici, Soc. Med. Hav. membrum. Vir celebris, qui a. 1774. incepit edere *mediciniſche chirurgiſche Bibliothek.* Koppenhagen 8.

Henrici Frider. Kochii *diſſ. inaug. obſervationes medico-chirurgicas continens.* Kiel 1775. 4. Prima obſervatio eſt ſingularis de læſione capitis ex lapſu de arbore: æger evaſit. Altera eſt de paracenteſi quarta vice inſtituta, quam mors ſecuta eſt. Richter.

In *Medical Tranſact.* &c. London 1775. 8.

Else retulit de carie interna oſſis humeri, facta magna inciſione, & eductis fragmentis oſſeis feliciter ſanata.

Coyte de moneta deglutita, & in œſophago hærente, tandemque in ventriculum detruſa, nullo ſuperveniente incommodo, quæ poſt ſeſquialterum annum, ſumtis ob febrem bilioſam draſticis, citra opinionem per anum ejecta eſt.

Power in ſphacelo feliciter uſus eſt cataplaſmate fermentante ex farina tritici cum melle & aqua confecto: etiam in ulceribus putridis præſtans eſſe remedium ait. Richter.

In *Societatis Medicæ Hafnienſis Collect. Vol.* II. Hafniæ 1775. 8.

Meza retulit de efflorefcentiis cutaneis faciei & colli, impetigini ſimilibus, quæ pomorum malis magno appetitu ſpontaneo per 3. hebdomadas largiter ſumtis curabantur: credit morbum hunc ortum a ſordibus bilioſis, quæ per acidum pomorum correctæ fuerint.

Saxtorph de partu difficili, in quo prodeunte quidem capite fœtus, reliquæ partes retardabantur a ſacco aqua pleno, & intra pedes infantis ſito, quo levi attactu rupto, fœtus integre prodiit. Alius conſimilis caſus; ubi

ubi eodem in loco hernia, nec tamen vel minimum impeditus fuit partus. Cataracta ſingularis in ſene reperta: tunica nempe capſulæ anterior pellucida, poſterior vero opaca, & humori vitreo fortiter adhærens; etiam hinc inde oſſea. De obliquitate uteri, & de variis ejus cauſis fuſe agit. De vario capitis fœtus ſitu, quem in partu prægnoſci oporteat.

Callisen de hydrope ovarii, falſo pro hydrope abdominis habito, inſtituta quidem ſæpius feliciter paracenteſi, eductisque copioſis aquis, tamen lethali. De calli in oſſis fractis generatione.

Tode de pupilla a nativitate vitioſa: ſemiperipheria inferior oblonga erat, viſus tamen non depravatus, niſi quod ſuperiora objecta minus diſtincte, quam inferiora diſcerni potuerint. De tumore poſt febrem malignam metaſtatico in latere pectoris dextro, mox ſub clavicula, qui febri aliisque malis ſymptomatibus ſtipatus, & ſine ulla fluctuatione percepta immutatus permanſit; tandem 13. die evaneſcentibus repente ſymptomatibus, aucta vero reſpirandi difficultate, æger periit: in cadavere ulcus ſub coſta prima purulentum, apertumque in cavum pectoris, & coſtæ duæ, lobusque pulmonis dexter pure exeſa reperiebantur. Quare monet ſimilium tumorum inciſionem differre tutum non eſſe.

Helm de rupto utero in partu difficili.

Rogert de colli uteri, & vaginæ dilaceratione lethali. Richter.

In *Hiſtoire de l'Acad.* &c. Paris 1775. 4. refertur de fœtu, qui ſine cerebro 8. horas poſt partum vixit: medulla ſpinalis debitæ conformationis erat.

Henckel in epiſtola ad Morandum miſſa refert: ſe, poſt partum bene formati infantis, in ſecundinis receptaculum quoddam inveniſſe, in quo embrio duorum pollicum longitudine, totus informis, & capite deſtitutus erat.

Perret catulo felis, cui palpebrarum loco membrana craſſa utramque pupillam tegebat, viſum conciliavit, membrana per medium in duas partes diviſa, ita ut deinde palpebras referret.

Housset in recens nata puella, brevique poſt partum mortua repertus tumor magnus, mollis, albus, aqua & pinguedine refertus a quarta lumborum vertebra ad ſymphyſin oſſium pubis usque porrectus, ut totum inter nates & femora ſpatium occuparet: partes etiam genitales, & anus ſitum præternaturalem tenebant. Nodus, ſenſim in figuram calcar galli gallinacei referentem excreſcens, feliciter absque dolore & hæmorrhagia amputatus. Liquor lymphaticus de mammis puellæ undecim annos natæ, non ſtatis temporibus, frequenter exſtillans. Simile exemplum lactis ex viri mammis ſtillantis. Richter.

In *Journal de Med.* T. XLIV. Paris 1775.

Imbert fiſtulæ duæ ſalivales in gena natæ ab inflammatione in ſuppurationem malam degenerante, quarum una feliciter preſſione ſanata, non ita altera.

Beillard a diſrupto ſub exploſione ſclopeto læſa manus adeo, ut cum poſtea chirurgi uno conſenſu amputationem ſuaderent, quam tamen æger abnuit. Beillard itaque ſpirituoſa applicuit, & dum, poſt validam inflammationem, malamque ſuppurationem, ſequeretur exfoliatio, eſſentia terebinthinæ uſus eſt, tandem felici eventu. (Ego, inquit, Celeb. Richter ſimilem prorſus ab eadem cauſa læſionem manus curavi longe citius, ſine exfoliatione, & fere ſine febre, ſineque omni malo ſymptomate, ſolis emollientibus applicatis, & cum præſens eſſet ſuppuratio, ſolis linteis carptis.)

Marchand de ſimplici ſua methodo curandi abſceſſus ani. Aciculam, quam petulans juvenis ſibi in urethram immiſerat, ad penis radicem jam delapſam, acu textoria, una ſui extremitate globo picis ſutoriæ probe adaptato inſtructa, & in urethram data, feliciter extraxit. (Cereus forte tutius, faciliusque adhibitus fuiſſet. Ita Richter.)

In *Philoſophical Tranſactions Vol.* LXV. London 1775. 4.

Cooper geminorum alter naturaliter formatus, alter vero capite, cerebro, medulla ſpinali, collo brachiis, corde, pulmone, diaphragmate, ventriculo, hepate, & renibus deſtitutus, partes genitales tamen bene formatæ; arteriæ & venæ una cum ſanguine rubro contento manifeſte conſpiciebantur.

Gooch fuſe agit de amputatione ſupra genu, in qua duplex ſectio inutilis ſit ad prohibendam oſſis prominentiam, quam rarius accidere contendit, ſi cutis una cum carne ad os usque unica tantum inciſione ſeparetur, idque ſuis obſervationibus conatur oſtendere (auctori quædam opponit Celeb. Richter (a).) De aneuryſmatibus cruralis arteriæ.

In *Medical and Philoſophical Comment.* Lond. 1775.

Whitc ſaturni uſum externum innocuum eſſe defendit, idque exemplis probat.

Gordon ſurditas ſalivationis ope ſublata.

Cockson fœminam 27. annorum, cui de utero menſtruante primum liquor ſubviridis, fœtens, tandemque & vermes, ſimiles erucis in braſſica habitantibus, prodibant, injectionibus decocti chamomillæ, & abſinthii cum oleo olivarum per 3. hebdomadas quotidie bis factis liberavit, ut malum poſtea nunquam rediret. De homine, cui, amiſſis ſucceſſive dentibus omnibus, novi iterum, cum annum ageret ſexageſimum, dentes ſub maximis doloribus intra 20. dies ſucceſſerint.

Ale-

(a) *In chirurgiſcher Bibl. des* 4. *Bandes* 2. *Stück. p.* 287.

Alexander fœmina etſi ſexto jam graviditatis menſe doloribus ſpuriis cum aquarum effluxu per varia temporis intervalla tentaretur, tamen poſt nonum menſem primo peperit infantem ſanum, firmumque; atque tali prorſus modo tres deinceps partus edidit.

Finney in atreta hymen, ſacci ad inſtar tumidum, propendens, quod conſueta methodo inciſum digiti craſſitiem æquabat.

Percival duo exempla convulſionis & paralyſis ab uſu ſaturni externo. (Celeb. Richter tamen adnotat non ſatis patere, num effectus iſti plumbo adſcribendi ſint). In aqua Goulardi, examine inſtituto, parum ſaturni contineri adfirmat; hinc forte rationem repetendam, cur hoc remedium raro noxium ſit. Interim tamen, ſi magis plumbo impraegnata ſit, vel magna quantitate adhibeatur, nocere ſuis probat obſervationibus.

Hill de tumore quodam ſingulari palpebræ in infante 15. menſium feliciter exſtirpato, niſi quod hæmorrhagia difficulter ſiſti potuerit.

Saunders felices quosdam effectus electricitatis in paralyſi enarrat.

Dobson magnam oculorum inflammationem, tentatis fruſtra veſicatoriis, ſanguiſugis, & purgantibus, tandem emeticis, & deinde opiatis, corticeque Peruviano ſuperavit.

Wright de ano clauſo inciſione aperto.

Anderson luxatum os femoris, capite in foramine ovali exiſtente, facile repoſuit: flexo ſcilicet femore antrorſum ita, ut cum corporis trunco angulum rectum conſtitueret. Alter caſus femoris ſurſum & retrorſum luxati: femur ſub ipſa repoſitione ſurſum adeo trahebatur, ut cum trunco angulum acutum formaret. Richter.

Raphael Johann. Steidele *Sammlung verſchiedener chirurgiſcher Beobachtungen. Erſter Band.* Wien 1776. 8. Vulnus capitis lethale, fruſtra educto per trepanationem ſanguine extravaſato. Similis iterum caſus, cum adjecta anatome. A lapſu vulnerata facies, lethali eventu; ſectio deinde cadaveris contenta capitis illæſa quidem, ſed hepar gangrænoſum oſtendit. Contuſio capitis, indeque natum aneuryſma ſpurium in oſſe parietali, quo aperto, & extravaſato ſanguine educto, nova arteriarum hæmorrhagia ſequebatur; pericranium etiam a calvaria ſeceſſerat, parsque denudata livida erat: exfoliatio tandem ſecuta, & æger reſtitutus eſt. In fractura utriusque oſſis tibiæ ſupra malleolum cum vulnere magno complicata, neglectaque, fruſtra per amputationem gangrænoſi pedis, prognoſi incerta ſuſceptam, ſenem cacochimicum, & viribus deſtitutum morti eripere conabatur. Fiſtula ani interna, Heisteri ſpecillo (*ſonde*) adhibito, feliciter curata. Tumor cyſticus in regione lumbari ſectione circulari reſectus. Tumor genu arthriticus, ad ſuppurationem ductus, apertus fundens ſaniem, & exaſpera-

tis omnibus demum lethalis: per anatomen patuit, oſſa carnesque a gangræna conſumta fuiſſe. Vulnus capiti ab arbore prolabente inflictum, a quo cephalalgia, vertigo, opiſthotonus, & mors. Calculi ſectio ter inſtituta feliciter ope inſtrumenti fr. COSMÆ. Sarcoceles amputata, & ingens hæmorrhagia inde ſecuta compreſſa, felici eventu. Tumor cyſticus in antibrachio feliciter exſtirpatus. Paracenteſis in fœmina inſtituta, eventu lethali. Exfoliatio oſſis cranii trepani uſu procurata. RICHTER.

Ejus 2. *Band mit Kupfer.* Ibid. 1778. V. *obſ. art.*

In *medical obſervations and enquiries* &c. LONDON 1776. 8.

SCHARP vulnus cranii graviſſimum, exemtis fragmentis oſſeis, curatum, & ſub finem curæ ſuperveniens febris tertiana cortice Peruviano profligata.

MACBRIDE poſſe, occaſione partus etiam faciliimi, vas aliquod ſanguineum in vagina, vel in parte pudendorum externa rumpi, & a ſanguine in telam celluloſam effuſo labia pudendorum, & perinæum in molem ingentem dilatari. Bis caſum hunc, de quo raro admodum fit mentio apud ſcriptores, ait ſe obſervaſſe.

HOOPER inverſio uteri repoſitione ſublata, & fœmina debito tandem tempore feliciter peperit.

BIRD ſimilem priori caſum deſcribit cum urinæ retentione, ſebri, alvo dura adeo, ut nequidem clyſter immitti poſſet.

DOUGLAS tumores, & ulcera maligna ope cicutæ ſanavit.

LOFTIE hydrocephalum deſcribit: aqua erat in ſacco ex dura & pia matre efformato, jacente inter utrumque hemiſphærium cerebri, & in oſſe cranii apertura, per quam tumor ille prodibat.

FOTHERGILL de ſingulari quodam faciei dolore.

WATHEN de carie cranii horrenda, quam delineatam exhibet: ægrum ſine ullo dolore ad mortem uſque fuiſſe rationis compotem, cauſam hujus morbi detegi non potuiſſe.

COOPER de ſectione cæſarea inſtituta, eventu lethali.

THOMPSON de oſſium mollitie præternaturali.

LUCAS de amputatione pedis.

FORD de corpore quodam peregrino in articulatione genu reperto. Corpus hoc erat cartilagineum caſtaneæ magnitudine de capſula articulari inciſionis ope exemptum, felici eventu.

ELSE de lapillis numeroſis in tumore ſcroti repertis.

ANDREE de iſchuria lethali a membrana intima urethræ gangræноſa, cavum urethræ penitus obturante.

GARTSHORE de repoſitione inverſi uteri caſus duos narrat.

HUNTER animadverſiones aliquæ in repoſitionem uteri a GARTSHORE inſtitutam. RICHTER.

Der

Der Königl. Schwediſchen Akademie der Wiſſenſchaften Abhandlungen aus der Naturlehre &c. auf das Jahr 1772. *Aus dem Schwediſchen überſetzt von* ABRAHAM GOTTHELF KASTNER. *Vier und dreyſigſter Band.* LEIPZIG 1776. 8.

In *Journal de Medecine* &c. Tom. XLV. PARIS 1776.

CHARNAUX de caſtratione feliciter evitata: teſticulus, una cum funiculo ſpermatico & ſcroto, a contuſione tumens, lividus, & gangrænam minitans, corticis Peruviani, vinique uſu in ſuppurationem ductus, denique ſanatus.

LAGENE novum remedium contra tæniam: ℞ *rad. valerianæ ſylveſt. recent. dr. j. Teſt. ovor. calcinat. ſcr. j. m. f.* pulvis, ſumat æger per triduum continuo omni mane unum cum vitrello vini; quarta autem die ſumat ſequens: ℞ *mercur. dulc. gr. x. panaceæ gr. jv. diagryd. ſulphurat. gr. xjj. teſt. ovor. calcinat. gr. xx.* pro purgante.

VERDEIL narrat de homine, qui propria induſtria ſibimetipſi naſum artificialem & palatum adaptavit. (Hiſtoria jam dudum nota. RICHTER.)

GIRAND prolapſum uterum fœminæ, jam in nonum menſem gravidæ, feliciter repoſuit: nono inde die partus naturalis ſecutus, absque relapſu uteri.

TERRAS de hydrophthalmia in puero rachitidi obnoxio feliciter curata.

VILDE vulnus ligamentum patellæ ſolvens, lethale.

BEAUSSIER ex faba in aſperam arteriam illapſa, excitatis primum ſolitis ſymptomatibus, & brevi evaneſcentibus, febris cum omnibus ſignis pleuritidis ſequebatur: faba ſexta die per tuſſim ejecta, omnia ſymptomata diſparuere. (Caſus hic, inquit Celeb. RICHTER, medicis perſuadere poteſt, ſedem pleuritidis non in pleura, ſed in pulmone eſſe; credibile eſt enim fabam prius in aſpera arteria libere hærentem, poſteaque profundius delapſam, in ramo quodam bronchiorum hæſiſſe; unde irritatio, & ab hac inflammatio, id eſt: pleuritis, uti omnia ſymptomata docuere. Muſculi intercoſtales, & pleura nequaquam hic eſſe poterant partes irritatæ.)

LEAUTAUD fiſtula ani ex præmatura gonorrhœæ ſuppreſſione orta, geſtataque diu bona cum valetudine; tandem, rogante ægro, operatione ſublata eſt: ſed mox inde lues venerea totum corpus invadens, paralyſis, febris hectica, & ipſa tandem ob malam curationem mors. Durus mammæ tumor ab ictu mox poſt partum accepto, cicutæ extracto curatus.

PELLIER de cataracta quadam ſingulari ſubalbi coloris retro dilatatam & immobilem pupillam: ægræ nec aut lucem, aut umbram diſtinguere valentis precibus fatigatus auctor operationem, invitus quidem, quod ſu-

ſpecta hæc ſigna nil boni promitterent, ſuſcepit; ſed præter opinionem accidit, ut cataracta facile extraheretur, & viſus optimus rediret: lens cryſtallina erat ingens, quam materia albicans ſequebatur, humor forte corruptus MORGAGNI. (Ex magnitudine lentis cryſtallinæ, inquit Celeb. RICHTER, & præternaturali quantitate humoris Morgagnici, omnium hujusce cataractæ phœnomenorum explicatio deſumi poteſt. Quippe lentis adeo craſſæ preſſio in iridem, procul dubio, cauſa erat præternaturaliter dilatatæ & immobilis pupillæ; magnum vero ejusdem volumen, viam radiis in oculum illabendis præcludens, cauſa erat non perceptæ lucis atque umbræ. Ex hoc, inquit, caſu etiam apparet: præternaturalem pupillæ dilatationem, & immobilitatem, una cum defectu percipiendæ lucis in cataracta, non ſemper ſignum eſſe præſentis guttæ ſerenæ, aut concretionis lentis cum iride. Præterea: operationem univerſim, peſſimis etiam ſignis diſuadentibus, debere inſtitui, cum ſæpe citra opinionem feliciter ſuccedat; ſin minus, ægri tamen conditionem deteriorem non reddat.)

JOH. FRID. WILH. NEU *diſſ. inaug. exhibens obſervationes medico-practicas & chirurgicas.* GÖTTINGÆ 1776. 4.

Auserleſene Abhandlungen praktiſchen und chirurgiſchen Inhalts aus den philoſophiſchen Tranſactionen und Sammlungen der Jahre 1744. *bis* 1750. *geſammlet und überſetzt. Dritter Theil. Mit Kupfern.* LÜBECK und LEIPZIG 1776. 8.

JOH. HEINR. LANGE *die Chirurgie für angehende Wundärzte.* LÜNEBURG 1776. 8. Scopum auctoris laudat quidem Celeb. RICHTER, ſed ſimul mirum videri ait, in tanta ejusdem generis librorum copia & varietate nullum repertum fuiſſe, qui Auctorem ſcribendi onere levaſſet.

In *Philoſophical Tranſactions of the Royal Society of* LONDON *Vol.* LXVI. *For the Year* 1776. *Part.* I. II. LONDON 1776.

HUNTER (an GUILIELMUS?) agit de reſuſcitanda ſubmerſorum vita: pro mortuis habendos non eſſe, qui ad vitam iterum revocantur; functiones vitales in iis tantum ſuſpendi, nec vim vitalem deleri, nec organa vitalia lædi, ſed ſolam reſpirandi facultatem ſublatam mortis cauſam eſſe. Per ſua experientia in canibus inſtituta oſtendit, aërem illico in pulmones ſubmerſi hominis inflatum princeps eſſe remedium; cum enim ſubmerſi canis pulmones aëre diſtenderet, cor antea quieſcens pulſare inceperat. Hæc autem aëris inflatio ſero, poſt horam exempli gratia inſtituta, nihil amplius efficit, ſed major tunc requiritur irritatio, vaporis nempe volatilis follis ope per nares impulſio, eodem vero tempore larynx parumper comprimi debet ad prohibendum, ne tanta aëris copia canalem alimentarem ſubeat. Certus caloris gradus, qui ſcilicet calori in ſubmerſorum corporibus adhuc reſiduo æqualis ſit, vires vitales excitat, magnus contra calor vitæ ſcintillam in iis ſuperſtitem penitus exſtinguit. Submerſos in lectum componendos, eos probe tegen-

tegendos, & ſub tegumenta lecti vapores volatiles, balſamicos, qui corpora eorum allambant, immittendos, ſimiliaque remedia, uti ſpiritum C. C. vel aquam menthæ piperitæ in os danda, vel etiam clyſmate per anum injicienda ſuadet; venæ ſectiones, emetica, enemata alvum ſolicitantia, & reliqua omnia, quæ corporis vires imminuere ſolent, omnino rejicit.

Nourse vulnus abdominis in parte dextra tres pollices latum ab oſſe ilei umbilicum verſus aſcendens, ex quo media vix non inteſtinorum pars egrediebatur. Cumque inteſtina aëre diſtenta reperiſſet auctor, concluſit ea vulnerata non eſſe. Hæc non niſi dilatato prius vulnere reponere potuit, & inſtituta deinde gaſtroraphia mannam cum oleo exhibuit, & clyſma injecit. Sequenti die multus grumoſus ſanguis cum alvo egeſtus, indeque citra opinionem apparuit inteſtina omnino læſa fuiſſe. Paulo poſt abdominis tenſio, dolor, inteſtinorum fæces per vulnus egredientes. Quinta die tenſio epigaſtrii, & ſubitus bilioſæ materiei vomitus, vi cujus copioſæ fæces, ſutura abdominis perrupta, ex vulnere protrudebantur. Sexta die mane vomitus bilioſus rediit cum magno quidem ægri levamine, ſed dehiſcente iterum penitus vulnere. Septima die appetitus ingens, febris nulla, & reliqua omnia bona, ſed vulnus aſpectu terribile, integre apertum, pene rotundum, per quod nuda inteſtina patebant, quorum prolapſus faſciis prohibebatur. De die dabantur ægro lenia eccoprotica, de nocte tinctura Thebaica. Tandem vulnus inteſtini coli etiam in conſpectum venit. Propullulantes ex eodem inteſtini vulnere fibrillæ carneæ id pene obturarunt, tandemque cum abdominis vulnere concreverunt, ſicque totum vulnus feliciter claudebatur. (Hinc patet, inquit Celeberr. Richter, quidnam efficere poſſit natura, ſi in opere ſuo non turbetur; probabiliter tam felix non fuiſſet eventus, ſi chirurgus ope ſuturæ claudere inteſtini vulnus quæſiviſſet.)

Hamilton in retentione urinæ acu triquetra (*trocar*) per inteſtinum rectum veſicam perforans urinam evocavit: vulnus inteſtini recti reſtituta per cereos naturali urinæ via ſponte coaluit, & ſanabatur. In iſchuria gr. x. calomel. & gr. jj. opii pro doſi omni ſexta hora propinat auctor, hocque medicamentum valde commendat, ſed univerſaliter nimis, nullo ad diverſas iſchuriarum ſpecies habito reſpectu. Ita Richter.

In *Journal de Medecine*, *Chirurgie* &c. T. XLVI. Paris 1676.

Sue agit de aneuryſmate in femore: hoc ſi recens nec rupturæ proximum compreſſione curatur, ſecus autem compreſſio nocet, & rupturam imminentem accelerat, quo in caſu ligatura arteriæ aneuryſmaticæ ultimum eſt artis auxilium. Compreſſio primo levis ſit, deinde ſenſim augenda, & ſemper uno in loco firmiter ſervanda, ſecus ſi ab eo recederet, tumorem augeret. Hac compreſſione etiam aneuryſma ſpurium ſanari poteſt, id ſi

fieri

fieri nequeat, arteriam femoralem ligari poſſe oſtendit auctor tradens exactam ramificationum & anaſtomoſium ejusdem arteriæ anatomicam deſcriptionem, quibus ſanguis ad femoris crurisque partes defertur, etiamſi ea arteria ligetur. Obſervationes Heisteri, Severini, Saviardi idem teſtari. Antequam tamen arteria ligetur, conſultum eſſe, ſi caſus non urget, ut compreſſio prius adhibeatur, quæ etſi malum non tollat, ſanguinem tamen in ramos arteriæ determinat ita, ut felix ligaturæ eventus certius citiusque ſequatur. Poſt amputationem ligaturæ locus faſciis leniter firmandus eſt, ut ſic & ligatura ſuffulciatur, & hæmorrhagia eo ſecurius præcaveatur; cavendum vero eſt, ne ramificationes arteriæ inde comprimantur. Femur & crus ſpleniis liquore ſpirituoſo imbutis tegenda ſunt, ut humorum motus per vaſa excitetur, ſicque gangrænæ periculum evitetur. Sanguis etiam ſufficienter mittendus eſt. (Monet hic Celeb. Richter, venæ ſectionibus parce utendum eſſe, cum eædem & humorum in vaſa collateralia impetum imminuant, & vaſorum dilatationes, a quibus tamen membri conſervatio dependet, impediant.)

Barbut putat uſu herbæ verbenæ interno & externo ſe curaſſe abſceſſum cerebri.

Horne de mercurii ſublimati uſu: mala ſymptomata, quæ ſub vel poſt ſublimati uſum a quibusdam obſervabantur, non huic medicamento, ſed imprudenti adhibendi methodo ſunt adſcribenda. Non in omni caſu perinde convenit. Inter mercurii præparata nullum dari, quod in hoc vel illo caſu non eſſet aliis præferendum. Præterea ubi inefficax obſervatur aliquod mercurii præparatum, plerumque aliud huic ſubſtituere neceſſe eſt; at non ideo primum præparatum ſpernendum, nam ratio cur illo in caſu non profuerit non ab eodem medicamento, ſed a diverſa corporis ægrotantis diſpoſitione repetenda eſt. Largas exhibuit auctor ſublimati doſes, quin mali quidquam ſequeretur, quibus pertinaciſſima quoque luis ſymptomata cito profligavit. Sublimatus non æque contra quoslibet venereos affectus valet; præſtat in cancro, in phimoſi, in morbis cutaneis, & in illa gonorrhœæ ſpecie, quæ uſum mercurii poſcit; minus efficax eſt in obſtructionibus lymphaticis, bubonibus, & excreſcentiis. In morbis oſſium, præter ſublimatum interne datum, externe quoque applicandus mercurius. A ſublimato penitus abſtinendum eſſe, ubi tumores inflammatorii, tumores ſcirrhoſi proxime in cancrum degenerant, ubi febris lenta luem concomitatur, ubi æger valde irritabilis, ubi tuſſis, ubi colici dolores etiam leviſſimi. Ultimo monet, ne magna ſublimati copia ſimul præſcribatur, qua æger cito convaleſcere cupiens imprudenter abuti poſſet, ſibique nocere. (Hoc, propria experientia edoctus, etiam Celeb. Richter confirmat.)

Renaud graviſſima combuſtio faciei & extremorum ab accenſo per infortunium oleo terebinthinæ veſtibus adhærente, harumque partium ſubita gan-

gangræna. Inſtituta cura antiphlogiſtica, veſiculis, quæ in brachiis apparuere, inciſis, unguentum populeum extremitatibus, & aqua Goulardi faciei, utpote minus læſæ, applicabatur. Valida deinde febris cum phrenitide ſecuta eſt, non diu tamen durans. Tertia die facies, ſeptima die brachia, decima quarta die femora & pedes ſuppurari inceperunt; cura ob immoderatam ægri diætam diu protracta.

Sassard vulnus aortæ prope atria cordis inflictum ſexta die demum lethale.

Saviard vulnus utrumque cordis ventriculum perforans, vita tamen ad quintum usque diem protracta.

Audoin de Chaignebrun methodum ſiſtendi hæmorrhagiam narium proponit, ſed minime novam, quæ conſiſtit in eo, ut linteis carptis nares obturentur, quantum fieri poſſit, ad comprimendum vaſculum ſanguinem fundens.

Patel pro uſu ſublimati, a quo etiam largiter propinato ſe nunquam ne leviſſima quidem incommoda obſervaſſe; mavult tamen hoc medicamentum in liquido prius ſolutum exhibere, quam in pillulis, aut in bolo, eo quod a ſublimato non ſoluto, nec aliquo liquido temperato, cum ad ventriculum defertur, major fiat ibi irritatio, & hinc facilius cardialgia, gaſtritis oriatur. (Videtur nihilominus hoc experientiæ repugnare: majorem enim fert æger quantitatem ſublimati in forma pillulari datam, quam in liquido ſolutam, minus enim ſic pati ventriculus videtur, cum pillulæ nonniſi ſenſim ſolvantur, ſolutæque a potu diluantur. Ita Richter.)

Havé in hernia umbilicali partes ſacci hernioſi, meſenterii, & inteſtini gangrænoſas caute ſeparavit, & meſenterio juxta de la Peyronie methodum in plicas repoſito, ac ſutura unito, deindeque extremitate inteſtini ſuperiore ad vulnus firmata, corticem Peruvianum ad febrim & gangrænam, quæ per biduum latius proſerpſerat, reprimendam ea felicitate exhibuit, ut gangrænoſæ partes a vivis ſponte ſecederent; demum utrumque inteſtini (de quo portio novem pollicum reſecta fuerat) extremum methodo Ramdohriana ſimul conſuebatur; quæ quidem methodus prima vice non ſucceſſit, repetita vero felicem ſortita eſt eventum, & æger evaſit, nullo ſuperſtite incommodo. Richter.

Josephus Cauffman, ex Philadelphia in America, Vir egregius, qui tanta in Medicina edidit ſpecimina, ut juvenis adhuc in medicum caſtrenſem eligeretur; ſed dolendum eſt, quod tantæ ſpei vir ſexto vix non menſe, quo Auſtriacorum caſtra ſecutus eſt, menſe nempe Octobri anni 1778. morbo maligno correptus Pragæ vitam amiſerit. Ejus ſunt *the-*

ſes

ſes ex tota vix non Medicina decerptæ WIEN 1777. 8. quas inter & chirurgicæ multæ occurrunt.

FRIEDR. CHRIST. STÖLLERS, medici, *Beobachtungen und Erfahrungen aus der innern und äuſſeren Heilkunſt, mit philoſophiſchen, anatomiſchen, und praktiſchen Anmerkungen. Mit Kupfern.* GOTHA 1777. 8. Lectu dignæ obſervationes; etiam notæ, quæ adjectæ ſunt & perſpicaciam viri, & multorum librorum lectionem teſtantur. Primum refert auctor de inveterato vaginæ uteri prolapſu, cum tumore magno, quo inciſo, lapidibusque, qui ibidem inveniebantur, exemtis, vagina ſponte in locum ſuum migravit. De excreſcentia quadam lapidea in dente fœminæ ſeptuagenariæ, ſponte tandem una cum dente elapſa. Materiem hanc demonſtrat auctor eſſe elementa oſſibus pro baſi inſervientia; hæc demonſtratio nititur obſervatione auctoris lectu digna. De ruptura arteriæ pharyngeæ in puella 7. annorum lethali. Tinea extracto cicutæ curata. In fine indicat auctor remedia, quorum præ reliquis virtutem probatam habet: extractum aconiti a gr. jj. ad gr. vjjj. mane & veſperi cum ſale ſedativo, & bardanæ decocto, in arthriti de & rheumatiſmo. Tinctura cantharidum cum anatica quantitate ſpiritus ſal. amm. cum calce viva parati miſta, in paralyſi, frictionibus hoc medicamento quotidie in nucha, ſpina dorſi, & in parte adfecta inſtitutis. Tinctura cantharidum cum linimento volatili, & guttis aliquot ſolutionis opii, externe adhibetur feliciter contra dolores rheumaticos. Incontinentiam urinæ Tinctura cantharid. ad gtt. xv interne ſumta, & externe ad perinæum illinita tollit. Mercurius ſublimatus efficax fuit in ulceribus ſcrophuloſis, carioſis, & cancroſis. Vinum antimoniatum HUXHAMI, præſertim cum tartaro tartariſato vel cum ſale GLAUBERI mixtum in vermibus, catarrho ſuffocativo, tuſſi, & in morbis hypochondriacis profuit. RICHTER.

In *Actis Soc. Med. Hafnienſis Vol.* I. HAFNIÆ 1777. 8. utiles obſervationes & lectu dignæ continentur.

ASKOW retulit de hæmorrhagia uteri in partu difficili opiatis ſuperata.

KÖLPIN empyema, paracenteſi pectoris inſtituta, emiſſoque pure curatum; etiam coſta inde carioſa feliciter reſtituta. De emphyſemate varias primum partes, deinde corpus occupante, feliciter curato.

ROGERT de hydrope ovarii a ſuppreſſa diarrhœa orto, tandem poſt repetitam paracenteſim lethali. Mortui anatome.

CALLISEN hernia incarcerata cruralis, in qua operatio lethali eventu inſtituta eſt. Etiam de hernia omentali. De callo oſſium. De fractura patellæ.

GUL-

Gulbrand ophthalmiam rebellem, arthriticæ originis, tandem ſetacei, & fonticuli ope ſuperavit.

Sibberen teſticulum tertium vidit proprio funiculo ſpermatico donatum. Richter.

Kern der ganzen Medicin, worinnen auf die allerkürzeſte Art die Arzneymittel, ſo bey den vornehmſten mediciniſchen und chirurgiſchen Krankheiten weſentlich nothwendig ſind, in geringen Recepten ſo deutlich angegeben und erkläret worden, daſs ein jeder in benöthigtem Falle, ſein eigener Arzt ſeyn könne. Aus dem Engliſchen überſezt. Breslau 1777. 8. Recenſentur etiam inſtrumenta unicuique chirurgo caſtrenſi neceſſaria; habetur catalogus medicamentorum ſimplicium & compoſitorum; horum vires & effectus in corpus ægroti, atque modus & cautelæ, quibus exhiberi debeant, explicantur.

Maximilianus Stoll, Sacr. Cæs. Reg. Ap. M. Conſiliarius. Noſocomii S. S. Trinitatis Phyſicus ordinarius, & Profeſſor Praxeos medicæ publicus: Viro celeberrimo Antonio de Haen ſucceſſit. Excitatiſſimi ingenii ac firmi judicii vir, ſimplicis naturæ aſſiduus contemplator, ab omni ſecta alienus, & ſanis Hippocraticis principiis imbutus: jure merito igitur Medicina a tanto viro fauſta quæque ſibi pollicetur: & quantum jam hactenus hac in arte præſtiterit, duo ejus libri teſtantur, bonæ frugis pleni, de quibus inferius. In explendo autem graviſſimo ſuo munere indefeſſus eſt, & in proponendis perſpicuus; candide enim, ſimpliciter, & diſtincte morbos docet cognoſcere, hos inter ſe exacte & ſubtiliter diſtinguere, & ſimpliciſſimis remediis, quæ genuinæ ſatisfaciunt indicationi, caute cito & jucunde profligare. Auctorum vero in curandis morbis lites, perpenſis morborum cauſis, & medicamentorum viribus, aliisque rerum circumſtantiis, docte & prudenter componit. Præterea auditorum ſibi amores collegit omnium: ſumma enim omnes comitate complectitur, commendat illos, qui merentur, errantes autem & fert patienter, & blande corrigit, ſed nunquam aliquem acerbe notat, in nullum contumelioſius invehitur, cogit neminem, ut in illius verba juret, ſed doctrinas, quas inculcat, accurate demonſtrare adlaborat, & auditores, qui ſcrupulos ſibi eximi petunt, audit amanter. Nec unice tantum ſatagit, ut diſcipuli in iis erudiantur, quæ ad praxin medicam pertinent, ſed etiam, ut, data occaſione, ea recolant, quæ ad Anatomen, quæ ad Materiam medicam, quæ ad Chirurgiam, quæ ad obſtetriciam Artem ſpectare videntur: ut adeo nullus ſit, qui huic Magiſtro operam dat, quin doctior redeat. Ita & ego inter alia plurima, quæ didici, duas etiam noxias certe conceptas prius opiniones depoſui: eram enim liberior in detrahendo ſanguine, in exhibendis emeticis timidus; ſed victum me dedi

præceptis novi eruditiſſimi mei Magiſtri, per egregias ſane curationes comprobatis. Vidi enim obſtupeſcens tunc ſolis incidentibus ſalinis & emetico-cathartico ſputum ſanguinis, veram pulmonis hæmorrhagiam, celeriter compeſci, ægrumque ſanari. Vidi ophthalmias, quas ego cura antiphlogiſtica tractandas eſſe putaſſem, eodem prorſus modo citiſſime curari. Vidi ſævas pleuritides, alioſque graviſſimos morbos, præmiſſis dictis ſolventibus, & repetita emeto-catharſi feliciter ſuperari. Grato ergo animo fateor me ab eodem edoctum fuiſſe diſcriminare, ubi hæc vel illa potius auxilia tuto & audacter adhiberi debeant. Doctiſſimus iſte vir auctor mihi fuit, ut præſens hoc opus ſuſciperem tanquam materiam diſſertationis inauguralis, cui eo libentius me accinxi, quod & a tanto viro demandata mihi eſſet hæc provincia, & quod haberem, quem conſulerem. Quorum omnium ſemper & ubique gratiſſima cum veneratione memor ero. Opera ejus, quæ incepit edere ſunt: *Rationis medendi* partes plures, in quibus & chirurgica quædam occurrunt.

Pars I. edita VIENNÆ 1777. 8. Candidus, qui tam felices, quam infelices enarret curationis eventus; viciſſitudines temporis per ſingulos menſes exactiſſime adnotavit, morborum hiſtorias, & obſervationes medicas ex ſedula penes lectos ægrorum contemplatione natas pulchre expoſuit, adjectis cadaverum ſectionibus, & de mortis cauſa phyſiologicis & practicis ratiociniis. Ophthalmiam ſeroſam veſicante ad tempora poſito ſanavit, ita & odontalgiam ejuſdem generis, veſicante ad angulum maxillæ poſito. Hiſtoriam porro calculoſi juvenis 15. annorum, & a dexterrimo ejuſdem Noſocomii chirurgo SARTORI ſectionem calculi (qui totus aſper & friabilis erat) ope lithotomi occulti in eodem ægro feliciter inſtitutam deſcribit; qua occaſione monet, ne, ſi de præſentia calculi certi per catheterem facti ſint chirurgi, ægrum poſt hac frequentius adplicato cathetere vexent: veſica, inquit, inſtrumento frequentius irritata difficilius ſectionem ſuſtinet, & ſecta facilius, majorique cum periculo phlogoſin concipit. Inter varia inſtrumenta pro lithotomia facilitanda hucusque excogitata, ſcalpellum firmum firmo donatum manubrio omni ali inſtrumento præſtare putat; ſecabit enim, qui ſcalpello utitur, quousque & quantum volet, nec hilo plus, minusve. Sectionem viſus dirigit, & firmior manus. Ultimo viginti cadaverum ſectiones exactiſſime ſe præſente inſtitutas exhibet. In *ſect.* IV. quædam de carunculis urethræ, fluxum urinæ impedientibus. De cereorum uſu, qui in ſuis hucusque obſervationibus profuerunt nunquam. Quædam de gonorrhœis vel ſuppreſſis vel male tractatis; de methodo easdem bene curandi: commendat victum vegetabilem, decocta emollientia, balnea penis tepida; rejicit omnia ſtimulantia, & purgantia draſtica, curam antiphlogiſticam adhibet, & benignam ſemper reſolutionem tentat. In *ſect.* V. habetur exemplum lethalis rupturæ veſicæ urina-

urinariæ. In *ſect.* X. exemplum calculi veſicæ felleæ in vetula icterica triplici obtuſo angulo præditi, & ductum choledochum obturantis. In *ſect.* XV. invenit in ægro diuturnam gonorrhœam paſſo veſiculam ſeminalem ſiniſtram pure plenam, ſanam vero dextram, & liquore ſeminali turgentem. In *ſect.* XVIII. reperit ulcus cancroſum in meſenterio, cum initio inteſtini coli communicans, & in illud materiem amurcoſam, pultaceam, fœtidam effundens. In *ſect.* XIX. iterum calculi tres veſiculam felleam penitus replentes.

Pars II. Ibid. a. 1778. 8. *Caput* IX. eſt de febri puerperarum, de qua fuſe agit, & non vulgares obſervationes, conſiliaque ſaluberrima tradit. *Capit.* X. occurrunt ophthalmiæ a vitio ventriculi ortæ, & ſolis ſolventibus ſalinis, & emetico profligatæ. Parotides, earumque cura. *Capit.* XV. iterum ophthalmia gaſtrica, melle, aceto, & ſale polychreſto, dein cathartico-emetico curata. Sic & alia ophthalmia chronica pariter originis gaſtricæ eadem vix non ratione ſanata. *Capit.* XVII. genitalium gonorrhœa adfectorum in cadavere diſſectio. Ultimo habentur capitis læſiones cum obſervationibus, & curationibus.

Henricus Callisen, medicus, Anatomiæ & Chirurgiæ in Univerſitate Hafnienſi Profeſſor, Claſſium regiarum chirurgus primarius, Noſocomii nautici, & legionis Claſſiariæ ſecundæ iatrus. Ejus *inſtitutiones chirurgicæ hodiernæ.* Hafniæ 1777. 8. Liber ordinatus, brevis, perfectus adeo, ut ad uſum prælectionum academicarum multis aliis præferendus eſſe videatur. Verum quid laude opus eſt? inquit celeberrimus Richter, cum, quantopere liber hicce æſtimandus ſit, vel ex ipſo Auctoris, chirurgi nempe experti, & perſpicaciſſimi nomine abunde appareat. Nihilominus idem Richter putat, ſimile opus pro tyronibus concinnatum materias alio ordine digeſtas continere debere, in quo nempe morborum cauſæ primo, deinde effectus, morbi ſimplices, poſtea complicati pertractentur; ſic v. g. inflammatio ante ſuppurationem &c. cum ordo iſte tyronibus magis accommodatus, adde quod & naturæ magis conſentaneus ſit, quem tyro utique penes lectos ægrorum deprehendit. Talem ordinem Auctor non elegit. Videtur præterea morbos quosdam ſub certas claſſes coegiſſe, ad quas naturali ratione referri nequeunt, uti fiſtulam lachrymalem ad ulcera &c. Richter.

H. Trecourt *chirurgiſche Abhandlungen und Wahrnehmungen.* Leipz. 1777. 8.

Sammlung chirurgiſcher Bemerkungen, aus verſchiedenen Sprachen überſezt. Altenburg 1777. 8.

Chirurgiſcher Katechiſmus für angehende Wundärzte in Fragen und Antwort, nebſt einem Reiſe- und Feldkaſten für die Feld-Chirurgos. — 1777. 8.

NICOLAS *Handbuch für angehende Wundärzte, welches alle anatomiſche, phyſiologiſche, und praktiſche Gründe zur Bildung rechtſchaffener Wundärzte kürzlich erklärt, nebſt einem Anhange der zur Wundarzney gehörigen Apothekerkunſt, 2. Theile....* 1777. 8.

In *Journal de Medecine, Chirurgie* &c. Tom. XLVI. PARIS 1777.

GOUBELLY novam proponit calculum ſecandi methodum, quæ præcipue in eo conſiſtit, ut in ſectione proſtata dividatur, ipſaque ſectio a veſica ad anum usque recta via protrahatur. Ejus catheter roſtro longo donatus, & valde incurvatus, lamina vero ſcindens inſtrumenti cyſtotomi ſemilunaris eſt; inciſionem magnam ideo facit, ut calculus etiam magnus facile absque vulneris dilatatione, ac dilaceratione extrahatur.

JUVILLE commodam invenit machinam, quæ fæces ex ano artificiali prodeuntes recipiat, contineatque, nec fœtorem exhalare ſinat: ſcilicet ampulla eſt argentea, complanata, ad vulgare bracherium elaſticum firmata, cujus lagenæ orificium ex ebore, collum vero coriaceum eſt, in quo valvula locatur elaſtica, ingreſſum fæcibus concedens, at negans exitum.

VILDE in iſchuria ingentem urinæ copiam cathetere eductam, ac deinde incontinentiam urinæ ſecutam, ut per duos menſes continuaret, tandem per injectiones adſtringentes ſublatam fuiſſe narrat.

LARES ſideratio a ſtrictioribus faſciis nata, ſolis ſcarificationibus, & aromaticis fomentationibus, decedentibus poſtea ſquamis, absque amputatione ſanata, & functio pedis reſtituta.

GOUVELLE vulnus a gladio ad cartilaginem tertiæ coſtæ veræ lateris dextri prope ſternum penetraſſe in cavum pectoris nonniſi ex ſymptomatibus ſanguinem ibidem effuſum indicantibus cognitum; quare paracenteſi pectoris conſueto loco (cur non proxime vulnus externum? inquit RICHTER) inſtituta, primo die libræ 5. altero die tres libræ ſaniei evacuatæ ſunt: ex hac ſanie caries adeſſe probabiliter colligebatur, nec tamen ad eam certius cognoſcendam ulterius vulneris dilatatione indagatum fuit, ſed injectiones in novum vulnus factæ, ac fiſtula per totam vitam duratura prædicebatur ægro, qui poſtea ad agyrtam ſeſe convertit, a quo feliciter curatus eſt.

GUYETAN tria exempla vulnerum capitis recenſet; ubi integumenta calvariæ, ab oſſe ita avulſa, ut nonniſi tenui portione adhærerent, repoſita, firmata, feliciter adcrevere. Refutat hac occaſione DEASEUM, qui hanc curandi methodum reprobat. RICHTER.

In *Journal de Medecine, Chirurgie* &c. Tom. XLVIII. Paris 1777.

Lamarque, chirurgus Toloſanus, in omni calculum ſecandi methodo hucusque nota id incommodi haberi, quod plura inſtrumenta ſucceſſive, non absque periculo ægrique dolore, adhiberi debeant, quare, ut commodiorem redderet hanc operationem, novum ipſe excogitavit inſtrumentum, quo reliqua omnia neceſſaria inſtrumenta ſimul continentur. (Sed difficultates adminiſtrationis inde magis auxiſſe putat Richter.)

Will infelix paracenteſis abdominis.

Sussi vulnus abdominis in parte ſiniſtra prope cartilaginem tertiæ coſtæ ſpuriæ penetrans, & exiens in parte dextra inter tertiam & quartam coſtam ſpuriam; repoſita elapſa omenti portione, ſedato ſanguinis ſputo, æger conſueta cura reſtitutus eſt. Lobi hepatis majoris vulnus feliciter ſanatum.

Limbourg graviſſimum cerebri vulnus ab exploſa virga ſtipatoria inflictum, quæ, perforato oſſe frontis ad externum oculi ſiniſtri canthum, tranſiens per medium lobi ſiniſtri cerebri, exiit in parte capitis poſtica ad angulum oſſis bregmatis dextri ſuperiorem, ita tamen, ut aliqua ſui parte tandem in encephalo hæreret, & deinde nonniſi magna vi ab adſtantibus extrahi potuiſſet: bona fortuna ſinus longitudinalis illæſus manſit: præter vomitum, & ſurditatem, per multos dies continuam nulla gravia ſymptomata ſequebantur, & exemto poſt aliquot dies e vulnere capitis poſteriori oſſis fragmento æger absque magno artis molimine ſanabatur.

Michel aneuryſma mediam vix non oſſis frontis partem occupans aperuit, funeſto quidem eventu; os frontis eo in loco deficiebat, & dura mater nuda conſpiciebatur. Notandum eſt, quod æger eodem in loco juvenis adhuc a lapidis ictu læſus fuerit, ibidemque 36. jam agens annum ſub valido nixu crepitum ſenſerit, a quo demum tempore tumor ille eam in molem ſenſim increvit.

Marigues vulnus cordis 13. die demum lethale.

Sassard ſingularis hernia veſicæ in cadavere reperta. Vulnus aſperæ arteriæ lentam ſuffocationem inducens, tertiaque die funeſtum.

Marret tres caſus recenſet, in quibus ope ſublimati impetiginem ſatis rebellem curavit.

Souville prolapſam in facili partu internam vaginæ tunicam repoſuit, & roborantibus externis medicamentis firmavit. Secundinas ſacco, qui parti uteri anteriori adhærebat, contentas, eodem ſacco digitorum ope aperto, ſolvit, & eduxit felici eventu. Partus ob pelvim aliquantum anguſtam, & ob caput fœtus prægrande difficilis, tamen absque artis auxilio ſecutus; ſed caput fœtus deformiter valde compreſſum, ipſeque fœtus mortuus apa-

ruit,

ruit, quem poſtea inflato per os aëre ad vitam per duos dies adhuc protractam revocavit.

Guerin egit de quibusdam ſymptomatibus, quæ poſt operationes chirurgicas ſequuntur, uti ſpaſmi, convulſiones ſæpe periculoſæ & lethales, quin earum cauſa pernoſcatur. Poſt amputationem mammæ cancroſæ palpitatio cordis, loquela & deglutitio impedita: cauſa fuit nimia faſciarum conſtrictio. Fœmina tertia die poſt herniotomiam convulſis muſculis voci & deglutitioni inſervientibus, periit: cauſa fuit turunda in annulum abdominalem data. Poſt femoris amputationem, nata animi deliquia non ceſſarunt, niſi ligatura ſoluta. Ab operatione labii leporini ortus dolor lateris, nonniſi exemtis acubus, evaneſcens. A lapſu capitis contuſio, indeque phrenitis & lethargus: ſequenti die cum caput a faſciis liberarent, & de neceſſitate adhibendi trepanum conſilium inirent chirurgi, æger ad ſe rediit: unde aparuit cauſam horum ſymptomatum ligaturam fuiſſe.

Des Granges de ſpina ventoſa in genu felici amputatione ſuperata. Richter.

J. A. Hemman, chirurgus caſtrenſis. Ejus *medicinisch-chirurgiſche Aufſätze hiſtoriſch-praktiſchen Inhalts.* Berlin 1778. 8. Opus laudabile ſive materiem ibidem contentam, ſive ſcribendi ſtilum ſpectes. Additamentum ad hiſtoriam curæ magneticæ. Plurimum laudat Paracelsum; curationes magneticas iisdem in morbis & eodem modo ac recentiores adhibent jam Paracelso fuiſſe uſitatas; ut adeo vix non credibile ſit, Mesmerum ſuas curationes magneticas Paracelso debere, cujus tamen nomen in ſuo opere reticet. De ſuppreſſione menſium in atretis doctiſſimum lectuque dignum dat auctor tractatum: ſe noſſe fœminam menſtrua nonniſi gravitatis tempore habere ſolitam, tamen optime valentem. Rarum caſum eſſe clauſi ab hymene orificii urethræ, quem tamen Schulzius apud Bonetum ſe vidiſſe teſtatur, & auctor ipſe ſemel obſervavit in infante, in quo tandem obortis graviſſimis ſymptomatibus hymen clauſum duabus lineis craſſum retro labia vulvæ ſitum perſcidit, effluente poſtea ingenti fœtidæ urinæ copia. Quod ſi hymen inapertum retro orificium urethræ hæreat; menſium tempore primum incommoda fœminas pati ob impeditum ſanguinis menſtrui fluxum; unde hoc in caſu, non intellecta mali cauſa ab emmenagogis datis triſtiſſimos effectus plerumque ſequi. Quare attendendum eſſe: ſi in juvencula ſana menſtrua ſolito tempore, præſentibus omnibus ſymptomatibus ea indicantibus, atque poſt ſingulos menſes recurrentibus, vel etiam magis magisque ſemper auctis, non compareant, tum certo concludere licebit atretam eſſe. Neglecta tum operatione natura aliam evacuando ſanguini menſtruo viam quærit. Hanc membranam plerumque ab accumulato in vagina ſanguine protenſam facile eſt & invenire, & reſcindere: quod communiter fit ſectione cru-

cruciatim facta, ne iterum coaleſcat. Hæc ſubinde altius in vagina hæret: ſubinde vero accumulatus quovis menſe in vagina ſanguis iterum reſorbetur. Utroque hoc in caſu membranam non adeo pronum eſt detegere; ſuſpicio tamen ejus præſentis juſta eſſe poterit, ſi, quoties naturæ conamina quolibet menſe advenerint, toties iterum diſpareant. Ut operatio optatum ſortiatur eventum, mature peragenda eſt, ita ut naturæ molimina ſuo ſe onere per alias vias liberandi prævertantur; cum ſecus difficultas ſæpe tanta ſit in corrigenda natura ſemel devia, ut nullus poſtea ſanguis menſtruus per vaginam ſero apertam prodeat. Orificium uteri ſubinde aut concretum eſt, aut membrana clauſum: ſive id a vitio connato, ſive a morbo prægreſſo acciderit; uti a læſione in partu difficili, inflammatione, ulcere ejusdem orificii: & tum quidem, ſi catamenia non ex cavo uteri, ſed vel ex orificio, quod ſubinde fit, vel ex vagina prodeunt, nihil incommodi, ſola ſterilitate excepta, patitur fœmina; a depoſito vero in cavitatem uteri ſanguine menſtruo periculoſa ſymptomata ſunt metuenda. Porro varii ſcriptores negant, uteri orificium aperiri poſſe, quoniam alto nimis in loco ſitum eſt. Verum hi non perpendunt, uterum ſanguine repletum, non minus atque gravidum, profundius in pelvim deſcendere; excepto unico caſu, ubi ſanguis non in uterum, ſed per tubas Fallopianas in cavum abdominis effunditur: qui caſus rarus quidem, at lethalis eſt ſemper; quem ſe ſemel obſervaſſe ait auctor in ægra doloribus colicis ſpaſmodicis diu vexata, denique mortua: cujus in cadavere cavum abdominis copioſo ſanguine putrido repletum inventum, inteſtina variis in locis inflammata, fimbriarum in tubis Fallopianis ne veſtigium quidem, orificium uteri externe optime formatum, interne vero penitus clauſum. Similem prorſus caſum Platerus narrat. Quærit deinde auctor, liceatne his in caſibus uteri orificium aperire citra metum periculoſæ uteri inflammationis? Si membrana ſimplex adeſt, eam natura urgente ibidem collecto ſanguine ſubinde aperit; id niſi fiat, incidendam eſſe tenui lanceola auctor contendit (an potius acu triquetra? Ita Richter) & talem operationem ſemel ſe peregiſſe refert, ſed ſimul notat, concreviſſe iterum orificium uteri, quod repetito aperuit, tandemque turundam impoſuit, quæ tamen, cum firmari non potuiſſet, facile elabebatur. (Chorda muſica, aut cereus an non melius hic inſerviret? Ita Richter). In caſu vero, ubi uterus nec intumeſcit, nec deſcendit, maxima oritur difficultas; cum & dubium eſſe poſſit an non ſanguis per tubas Fallopianas in cavum abdominis depoſitus fuerit, & operatio non ſine magna difficultate, aut forte etiam periculo, ob longum altiusque locatum uteri orificium, inſtituatur. Obſervatio ſingularis: humor nempe mucoſus de urethra ſtillans, gonorrhœam mentiens, cum ſymptomatibus hæmorrhoidalibus, cumque dyſuria, teneſmo, & erectione penis, tandem vires proſtratæ, febris

febris lenta, depaſcens, & mors: ſectione cadaveris facta calculi numeroſiſſimi in veſiculis ſeminalibus, & harum emiſſaria concreta inventa. Animadverſio in paracenteſin pectoris: communiter ſuaderi, hanc inter tertiam & quartam coſtam ſpuriam, ab inferiori ſurſum numerando, inſtituendam eſſe, ut ſic diaphragmati vicinior apertura omne pus dimittat. Verum præterquam quod ſic vicinum diaphragma facile inflammari poteſt, pus etiam minime hac cautela integre evacuari; ideo quia diaphragma & oblique decurrit, & ſecundum vertebras profundius deſcendit. Itaque conſultius fore, ſi æger in ſitum horizontalem ponatur, & paracenteſis altiori loco inſtituatur. Non pauci primæ notæ chirurgi aëris ſub hac operatione in cavum pectoris ingreſſum tanquam ſumme noxium damnant, variasque ad eum prohibendum cautelas proponunt. In hunc finem apertura minima fieri ſolet, & injectiones, quæ tamen ad pus de pulmonibus abſtergendum neceſſariæ ſunt, vitantur, vulnusque omni cura obturatur; quo fit, ut puri exitus denegetur. Hujusmodi cautelæ inutiles & noxiæ ſunt. Inutiles; quia aëris ingreſſum non prohibent: non neceſſariæ; quia ab aëris ingreſſu nihil eſt metuendum. Al. Benedictum & N. Pisonem aperuiſſe eodem tempore utrumque pectoris cavum absque ullius mali ſequela. Spanizerum curaſſe militem, cui glans plumbea cavum utrumque pectoris pervaſerat. Se quoque ſanaſſe hominem, cujus utrumque cavum pectoris gladio transfoſſum fuerat, in quo vulnus utrinque apertum ſervabatur, quin æger de reſpiratione moleſta conqueſtus eſſet. Canem cum pectoris latere utroque perfoſſo hilarem curſitaſſe. Communis eſt opinio, ea pectoris in cavum penetrantia vulnera lethalia eſſe, quorum diameter ſuperat diametrum aſperæ arteriæ: contra quam opinionem ſuum adfert auctor experimentum inſtitutum in cane, cui aperturam in quovis cavo pectoris duos pollices patentem fecit, nullaque, præter debilitatem & celerem reſpirationem, in eodem incommoda advertit: emplaſtro tenaci quinta die vulneribus applicato canis tandem ſanabatur. Ex his colligit auctor: etſi experimenta celeberr. Halleri contrarium doceant, tamen probabiliter pulmones propria dilatandi vi præditos eſſe (ſed qua vi, quæſo? Nonne muſculari; omnis enim motus a muſculo. Ubi autem hi muſculi, pulmonem dilatantes, expandentes, habebunt ſua puncta fixa? Nonne muſculis cavis datum eſt, ut agentes vi ſuæ fabricæ propriam cavitatem conſtanter aboleant?). In empyematis operatione requiri, ut inciſio duos minimum pollices longa ſit; injectiones antiſepticas eſſe debere, quod optime præſtat copioſum chinæ decoctum cum melle roſaceo: ſic ſemel ſe adminiſtraſſe hanc operationem felici eventu. Reprehendit eos, qui & parum injicere ſolent, & injecta mox effluere ſinunt. An temerarium, inquit, pulmonem incidere, ſi abſceſſus in eo habeatur? Poteſtne hoc in caſu propria abſceſſus ſedes determinari? Ipſe in viginti cadaveribus, in quibus ſimiles abſceſſus

ſceſſus reperit, lobum totum pulmonis, juxta ejus longitudinem, in 4. partes æquales imaginatione diviſit; atque tum obſervavit, fere conſtanter abſceſſus in ſecunda tali diviſione, a ſuperiori nempe numerando, ſedem ſuam habere, eosque ſemper ad externam potius, quam ad internam pulmonis ſuperficiem vergere. (Singulare id quidem eſſe, & attentione dignum, attamen minime adhuc ſufficiens, ut chirurgi operantis manum dirigat; præterea ſæpe incertum eſſe num revera abſceſſus adſit, ait RICHTER). Hiſtoriam porro infuſionis, meritaque hujus operationis fuſe recenſet auctor, quam, diu jam ſepultam nunc reſuſcitare, atque tuto ſuſcipiendam demonſtrare adlaborat tum ſuis, tum quorumdam aliorum experimentis, ex quibus tandem concludit: hanc operationem magno cum Medicinæ damno hucusque neglectam jacere, cujus tamen beneficio medicamenta inſalutatis primis viis, integris viribus maſſæ ſanguinis amandari poſſint, ubi per os ſumta jam in primis viis proprietates, & vires ſuas penitus fere amittant, ut nonniſi pauca forte, ſi mercurium, & fortiora aromata excipias, ad vias ſecundas immutata perveniant. (Quid autem ad hoc dicent Phyſiologi, qui admirandam corporis animalis ſtructuram & œconomiam probe admodum norunt? Quid magni in Arte Viri, qui longe pluribus, maximaque cum induſtria & ſolertia inſtitutis experimentis contrarium docuerunt? Quid celeberrimi Clinici, qui ab uſu medicamentorum quorumcumque, ſed indicatorum, debitaque cum cautela exhibitorum optatiſſimos continuo produci effectus vident & lætantur; contra vero ab eorum abuſu natos graviſſimos morbos, immo & mortes ipſas triſtes contemplantur? Qui porro lac maternum virtute medicamentorum imprægnari, qui ab eodem lacte teneras proles mire adfici obſervant? Sed hæc magis ad Medicinam ſpectant: quare ea paucis retuli, & nunc ad reliqua potius auctoris chirurgica tranſeo). Exempla deficientis uteri ex variis auctoribus deſumta narrat, quibus uterum absque vitæ periculo & præternaturaliter abeſſe, & arte auferri poſſe evincitur. Addit & propriam obſervationem: fœmina erat atreta, in qua poſt factam a THEDENIO profundam inciſionem ne veſtigium quidem uteri reperiebatur: ut itaque de abſentia uteri dubium ſupereſſet nullum.

In *Memoires ſur les Sujets propoſés pour le prix de l'Academie Royale de Chirurgie.* Tome IX. PARIS 1778. 8.

BARBET operationem amputandi ex acetabulo femoris non omnino rejiciendam: cum, quia caſus dantur ubi nullum præter hoc auxilii genus ſuperſit; tum, quod amputatio nec ratione aut ſui, aut partium inde læſarum lethalis ſit; tum denique, quod obſtacula, ſi adſint, arte poſſint removeri. Neceſſariam eſſe, ſi vel magna contuſio, aut caries colli & capitis oſſis femoris adſit, vel aneuryſma, vel gangræna, vel ſphacelus: poſitis tamen in quolibet illo caſu certis conditionibus, quas fuſe explicat. Ut autem ampu-

tandi pruritum chirurgis faciat, caſum narrat juvenis, cui in pede dextro ligamentum rotundum, & nervus cruralis major, cæteris partibus omnibus partim gangræna, partim naturæ molimine jam ſeparatis, reſecta ſunt, nullo incommodo ægri. Sic poſt quatuor dies altero in pede ejusdem juvenis os femoris a gangræna ſuperſtes ſerra ablatum, bene valente ægro per 10. dies, quibus exactis febris ſupervenit lethalis. (In allato exemplo operatio facta non meretur amputationis nomen: cum partes reſectæ vix ullius momenti fuerint; quid quod infelix etiam eventus? Ita Richterus, qui ſimul hac occaſione ea accuratius hic pertractat, (a) quæ in auctore deſiderantur ad caſus exactius determinandos, in quibus amputatio locum habere poſſit.)

Marvide de fiſtulis: ſpecies dari ſex: 1. a vitio cutis; 2. ab heterogeneis corporibus relictis; 3. a carie; 4. ab apertura vaſis, vel receptaculi; 5. ab apertura alicujus cavitatis; 6. ab indurationibus, & calloſitatibus. Quas ſpecies fuſe pertractans docet eſſentialiter ſingulas inter ſe differre, & ſpecialem requirere curándi methodum.

Leschevin de morbis organi auditus internis & externis: ſutura cruenta in auris externæ vulneratione merito rejicitur, & emplaſtrum tenax, faſciæque commendantur. In quibusdam tamen caſibus neceſſariam eſſe ſuturam cruentam, & tum poſſe acu audacter cartilaginem perfodi, licet auctores quidam diſuadeant. Contuſiones, abſceſſus, ambuſtionem partium externarum nihil particulare habere; cavendum tantummodo eſſe, ne pus, aut medicamenta in meatum penetrent: quod facile linteis carptis, vel goſſypio præcaveri poteſt. Aurem reſectam ita, ut ex pauca cute ſolum pendeat, tamen ſi illico reponatur, firmeturque, iterum adcreſcere. Auditum, defectu auris externæ imminutum, ſuppleri debere tuba acuſtica. Meatum auditorium in recens natis aliquando membrana claudit: quæ ſi non profunde hæreat, facile lanceola cruciatim perſcindi poteſt, & turunda deinde imponi, ut meatus apertus maneat: ſed ſi profunde nimis membrana deliteſcat, non detegitur, prius, quam infans adultior jam factus ſurditatem indicare valeat: in qua ad lumen candelæ indaganda præſtat aurem externam ſurſum trahi, ut ſic meatus auditorius recta protendatur. Hic pariter inſtrumento acuto membrana perforari, & ad prohibendam concretionem cereus vel chorda muſica imponi poteſt; quod ſi vero prope membranam tympani ſita eſt; (in quo caſu difficulter inquit Richter eam quis detexerit) lapide infernali tangendam. Interdum a vitio connato vel adquiſito v. g. ab ulcere &c. meatus auditorius deficit in una vel in utraque aure. In primo caſu operationi ſuperſedendum; in altero

(a) *In chirurgiſch. Bibl. des* 4. *Band.* 4. *Stück.* pag. 18.

altero perforandum eſſe meatum acu triquetra, & chordam muſicam intromittendam. (Operatio ſumme deſperata RICHTER.) Interdum meatus quidem apertus, at nimis anguſtus eſt: quod malum ſi a vitio oſſis oriatur, nullum tum medelæ locum relinquit; ſi vero cauſa mali in mollibus partibus hæret; facile meatus, cereorum vel chordæ ope, dilatabitur. Auditus a meatu auditorio præternaturaliter recto imminutus tuba acuſtica recurva emendari poteſt. A depoſitis in meatum auditorium inſectorum ovulis natos vermes necari exiſtimat oleo, aceto, vinique ſpiritu. Corpora mollia, uti ſunt fabæ &c. in meatum illapſa intumeſcunt ab imbibito humore, qui perſpiratione in meatu colligitur, atque ſic mole aucta dolorem inflammationemque producunt; quare vel mature extrahenda, vel, ſi jam intumuerint, comminuenda, & fruſtatim eximenda. Viva animalcula, uti pulices &c. goſſypio in aurem indito irretita, vel injectæ aquæ tepidæ innatantia, vel ſtylo terebinthina illito inque aurem dato rapta evocantur. His nihil juvantibus oleum, acetum, vini ſpiritus, ad necanda hæc animalcula, injicienda ſunt: Corpora ſolida, uti ſunt nuclei ceraſorum, meatui incuneata difficillime educuntur, nec ab inciſione retro aurem facta quidquam ſperandum, cum ea ad corpus incuneatum profundius hærens pertingere nequeat: ſed præſtat potius uncum tenuem complanatum, brevem, parumque incurvatum adhibere, quo Auctor optimo plerumque cum ſucceſſu uſus eſt. Corpora oblonga forcipe commodiſſime extrahuntur. A cerumine inſpiſſato, accumulato, meatum occludente interdum ſurditas, quo in caſu aqua ſapone & ſale communi ſaturata certiſſimum ſolvens remedium præbet: aliquando tamen cerumen in lapidem induratur. Glandulæ a congeſto cerumine ſubinde intumeſcentes meatum obſtruunt. Sæpe materies puriformis ex infantum auribus fluit, cujus fluxum ſupprimere tutum non eſt. In inflammatione meatus auditorii, præter curam antiphlogiſticam, injectiones ex lacte cum croco, & balneum vaporis commendat auctor, imminentem vero ſuppurationem promovendam eſſe ſuppurantibus injectionibus, & cavendum eſſe ne pus cartilaginem aut oſſa exedat. Meatus ulcera difficulter plerumque curari: in quibus hydromel, & ſi venereæ ſunt originis, ſuffumigia ex cinnabari laudat. Dari hic aliquando etiam polypos, quos evellit, vel ligat. Agit deinde ſatis fuſe de morbis aurium internis, membranæ nempe tympani, labyrinthi, oſſiculorum, nervi acuſtici &c. (Quæ de his tradit auctor, etſi theoriæ forte conformia ſint, tamen chirurgo practico inutilia; cum diagnoſin horum morborum non ſufficienter explanet. Quod quidem eo magis dolendum eſt, quod nullus fere liber practicus de morbis aurium internis exſtat, qui alicui uſui eſſe poſſit. Ita Cel. RICHTER.)

David de origine puris ſuam proponit hypotheſin, quam tamen Celeb. Richter non adeo probat. Deinde abſceſſus, qui in diverſis corporis partibus, uti in tela celluloſa, aponeuroſi, muſculis, tendinum vaginis, glandulis &c. obſervari ſolent, ſingulatim fuſeque pertractat. Pars 2. hujus tractatus in *Tom. X.* continetur.

ELEN-

ELENCHUS
MATERIARUM AD CHIRURGIAM PERTINENTIUM,
DE QUIBUS
SCRIPTORES TUM VETERES, TUM RECENTIORES
EGERUNT.

ABSCESSUS
SIVE
APOSTASIS, APOSTEMA.

HIPPOCRATES in *Epid.* VI. quædam habet de abſceſſibus. Vide *adminiſtr. chirurg.*

A. CORNELIUS CELSUS in L. V. (a) agit de abſceſſibus. L. VII. (b) de his, quæ per ſe intumeſcunt, quomodo incidenda & curanda (abſceſſus). Ita WALTHER. V. *adminiſtr. chirurg.*

CLAU-

(a) Cap. 28. (b) Cap. 2.

Claudius Galenus uti nullam partem Artis medicæ neglexit, ita neque Chirurgiam. In ea ſe juvenis exercuit, cum Pergami ludi gladiatorii curam gereret. Varia tunc excogitaverat ad nervorum vulnera (c), ſectionesque muſculorum, annos natus 28., & gladiatorum in ludis pontificiis ſauciatorum vulnera, ut curaverit exponit (d). Tum demum, quando Romæ ſedem fixit, curationes, quæ manu fiunt, chirurgis reliquit, urbis mores ſecutus (e). Ophthalmiam tamen, quam Romæ celeberrimus medicus non poſſet ſanare, ipſe rejectis ejus conſiliis balneis ſanavit (f); mitis in univerſum amans medicationis, ut maſculam Chirurgiam dictus ſit neglexiſſe.

In *L. de tumoribus præter naturam* interprete Horatio Limano ſeorſim edito Witteberg 1589. 8. Latine vertente G. Andernaco Basil. 1529. 4. Græce Paris. 1557. 8. Codex eſt in B. R. P. n. 2164. Gallice verſus a Petro Colet. Lion 1540. 8. Breviſſime etiam de abſceſſu agit.

In L. II. *de arte curativa* iterum de abſceſſibus: eos profundos ut ad ſuppurationem perducat, ſcarificationes mediocres multas facit, ne in ſcirrhos tranſeant.

In L. VI. *de locorum adfectorum natura*, ſeorſim Lion 1549. 16. BB. excuſis, occurrunt abſceſſus varii.

In *Comm. ad prognoſticon* abſceſſus crurum ex purulentis pulmonibus nati. Haller.

In L. XIV. *meth. med.* (g) agit de apoſtematibus.

In L. *de oculis* (h) de curis apoſtematum. Walther.

Hali Abbas in *theoriæ* libro VIII. (i) agit de variis apoſtematibus eorumque ſignis & cauſis.

In *practicæ* L. VII. (k) de apoſtematum ani medela; (l) de apoſtematum hepatis medela; (m) de aperiendo hepatis apoſtemate; (n) de apoſtematibus frigidis; L. VIII. (o) de mammarum apoſtematibus; (p) de auris apoſtematibus. Walther. V. *adminiſt. chir.*

Oribasius, Pergamenus, Juliani amicus, compilator. Prima collectio fuerat ſeptuaginta librorum Juliano Augusto regnante facta, quorum pars maxima interiit. Superſunt quindecim priores libri, tum vigeſimus quartus & vigeſimus quintus, horum unicam editionem recenſet celeberrimus Haller: ſcilicet Latinam Basil. 1557. 8. 2. vol.

Deinde ex conjectura docti viri Antonii Cocchii poſſidemus hujus collectionis libros a XLIII. ad XLVI.

Porro

(c) *Compoſ. ſec. gen.* L. III. (d) In Hipp. *de fract. comm.* III. (e) *Part. art. med. Meth. med.* L. VI. (f) In *Aphor. L. VI. n.* 31. (g) Cap. 12. (h) Cap. 2. (i) Cap. 8. 9. 10. 11. 12. (k) Cap. 25. (l) Cap. 32. (m) Cap. 33. (n) Cap. 34. (o) Cap. 29. (p) Cap. 63.

Porro duplex exſtat compendium magnæ collectionis.

Majus aliud novem librorum, ad EUSTACHIUM, prodiit interprete J. B. ROSSARIO BASIL. 1557. 8. tum VENETIIS apud ALDUM 1554. 8.

In LIX. agitur de renum & veſicæ abſceſſu.

Altera brevior *ſynopſis* ad EUNAPIUM librorum eſt quatuor, excuſa BASIL. 1557. 8. VENET. 1558. HALLER.

In L. III. *de morb. curat.* (q) agit ORIBASIUS de apoſtematibus. Ibidem (r) de abſceſſibus.

In L. II. *ſynopſ.* (s) de abſceſſibus. WALTHERUS.

ÆTIUS, Amidenus, medicus ſeculi quinti exeuntis, magnum opus reliquit, potiſſimum quidem ex ORIBASIO, tamen ut etiam propria aliqua habeat, aut ex veteribus decerpta, quorum non alibi monumenta exſtant, aut ex ORIBASII deperditis, aut ex proprio etiam experimento nata. *Tetrabiblion* dicitur XVI. librorum, quorum partem J. B. MONTANUS Latine reddidit, & partem JANUS CORNARUS BASIL. 1535. fol. VENET. 1543. 8. LUGDUN. 1549. fol. 1560. 4. Quæ chirurgica ÆTIUS habet, ea inter medica ſparſa ſunt. HALLER.

In *tetrabibl.* 2. (t) quædam ad linguæ abſceſſum occurrunt. *Tetrabibl.* 4. (u) itidem de abſceſſibus agit. Et *tetrabibl.* 4. (x) de mammarum abſceſſu. In L. VII. iterum quædam ad abſceſſum. WALTHERUS.

PAULUS ÆGINETA in *de re medica* L. VI. (y) agit de abſceſſibus. V. *adminiſtr. chirurg.*

JOHANNES, SERAPIONIS filius, (BIM SERAPION RHAZEI) ſcriptor Arabs, de quo nihil ſupereſt, niſi de libris aliqua. Habemus ejus *Practicæ* libros VII. aliquoties editos, & cura ANDREÆ ALPAGI VENET. 1550. fol. Eos FREINDIUS ipſius antiqui JOHANNIS SERAPIONIS putat opus eſſe, cum eorum ſimilia contineat, quæ ex SERAPIONIDE RHAZEUS citavit; judicium vero HALY ABASSYDÆ non ſatis de noſtro verum eſt, de Chirurgia nihil habere, cauſasque morborum negligere & ſigna. Medicamenta enim chirurgica multa habet, & ob ea a RHAZEO frequentiſſime citatur.

In L. IV. agit de apoſtemate renum & veſicæ. HALLER.

RHAZEUS ABU BECKER MOHAMMED BEN ZACHARIA a patria dictus el RASI, vulgo RHAZE, medicus inſignis, qui RAIÆ, BAGDADI, ALEXANDRIÆ, & denique in HISPANIA vixit, noſodochio Bagdadino aliquandiu præfectus, ſeculo decimo exeunte, in legendis libris plurimum laborem

(q) Cap. 1. &c. (r) Cap. 43. (s) Cap. 28. (t) Sermone 4. cap. 38. (u) Sermone 2. Cap. 32. (x) Sermone 4. cap. 39. (y) Cap. 34.

borem poſuit, & artem ipſam exercuit, quæ manu curat, ut chirurgos audiverit, qui in ea gente manu medebantur. Ejus Viri multa ſunt opera. Primum titulo *Continentis*, *comprehenſorum* vocat CASIRI, vaſtum opus, cujus duo ingentes tomi aliquoties folio magna forma excuſi ſunt. HALLERUS editionem habuit VENET. 1542. fol. Gothicis literis, vertente FERRAGO, Judæo Siculo, emendata a HIERONYMO SURIANO, ſed etiamnum valde corrupta, tum in litteris, tum in nominibus, tum in ipſis repetitis titulis, barbare denique & absque ulla linguæ latinæ peritia, ut cum plurima cautela oporteat legere. Innumera equidem antiquorum ſcriptorum loca hic RHAZEUS compilavit, non tamen ut nihil haberet proprii. Nam ubique ſuam interponit ſententiam, & ſua plurima, potiſſimum in noſodochio facta, experimenta, aut conſignatas certe in adverſariis adnotationes citat, quæ virum ſibi credentem, neque ſervili ingenio GALENUM aliosve exſcribentem, indicant. GALENUM potiſſimum exſcripſit, cujus & vera opera legit & ſpuria, ut de mortuorum anatome: deinde PAULUM, nunquam (quantum HALLERUS ſe reperiſſe dicit) ÆTIUM. Inter Latinos ſolum PLINIUM. Arabes, ut jam dictum eſt, numeroſos compilavit. Scribendi ſtylus barbarus, typique rudes legenti tædium pariunt. HALLER.

L. III. agit de aurium apoſtematibus, de quibus ſententiam ſuam dicit, a Galeno diverſam.

In L. VI. agit de mammarum apoſtematibus.

In L. XI. abſceſſum in teſticulo in ſe ipſo vomitu perfecte eſſe ſanatum narrat.

In L. XIV. non debere abſceſſus aperiri immaturos. Abſceſſum pectoris apertum injecto hydrocele repurgari debere.

Alterum opus, prioris quaſi compendium eſt, in X. libros digeſtum, dicatum ALMANSORI præfecto urbis RAJ, quæ RHAZEI fuit patria; unde vulgo *ad* ALMANSOREM vocatur. Prodierunt in collectione, cui titulum fecerunt ABUBEKRI RHAZÆ MAHUMETHI *opera exquiſitiora* BASIL. 1544. fol. interpretibus GERARDO CARMONENSI, ANDREA VESALIO, & ALBANO TORINO. Alia editio absque titulo prodiit VENET. 1497. fol. Alia, cui titulus *Liber* ALMANZORIS VENET. 1483. fol.

Codices M. S. hujus operis reperiuntur & in *Bibl.* SCORIALENSI omnino bini n. 815. & 853. & in *Bibl.* BODLEYANA n. 3768.

Pleraque ex Græcis deſumta. RHAZEUS enim eos & legerat & medico ita exiſtimabat neceſſarios, ut a bonorum librorum lectione (z) cum medico in arte exercitio conjuncta ſubito magnos viros exſtitiſſe glorietur. In libris GALENI ſe ſtudioſe verſatum (a). Inſomnem a nimia in legendis libris aſſiduitate factum (b). Non tamen absque ſuo experimento ſcripſit, qui medi-

(z) L. IV. c. 32. (a) *De caſibus, qui ſibi acciderunt.* (b) Ibidem.

medicum humeri apoſtema male curantem, & alieniſſimo loco luxationem factam adfirmantem, de errore (c) convicit, meliori curatione ægroto ſanitatem reddidit.

Hæc erit *Chirurgia* ALMANSORIS, cujus M. S. eſt in *Bibl.* BODLEYANA n. 3500.

In L. *de caſibus, qui ſibi ipſi acciderunt* huc facit curatio apoſtematis cerebro vicini, in quo ægro RHAZEUS tres libras ſanguinis eduxit, donec æger animo linqueretur.

AVICENNA, ABU ALI AL HUSSEIN ABDALLAH EBN SINA, Bockarenſis, diſcipulus ABU SAHL, vulgo AVICENNA, vir inſignis utique ingenii, pro Arabum principe habitus, quod pleniſſimum, & boni ordinis opus ſcripſerit de re medica, nempe *Canonis* libros V. ſæpe verſos & excuſos, quorum editione uſus eſt celeberrimus HALLER a JOHANNE COSTÆO curata VENET. 1564. fol. 2. vol. cum ampliſſimis indicibus. Verſio hactenus caſtigata, tamen barbara eſt, plenaque vocibus non converſis: commode tamen nomina ſcriptorum adjecta ſunt, qui eorum ſimilia reliquerunt, quæ apud AVICENNAM leguntur. Ubique præcepta ſua tradit, breviter, eloquenter: Græcis ita uſus eſt, ut pauca habeat propria, & FREINDIO ſi credas, vix ulla. In iis certe, quæ legi, pauca offendi, quæ laboris eſſent pretium, inquit HALLER.

Quarta pars L. primi *de univerſali methodo medendi* per M. JACOB. MANTINUM medicum Hebræum latinitate donata HAGENOÆ 1532. 8. Verſio minus barbara, quam illæ antiquæ; res ipſæ, quales ſolent eſſe AVICENNÆ.

AVICENNÆ Chirurgia, quæ M. S. exſta in *Bibl.* BODLEYANA, M. S. B. n. 3500. excerpta erat de *Canone.*

Ejus L. *de apoſtemate calido, contuſione, attritione, caſu & offenſionis calvariæ curatione* MARIANI SANCTI commentarius. VENET. 1543. HALLER.

ABU AMRAM MUSA EBN MAIMUN AL KORTOBI AL JEHUDI, vulgo MAIMONIDES, obiit HEGIRÆ 605. (d), Hiſpanus Cordubenſis, Magnus Judæorum Doctor. Inter morbos, etiam Chirurgicos, abſceſſus tractat, quam breviſſime. Ita HALLER.

ALBUCASIS, ita vulgo vocatur ABUL CASEM KHALAF EBN ABBAS cognomento ALZAHARAVI, quod nomen occidentales ſcriptores mire deformarunt, ut AZARARA vocarent, & BEN AFARAZELIN. Tarabenſis, HARANI & BAGDADI vixit, & obiit a. 339. HEG. ſecundum LINDENIUM, nullo teſte producto, vix ab Arabibus usquam laudatus. Ad decimum tertium ſeculum ob nominatos Turcas FREINDIUS relegat,

(c) c. I. (d) ABULFARAI p. 665.

legat, quod quidem argumentum non magni eſt ponderis, ante noſtros enim Turcas BAGDADI dudum alii BUIDÆ & SELJUCIDÆ Turcæ floruerunt, regna fundarunt, Khalifasque ſub imperio tenuerunt. Plurima Auctor propria habet, & præcipus eſt fons, ex quo nuperi ſemibarbari ſua hauſerunt. A principio queritur, Chirurgiæ peritos homines raros eſſe, unde putes, non vixiſſe RHAZEI ævo, quo chirurgi noſodochiis præfuerint, & ipſius ejus viri fuerint præceptores.

In L. I. abſceſſum hepatis ferramento candente aperit.

In L. II. abſceſſus in fœminæ umbilico, de quo fœtus mortuus exiit.

In compendio, quod cum PAULI RICCI præfatione & titulo *liber theoriæ nec non practicæ* ALZAHARAVII, qui vulgo AZARARIUS dicitur, prodiit AUG. VIND. 1490. fol. 1519. fol. aſſerit (e) apoſtema in ipſis initiis igne admoto fere diſſipari. Ita HALLER, qui ſat fuſe codices & editiones horum librorum (f) recenſet.

In eodem *libro practicæ* (g) agit de apoſtematibus œſophagi; (h) de apoſtematibus cerebri; (i) de apoſtematibus auris; & (k) de apoſtematibus radicum aurium; (l) de apoſtematibus ani; (m) de apoſtemate hepatis; (n) de diviſione apoſtematum; (o) de apoſtematibus, quæ dicuntur *aldenul*, & ſunt de genere phlegmonum; (p) de enumeratione generum apoſtematum variorum. Ita WALTHERUS.

CONSTANTINUS primus undecimo ſeculo ex Oriente, ſedeque Imperii Abbaſſidarum BAGDADO, Medicinam aliquanto comtiorem in ITALIAM retulit, SALERNUMque; idem quem a patria AFRICANUM dicunt, & quem in cœnobio CASSINI montis a. 1087. obiiſſe legit HALLERUS. Ejus opera ex Græcis & Arabibus manifeſto collecta ſunt, quos inter JANUM citat DAMASCENUM, vetuſtiorem illum. Ejus opera BASILEÆ 1536. fol. edita ſunt, quæ ab eruditis viris tota tribuuntur ISAACO dicto BEIMIRAM filio SALOMONIS, cujus ſit *viaticum.* Sed eſſe verius HALY ABBASSIDÆ olim & SYMPHORIANUS CHAMPIER ſenſit, & JACOBUS BERENGARIUS *Carpenſis* (q), etſi a SYMPHORIANO aliquantum diſſenſit. In ea collectione continentur etiam *de morborum cognitione & curatione.* L. VII. Deinde *Chirurgiæ* proprium librum dicavit. Codex *Chirurgiæ* reperitur in Cœnobio Caſſinenſi MONTFAUCON I. p. 209. & alius p. 200., alius in *Bibl.* L. Bat. p. 401. 34. Proprii nihil habet, etſi cæterum paulo minus incomtus ſcriptor eſt. HALLER.

In *loc. comm. med.* Libro VIII. BASIL. 1539. fol. agit de apoſtemate, ejus cauſis & ſignificatione. Ita WALTHERUS.

GUILIELMUS de SALICETO, Placentinus, Clericus, Profeſſor Veronenſis, obiit circa annum 1277., Vir doctus, & adminiſtrationum chirurgi-

carum

(e) p. 46. b. (f) In *Bibl. chirurg.* T. I. p. 137. (g) *Tract.* 2. *cap.* 3. (h) *Sect.* 2. *cap.* 9. & 10. (i) *Tract.* 4. *cap.* 8. (k) *Cap.* 9. (l) *Tract.* 17. *ſect.* 2. *cap.* 7. (m) *Tract.* 18. *cap.* 3. (n) *Tract.* 29. *cap.* 3. (o) *Cap.* 4. (p) *Cap.* 1. (q) *fract. cran.*

carum peritus, *valens* homo, ipſo non blando judice GUIDONE. Ejus *Chirurgia* ſæpe prodiit, quinque libris VENET. 1470. 1502. fol. 1546. fol. Gallice verſa LION. 1492. 8. PARIS. 1506. 4.

Codex eſt in Bibl. CASSINENSI. MONTFAUC. I. p. 217. In SLOANEA B. B. n. 8736. In BODLEYANA n. 3500.

Non deſunt apud GUILIELMUM adnotationes utiles. Apoſtema gulæ jubet emolliri (r) & incidi. Apoſtema in humero medicis non intellectum incidit (s) & ſanavit, tum in femore aliud. Sigillatim etiam deſcribit abſceſſus. Non tamen injuſte GUIDO monuit, nimis uſum eſſe emplaſtris, unguentis, & molli medicina, pleraque etiam uti omnes coævi ex Arabibus ſumſit. Laicorum conſortium jubet vitare. Morbos muliebres omittit, ut clericum decet. HALLER.

LANFRANCUS gulæ apoſtema a diſcipulo ſuo parum intellectum aperuit, fiſtulam immiſit (t), per quam alimenta ſuppeditaret, ægrumque ſanavit. HALLER. Porro agit (u) de apoſtematibus. Iterum (x) de apoſtematibus & eorum cura. WALTHERUS. V. *pag.* 2.

GUY vel GUIDO DE CHAULIACO (y) agit de apoſtemate. V. *anthr.*

LEONARDUS DE BERTAPALIA. V. *pag.* 3.

PETRUS de la CERLATA (diverſus a PETRO de ARELATE GUIDONIS) quem etiam de ARGELATA & ARGELLATA & ARGILLATA vocant, clericus, qui ſuas res a laicorum rebus ſeparat (z), Bononienſis. Ejus ætatem ex ALEXANDRI V. inciſione arguas, cujus cadaver ipſe balſamo condidit (a), anno adeo 1415. Integram Chirurgiam dedit, ut GUIDO, admiſtis nonnullis practicis ad morem veterum. Ejus opus chirurgicum emendatum NICOLAUS MORETUS edidit VENET. 1480. fol. 1492. fol. 1498. fol. 1520. fol. 1531. fol.

Codex M. S. eſt in B. R. P. n. 7137. ſcriptus a. 1488. & integer libris VI. in B. Bern. ſcriptus a. 1442.

GUIDONEM equidem frequenter exſcripſit. Non undique tamen compilator, ſua ſolet medicamenta citare, ſuasque curationes. HALLER.

In libro I. (b) agit de exituris (abſceſſibus) earumque cauſis, ſignis & cura. In L. II. (c) de exituris ſive abſceſſibus, per totum tractum. WALTHERUS.

ANGELUS BOLOGNINUS in libro *de cura ulcerum* &c. (d) agit de cura apoſtematis. WALTHERUS. V. *ulcera.*

(r) p. 310. b. 311. (s) p. 313. (t) p. 233. b. (u) In *chir. magn. doctr.* 2. *tract.* 3. cap. 2. (x) In *chir. parv.* cap. 10. & 11. (y) In *chir. tract.* 2. *doctr.* 1. *cap.* 1. (z) p. 63. b. (a) p. 102. b. (b) *Tract.* 1. *cap.* 24. 25. &c. (c) *Tr.* I. *cap.* 1. 2. &c. (d) Cap. 10.

Petrus de Apono, Euganeus, magnus collector, neque is, qui manus ſuas ſanguine humano conſpurcaſſet.

In ejus *conciliatore controverſiarum, quæ inter philoſophos & medicos verſantur* Venet. 1548. fol. inter paucula illa, quæ argumenti chirurgici ſunt, etiam aliqua ad theoriam apoſtematum ſpectantia invenies. Haller.

Bernardus Gordon, Scotus, ab a. 1284. Profeſſor Monſpelienſis ſcripſit *librum Medicinæ, ſ. compendii* medici L. VII. Paris. 1542. 8. Lion 1550. 8. & alias excuſum. Inter morbos, quos ad morem veterum omnes a capite ad calcem recenſet, habet (e) etiam tractatum de apoſtematibus in genere. Verum conſilia, quæ dat, fere unice in medicamentis ponuntur, inter quæ inepta aliqua reperias, & ſuperſtitioſa. Veræ utilitatis parum eſt. Aliqua tamen habet medicamenta chirurgica, quæ ad poſteros deſcenderunt.

Seorſim M. S. exſtat ap. Bernard Cod. *Brit.* 3682.

B. S. *Petr. Contabr.* n. 1825. B. Ashmole. n. 7764.

Ejus *ſuper I. fen IV. Canonis* Avicennæ M. S. eſt in *Bibl.* Bodleyana. n. 246. Haller.

Anonymi *tractatus de apoſtemate, & puſtulis* Seculi XV. eſt in B. R. P. n. 6972.

De apoſtemate, fiſtula, bubone, eſt in B. Bodley. n. 2063.

Arnaldus de Villanova in *oper. med.* &c. (f) agit de exituris (abſceſſibus) exteriorum membrorum. Waltherus. V. *adminiſtr. chirurg.*

Joh. Stokerus in *praxi aurea* ... (g) 1734. 8. tradit curam apoſtematis mammarum. Waltherus.

Guilielmus de Varignana in *ſecret. ſublim.* (h) agit de apoſtematibus calidis & frigidis; (i) de maturatione apoſtematis, & ejus curatione. Waltherus. V. *ulcera.*

Rolandus Capellutius. Ejus poſthumum opus *de curatione apoſtematum peſtiferorum* Brunswic. 1648. 8. Scripſit auctor circa a. 1468. Ita Gesner.

Johannes de Vigo, Rafallenſis in Genuenſi ditione medicus, chirurgus, qui anno 1503. (k) Romam ad Julium II. vocatus ipſe manum operi admovit. Ejus *practicæ* ad filium Aloisium datæ liber IX. frequentiſſimas editiones olim eſt expertus, ut J. Vigo claſſici auctoris gradum tenuerit. Prima Rom. 1514. fol. Altera Papiæ ex epiſtola Anthracini. Porro Lion 1516. 4. 1516. 8. 1518. 8. 1519. 1528. 4. 1532. 8. 1534. 1538. 8. 1561. 8. Hæc literis latinis. Germanice *groſſe Wundarzney* No-

(e) *Cap.* 19. *rubrica* 1. Ita Waltherus. (f) *Pract. ſummar. cap.* 24. (g) *Pract. morb. partic. cap.* 11. (h) *Tract.* 4. *ſermon.* 3. *cap.* 1. (i) Ibid. *cap.* 5. (k) *In proœmio.*

RIMBERG. 1677. 4. Gallice LION 1525. 8. 1537. 8. vertente NICOLAO GODIN PARIS 1530. fol. Italice VENET. 1540. 1576. 1582. 1560. 4. vertente LORENZO CHRYSAORIO. 1568. 4. 1598. 4. 1610. 4. 1639. 4. Hiſpanice, vel potius Catalonice vertente MIGUEL JUEL PASCUAL PERPINIAN. 1627. Pleniſſimum artis eſt compendium, ut etiam Anatomen, & Materiam medicam cum Chirurgia conjunxerit. Multum uſus eſt GUIDONE de CAULIACO, adnotante dudum JOHANNE v. HORNE, & medicamentis ad ſeculi ſaporem indulſit, & ea nimis ſæpe laudibus extulit (l). Neque doctum fuiſſe putes, qui anthracis vocem ab antro derivet (m). Adparet etiam, ex genio ſeculi abſtinuiſſe difficilibus operationibus, easque *peregrinis* reliquiſſe. Non ideo ſua fraudandus eſt laude. Medicamenta ejus plurima ad poſteros deſcenderunt. Eruditionem etiam filio commendavit, CELSUM legit, etſi ſtylum ad id exemplum non reformavit.

L. II. eſt de apoſtematibus. Magnum pectoris abſceſſum, ex infelici caſu ſubortum, demum ad ſanationem (n) perduxit.

Alterum opus prioris quoddam eſt compendium, cum *Chirurgiæ compendioſæ* titulo ſcriptum a. 1517. excuſum VENET. 1520. fol. Tum cum majori opere LION 1535. 8. 1538. 8. 1561. 8. & alias. Libri ſunt quinque L. II. de apoſtematibus.

Minor hæc Chirurgia a MARIANO SANCTO excerpta prodiit Italice VENET. 1546. 4. 1560. 4. 1598. 8. Gallice cum majori, vertente NICOLAO GODIN PARIS. 1530. fol. LION. 1437. 8. Germanice cum *magna Chirurgia* NORIMBERG. 1677. 4. HALLER.

MARIANUS SANCTUS BAROLITANUS, ex oppido BAROLO, medicus, doctor Romanus diſcipulus JOHANNIS de VIGO. Ejus *compendium Chirurgiæ* prodiit & cum JOHANNIS de VIGO *practica* LION 1531. 1538. 8. Cum *operibus omnibus* VENET. 1543. 4. 1647. 4. Italice cum J. de VIGO VENET. 1560. 8. & in GESNERI collectione. Agit de apoſtematibus. Ut noſter in timido homine cauſtico medicamento ad aperiendum abſceſſum (o) ſit uſus. Porro tractatus de apoſtematis per totum tractum (p). Vir cæterum multo magis latinus, qui a. 1516. in noſodochio M. MARIÆ conſolationis medicatus ſit (q).

Ejus *libellus quiddidativus de modo examinandi medicos & chirurgos*, & in GESNERI collectione. In eo etiam de apoſtematibus agit. Solanum ea ſanare ſi occulta fuerint. HALLER.

PETRUS de BAYRO in L. *de medendis* &c. L. 23. (r) agit de apoſtematibus calidis; (s) de his, quæ rumpunt exituras, ſive ferro; (t) de his, quæ

(l) p. XXI. CXVII. b. CXXVII. (m) p. XXXIII. (n) p. LXXIV. b. (o) p. L. XII. (p) In *Chirurgiæ comp. tract.* Ita WALTHERUS. (q) p. LXXXVI. (r) Cap. 1. (s) Cap. 2. (t) Cap. 3.

quæ prohibent, ne apoſtema rumpatur; (u) de apoſtematibus frigidis; (x) de apoſtematibus duris. WALTHERUS. V. *pag.* 5.

PHILIPPUS THEOPHRASTUS PARACELSUS BOMBAST de HOHENHEIM, in pago GAISS Abbatiſcellanorum natus, (ut HALLERUM docuit optimus olim Vir LAURENTIUS ZELWEGER) filius naturalis Equitis Teutonici. Magnus peregrinator, chemicus, & aſtrologus, mirus homo, qui antiquos errores ſtuderet ſubruere, ut ſuos ſubſtitueret. Magna pars operum ad Chirurgiam pertinet, cui certe Arti plurimum nocuit, cum a maſcula manus opera ad emplaſtra & alia medicamenta animos hominum revocaret. Plurimi ejus libri ſunt, quos neſcio, inquit HALLERUS, ut expediam, ſuamque cuique reddam editionem. Quare plenam editionem operum omnium ſe ſecutum fuiſſe ait, quam JOHANNES HUSERUS, Briſgovius, præparaverat, ejus vero hæredes ARGENTORATI 1605. B. B. 1618. fol. ediderunt. Prodierat etiam ULM. 1536. fol. & AUG. VIEDEL. 1537. *das erſte, zweyte u. dritte Buch der groſſen Wundarzney (Chirurgia magna).* Hæc etiam fuerit ADAMI v. BODENSTEIN *neue und volkommene groſſe Wundarzney aus P. Schriften zuſammengetragen.* FRANCFR. 1549. 4. *Opus chirurgicum, oder Wundarzney wahrhafte und vollkommene Wundarzney durch* A. BODENSTEIN. FRANCFR. 1565. fol. BASIL. 1581. fol. Additur in editione 1565. primum hic acceſſiſſe quatuor libros novos PARACELSI.

In L. II. agit de apoſtematibus. Male de eorum origine ſcholas docere; cauſam eſſe in ſalibus intra corpus humanum natis, nitro, ſale marino (quæ ſenſu careant,) vitriolo, alumine, realgar, cœli influxu, chao. Contra cauteria. Curari debere tinctura coralliorum, balſami, antimonii, & ſale philoſophorum, etiam calcinatis, & dulcibus, & corroſivis, & tartari balſamo.

In T. III. ut numerant *Berteonea ſ. tres libri de vulneribus, apoſtematibus, ulceribus, von Wunden, offenen Schäden, und Geſchwüren* &c.

JOSQUINUS DALHEMIUS OSTO FRANCUS Latine vertit, & ARGENTORATI 1573 fol. edidit B. B. *Chirurgiam magnam.* Verum hic ſex numerantur libri, & acceſſerunt tres libri de ulceribus. In eadem collectione a. 1573. reperitur *Bertheonia, ſ. Chirurgia minor*, converſa a GERARDO DORN. Tum L. *de apoſtematibus, ſyronibus, & nodis. De cutis aperitionibus. De vulnerum & ulcerum curis.* Hæc eadem collectio prodiit BASIL. 8. absque anno, forte 1568.

Opera omnia PARACELSI Latine STRASBURG 1603. 4. 12. vol. *Opera medico-chimica chirurgica* GENEV. 1658. fol. 3. vol. Gallice *la grande Chirurgie traduite d'après la verſion Latine de* JOSQUIN D'ALBEM *par* CLAU-

(u) Cap. 4. (x) Cap 5.

Claude Dariot. Lion 1593. 4. 1603. 4. Montbeillard 1608. 8. Alia verſio Petri Hazard Anrers 1567. 8. *La petite Chirurgie dite la Berthonie.* Paris. 1623. 8. *avec le tr. ſur les apoſtemes, vices, taches de naiſſance* &c. Haller.

Nicolaus Massa, Venetus, inciſor, barbare ſcripſit, non tamen a naturæ ipſius cognitione alienus. Ejus *Iſagoge anatomica* Venet. 1536. 1559.

Ejus *Epiſtolæ medicinales.* Venet. 1550. 4. In L. II. Venet. 1558. 4. *epiſtola* 13. huc facit, in qua agit auctor de duro apoſtemate in maxilla. Porro *epiſt.* 26. apoſtemata frigida in temporibus & facie. Hæc fere ſunt *conſilia.* Haller.

J. Fernelius in vico haud longe ab Ambiano remoto natus, ſe Ambianum dixit, vir eruditiſſimus, qui Chirurgiam parce adtigit. Ejus libri VII. *de naturali parte Medicinæ* excuſi ſunt Paris. 1542. Venet. 1547. Lion. 1551. 1597. 8. quod idem opus videtur tranſiiſſe in magnum *opus univerſæ Medicinæ.* Paris. 1563. fol. &c. In *Pathologia*, quæ hujus operis pars eſt, inter morbos externos in Libro VII. tractantur etiam abſceſſus. Breviter omnia, & ex ſcholarum placitis.

Gallice prodiit *la Chirurgie de* Fernel *enrichie d'annotations & d'une methode chirurgique par* Simon de Provenchiere. Paris. 1579. 16. Toulouse 1664. 8. Haller.

Joh. Tagault in *chirurg. inſtit.* (y) agit de curatione abſceſſuum in univerſum. Waltherus. V. *pag.* 6.

Ambrosius Paræus in *operat. chir.* (z) agit de curatione phlegmonis in abſceſſum degenerantis. Waltherus. V. *adminiſt. chir.*

Franciscus Valeriola. Ejus *exercitationes.* Lion. 1573. fol. 1588. 8. Genev. 1605. 8. & alias.

In *locis medicinalibus communibus* Lion. 1563. 8. 1589. 8. *Appendix ad loca communia* fere tota chirurgici eſt argumenti, ubi de apoſtematibus &c.

Ejus *enarrationum medicinalium* Libri VI. & *reſponſionum* L. I. Lion. 1554. fol. 1589. 8. Fere ex veteribus deſumta ſunt, quæ refert. Haller.

Franciscus Pedemontanus in *ſupplement. in Meſuen de apoſtematibus partic.*......... 1550. fol. agit (a) de terminatione apoſtematum in genere. Et (b) de appropriatis apoſtematum ſecundum diverſitatem membrorum in quibus fiunt. Waltherus.

Pe-

(y) L. I. *cap.* 5. (z) L. VI. *cap.* 18. (a) *Sect.* 2. *cap.* 10. (b) *Cap.* 17.

Petrus Franco in *traité contenant* &c. agit etiam de abſceſſibus. V. *hern.*

Antonius Chalmethæus, Vergesaci (Velaunorum) chirurgus, Rondeleti, Saportæ, Jacobi Sylvii & Guilielmi Lauthier, chirurgi, diſcipulus (c). Ejus *enchiridion chirurgicum externorum morborum, remedia tam univerſalia, quam particularia complectens.* Paris 1560. 8. 1563. 8. 1564. 8. Lion 1570. 12. 1588. 12. 1627. 8. Patav. 1593. 8. Basil. 1621. 8. 1627. 8. 1634. 8. Orleans 1626. 8. 1636. 8. Germanice 1644. 8. 1659. 8. Gallice *enchiridion ou livre portatif pour les chirurgiens* &c. Lion 1571. Belgice vertente Gysberto Poets Amsterd. 1641. 8. Librum hunc Adamo Fontano dedit recognoſcendum. Pene totus eſt in formulis. Ad experientiam ſuam paſſim provocat, & contra priores ſcriptores aliqua monet. Haller. Agit (d) de abſceſſu phlegmatico. Waltherus.

Georgius Phædro, in *prax. iatro-chymic.* (e) Francof. 1611. 8. tradit curam apoſtematum. Waltherus. V. *ulcera.*

Eustachius Rudius in *artis medicæ* L. V. (f) de abſceſſibus agit. Waltherus. V. *pag.* 13.

Jacques Guillemeau in *Chirurgie Françoiſe* &c. abſceſſus jubet lanceola aperire, neque expectare ut ſponte hiſcant. V. *pag.* 11.

Prosper Alpinus, in ſuo opere de *Medicina methodica* nuper Leidæ 1719. 4. recuſo, agit etiam de abſceſſibus. V. *pag.* 13.

Hieronymus Fabricius in *operat. chir.* (g) agit de imi ventris abſceſſibus. Ita Waltherus. V. *pag.* 13.

Guilielmus Fabricius vulgo Hildanus, qui Anatomen pro oculo habuit Chirurgiæ, & impenſo ſtudio coluit. Ejus *obſervationes chirurgicæ* XXV. Venet. vel potius, ut Hallerus putat, Oppenheim 1598. Redeunt in *centuria* I. Basil. 1606. 8. cui titulus eſt *obſervationum & curationum chirurgicarum centuria.*

In hac *centuria* I. (h) ex vehementiſſimo colico dolore abſceſſus in ſiniſtro hypochondrio cum inteſtini eroſione, & excrementorum per ulcus ejectione feliciter curatus. Iterum (i) refert de abſceſſu ſub pſoa muſculo inciſo & curato.

Centuria II. Basil. 1611. 8. (Sed fieri non poteſt, inquit celeberrimus Hallerus, nam curationes poſt annum 1611. peractæ recenſentur). In hac centuria eſt abſceſſus apertus inter pleuram & coſtas. Abſceſſus abdominis alii ſanati, alii funeſti.

Centuria III. Ibid. 1614. 8.

Centuria IV. Ibid. 1619. 4.

Centu-

(c) *In præf.* (d) *Cap.* 11. (e) *p. m.* 4. (f) *Cap.* 9. (g) *p. m.* 74. & 135. (h) *Obſ.* 54. (i) *Obſ.* 63. Ita Waltherus.

Centuria V. FRANCF. 1627. 4. Abſceſſus in perinæo ruptus, urina per vulnus edita, malum tamen ad ſanitatem perductum.

Centuria VI. Nullam antiquam & ſolitariam reperit HALLERUS editionem, ut primum cum reliquis centuriis videatur LUGDUNI 1641. 4. prodiiſſe. *Cent.* I. II. III. IV. & V. LION 1641. 4.

Deinde *obſervationes & epiſtolæ* ARGENTOR. 1717. 4. 2. vol.

Denique ipſe HILDANUS opera ſua conjuncta ad prælum præparaverat, & dedicationem a. 1633. ſcripſerat; cum vero intermortuus eſſet labori, J. BAYERUS *opera* Viri, quæ exſtabant *omnia* FRANCOFURTI 1646. fol. edidit, quæ editio FRANCOFURTI recuſa eſt a. 1682. fol. male dedicatione & BEYERI præfatione multata, addito tamen indice obſervationum per morbos diſpoſito, neque incommodo, iconibus nonnullis æneis nunc ligno inſculptis. Deinde FRIDERICUS GREIFF Germanice convertit, & cum titulo *längſt begehrte Leib- und Wundarzney* edidit FRANCOF. 1652. fol. B. B. cumque alio titulo HANAU 1652. fol.

Obſervationes in ſex libros collectæ, Gallice verſæ, inque ordinem redactæ prodierunt THEOPHILO BONNET interprete GENEV. 1669. 4.

Verum præterea in Bibliotheca Bernenſi præter ſceleton & viſcerum ſyſtema ſuperſunt tria volumina, in quibus multum eſt ineditorum. Epiſtolæ ſunt 437.: codex HILDANI ipſius juſſu deſcriptus. Comparavit HALLERUS, invenit pluſcula, quæ mereantur recenſeri (quæ ſuis in locis dicentur). De his ineditis egit HALLERUS in *Relat. Götting. faſc.* XII.

Vitam Viri ſcripſit CHRISTIANUS POLYCARPUS LEPORIN QUEDLINBURG 1731. 4. non pro dignitate. HALLER. Conf. *pag.* 13.

VIDUS VIDIUS in L. V. *de curatione* (k) agit de abſceſſibus, quos efficit humor. Et (l) de ſuppuratione, ſive de abſceſſu pus continente. WALTHERUS. V. *pag.* 14.

BARTHOLOMÆUS HIEROVIUS. V. *pag.* 15.

ANTONIUS DE CRUZ, Luſitanus. Ejus *recapilago de Chirurgia dividida en ſeneo tradados I.–II. apoſthemas III. de feridas.* LISBOA 1601. 4. 1605. 4. 1630. 4. 1688. 4. 1711. 4.

BARTHOLOMÆUS CABROL, anatomicus Monſpelienſis, & chirurgus. Ejus ſunt *alphabet anatomique, avec pluſieurs obſervations particulieres.* GENEV. 1602. Latine etiam GENEVÆ, etſi nomen urbis non acceſſit, 1604. 4. Hæ, quas vocat *anatomicas*, *obſervationes* pleræque chirurgici ſunt argumenti. In abſceſſu viri reperti pili; & alia ſane ſuperſtitioſa. Magnus abſceſſus lumborum feliciter apertus Ita HALLER.

UDALRICUS BINDERUS in *epiphan. medicis* VENETIIS 1603. agit (m) de apoſtematibus. Ita WALTHERUS.

(k) *Cap.* 11. (l) *Cap.* 12. (m) *Epiph.* 3. p. m. 196.

SEBASTIANUS CORTILIO vel CORTILLO in *pract. Medicin.* L. I. (n) agit de apoſtematibus. WALTHERUS. V. *pag.* 17.

DANIEL SENERTUS in magno opere *Medicinæ pract.* L. V. (o) agit de abſceſſibus. WALTHERUS. V. *pag.* 17.

GEORGIUS HORST, Torgenſis, Profeſſor Gieſſenſis, inde medicus Ulmanus. Edidit primum FRANCOF. 1613. 8. novam editionem *hiſtoriarum* MARCELLI DONATI, recuſam a. 1664. 8. addiditque librum ſeptimum. Conf. *pag.* 12.

Deinde *obſervationum medicinalium L. IV. & epiſtolarum & conſultationum centuria.* ULM 1625. 4.

Ejus porro *obſervationum medicinalium ſingularium L. IV. poſteriores.* Ibid. 1628. 4. quibus acceſſit *epiſtolarum & conſultationum* liber II.

Ejus *complementum ad librum II. conſultationum & epiſtolarum.* HEILBRUN 1631. 4.

Ejus *centuria problematum medicorum.* ULM 1636. 4.

Una prodiit *conſultationum & epiſtolarum* L. III.

Ejus *opera omnia* cura GEORGII HORSTII junioris edita GOUD. 1661. 4. 3. vol. In ſecundo tomo obſervationes in ordinem redactæ reperiuntur.

Aliquæ GEORGII HORSTII obſervationes reperiuntur apud HILDANUM. HALLER.

In *obſervationum med.* L. IV. (p) refert de admirando circa pubem abſceſſu. WALTHERUS.

FRANCISCUS PECCETI in L. I. *de tumoribus* (q) agit etiam de abſceſſibus. WALTHERUS. V. *pag.* 18.

HENRICUS PETRÆUS in enchiridio chirurgico (r) *von Eröffnung der Geſchwüren.* WALTHERUS. V. *pag.* 18.

J. ANTOINE LAMBERT abſceſſus ad inteſtinum patens inciſus, mercurio ſublimato adhibito ſanatus. Hepatis abſceſſus ſe incidere & ſanare. Exemplum miræ convulſionis digitorum, ubi bini binique in contraria flecterentur, cauſa eſſet in abſceſſu circa maxillam inferiorem. V. *pag.* 20.

PETRUS LOPEZ DE LEON. V. *pag.* 20.

ANTONIUS VIANA. V. *pag.* 20.

M. AURELIUS SEVERINUS, medicus, qui NEAPOLI medicinam utramque faciebat, inciſor, vir animoſus & ardens, qui ferrum & ignem ex antiqua GRÆCIA in patriam reduxit. Ejus primum opus eſt *de recondita abſceſſuum natura* L. VII. NEAPOLI 1632. 4. B. Gott. & octo libri (adjecto libro de peſtilenti puerorum angina) FRANCOF. 1643. 4. curante LUDOVICO DE HOERNIKH, quæ maculoſa eſt editio, ſed integris capitibus aucta. Recuſa

(n) Cap. 1. (o) *Part.* 1. *cap.* 3. (p) *Part.* 2. *obſ.* 18. (q) *p. m.* 13. (r) *Tract.* 2. *cap.* 11. &c.

cuſa eſt PATAV. 1651. 4. FRANCOF. 1688. 4. quam editionem MERKLINUS laudat. LEID. 1724. 4. 1729. 4. Vir plurima expertus magnam copiam utilium adnotationum in hoc opus ſuum effudit. HALLER.

THOMAS BARTHOLINUS in *hiſtoriis anatom.* (s) abſceſſus in ſpina. V. *pag.* 23.

LAZARUS RIVERIUS in *obſervationibus med.* &c. abſceſſus abdominis cauſtico medicamento apertus, mundatus & curatus. Abſceſſus ſecundum ſpinam dorſi aliquoties viſi, alias funeſti, alias aperti, & educto pure ſanati. V. *pag.* 24.

GUIL. PISO in *hiſtoria naturali utriusque* INDIÆ, AMSTERDAM 1648. fol. 1658. fol. refert de abſceſſu hepatis in iis regionibus frequente, qui aperiri debeat, & ſæpe ſanetur. HALLER.

NIC. BLANCHET & JAC. GAMARE *E. jecoris apoſtemati uſtio.* PARIS 1648. 4.

PETRUS DE MARCHETTIS in *obſerv. med. chir.* &c. jecoris gibbi abſceſſus tuto ſecari. V. *pag.* 26.

CAROLUS ARTHURUS PLESSIUS, medicus Abrincenſis. Ejus *hiſtoria proprii morbi* data a. 1651. abſceſſus nempe veſicæ urinariæ: fruſtra adhibitis aliis auxiliis, tandem ad inciſionem veſicæ perventum eſt, qua feliciter inſtituta, educto pure, viisque urinariis apertis convaluit æger. Prodiit cum *opuſculis quibusdam phyſiologicò-medicis* JOHANNIS RIOLANI in GERMANIA ....8. absque anno. Excuſa eſt etiam cum *Enchiridio anatomico-pathologico.* PARIS 1658. 8. HALLER.

FR. GUENAULT & FR. BOUGONNIER *E. inflicto externis partibus magno vulneri ſuccedit abſceſſus internarum.* PARIS 1656. 4.

JOH. CURANDUS DIETERICUS in *iatrico Hippocratic.* (t).... 1661. 4. agit de abſceſſibus & apoſtematibus. WALTHERUS.

EDMUNDUS DE MEARA cum *examine diatribes Williſianæ de febribus* hiſtorias aliquas rariores edidit LONDON 1664. 8. AMSTERDAM 1666. 12. inter quas eſt abſceſſus, per quem ruptum fæces & pus prodierant; tamen ſanatus. HALLER.

J. HENRICUS MEIBOM *de abſceſſuum internorum natura & curatione.* DRESDÆ & LIPS. 1751. edente J. G. B. medico. Eſt poſthumum opus. Laudat decocta vulneraria. HALLER. V. *calcul.*

JOHANNES MURALTUS in *Schriften von der Wund* &c. uteri abſceſſus decoctis vulnerariis ſanatus. V. *pag.* 30.

HENRICUS VOLGNAD. V. *pag.* 31.

LUDOVICUS SALZMAN. Ejus diſp. *de abſceſſu interno inſignis magnitudinis cum hydrope & aliis notatu dignis in muliere Argentoratenſi nu-*

(s) hiſtor. 30. (t) *Pag.* m. 218.

per obſervatis. ARGENTOR. 1671. 4. Abſceſſus cyſtici gelatinoſis hydatidibus varii, hydrops, ut videtur, ovarii. HALLER.

ELIAS RUD. CAMERARIUS. Ejus *de pleuritide, & abſceſſu pectoris cum ſuccedente colica ſpaſmodica, & gutta ſerena.* TUBING. 1690. 4. V. *pag.* 33.

GEORG FRANK. V. *pag.* 36.

J. NICOLAUS BINNINGER in *obſervat. & curat.* &c. abſceſſus ventris & pectoris, exeſo ſepto, pure per ſputa expulſo, cauterio apertus, & ad ſanationem perductus. Abſceſſus, ſed exiguus, hepatis gibbi ſanatus. V. *pag.* 37.

J. HENR. BRECHTFELD. V. *pag.* 37.

STEPHANUS BLANCARD in *Anatomia practica* &c. ex lapſu poſt ſex demum menſes abſceſſus funeſti in collo & pectore. Abſceſſus ingens cerebri. Vomica mediaſtini. V. *pag.* 45.

ANTONIUS DE HEYDE in *obſervat. med.* &c. abſceſſus in mamma rejectis penicillis celeriter ad ſanitatem reductus. Abſceſſus abdominis in umbilico ruptus, per ſphacelum funeſtus. Abſceſſus ex pleuritide minax, tamen curatus. V. *pag.* 46.

DIONYSIUS van der STERRE in *genees en heelkonſtige* &c. abſceſſus circa renes validis medicamentis purgantibus ſanatus. Abſceſſus in dorſo per negligentiam funeſtus: fuſiſſime. V. *pag.* 48.

J. PETRUS ALBRECHT. V. *pag.* 49.

GUNTHER CHRISTOPH, SCHELHAMMER. V. *pag.* 50.

RUDOLP. JACOB. CAMERARIUS. Ejus *de vomica cerebri.* TUBING. 1711. 4. V. *pag.* 50.

MICHAEL BERNARD. VALENTINI. V. *pag.* 51.

JOHANNES MUYS in ejus PODALIRIO *redivivo* &c. abſceſſus ſub lingua minax per emollientia medicamenta ruptus. Hepatis abſceſſus ſanatus. V. *pag.* 51.

ROSINUS LENTILIUS in *iatromnem. theoretico-pract.* &c. abſceſſus renum funeſtus. Ren abſceſſibus plenus. V. *pag.* 54.

J. JACOB HARDER in *apiario obſervat.* &c. infantis abſceſſus umbilici ſanatus. V. *pag.* 56.

CORNELIUS STALPAART van der WIEL in *centum & quinquaginta adnot.* &c. monet, ne incidantur abſceſſus in fronte infantum teneriorum, qua per ſuturam dura membrana cum pericranio adhæret. Abſceſſus, ut putat, cerebri per aurem expurgatus, funeſto eventu. Ex colli abſceſſu pus per nares. V. *pag.* 56.

PETRUS DIONIS in *curs d'operations* &c. in Principe Regio contuſa genu & abſceſſus, quem aperire neceſſe fuit. In abſceſſibus frigidis cauteria prodeſſe. V. *adminiſt. chir.*

J.BA-

J. BAPTISTA VERDUC in *traité des operations* &c. Inciſum empyema & hepatis abſceſſus. V. *adminiſtr. chir.*

GUICHARD JOSEPHUS DUVERNEY in *Hiſt. de l'Acad.* a. 1700. retulit de penna deglutita, quæ ex abſceſſu prodiit. V. *oſſ. morb.*

FRIDERICUS HOFMAN. Ejus *Medicinæ conſultatoriæ* Tom. I. HALL. 1721. 4. in quo agit de abſceſſu in muſculis abdominis. Tom. II. ibid. 1721. 4. iterum abſceſſus inter muſculos abdominis. Tom. III. Ib. 1723. 4. T. IV. Ib. 1724. 4. T. V. Ib. 1726. 4. T. VI. Ib. 1728. 4. T. VII. Ib. 1730. 4. T. VIII. Ib. 1731. 4. T. IX. Ib. 1732. 4. T. X. Ib. 1733. 4. T. XI. Ib. 1738. 4. T. XII. Ib. 1739. 4. V. *amput.*

WILLIAM MUSGRAVE in L *de arthritide anomala* EXONIÆ 1701. 8. ſæpe recuſa, agit etiam de abſceſſibus ani.

SYLVEST. SAMUEL ANHORN. V. *pag.* 58.

JOSEPHUS LANZONI. V. *pag.* 59.

CHRISTIAN. SCHUCHMAN. V. *pag.* 60.

J. GEORG. GRUBEL. V. *pag.* 61.

J. PHILIPP. EYSEL. Ejus *ſcrutinium apoſtematis ventriculi in puella novem annorum obſervati.* ERFORD. 1701. 4. V. *paracent. abdom.*

SAMUEL GRASS. V. *pag.* 66.

FRANCISCUS POUPART in *hiſt. de l'Acad. Roy. des Sc.* 1700. agit de abſceſſu cerebri, & cerebelli. V. *pag.* 68.

PANCRATIUS WOLF. Ejus *de febrium criſibus per abſceſſus, bubones, carbunculos.* HALL. 1705. 4. V. *chirurg. forenſ.*

REINHOLD WAGNER. V. *pag.* 71.

CASPAR. PETZOLD. V. *pag.* 71.

J. ABRAHAM MERKLIN. V. *pag.* 72.

GEORG. ERNEST. STAHL *de abſceſſu, & furunculo.* HALL. 1701. 4. V. *calcul.*

J. GEORG. MENZ. Ejus diſp. *de muliere dolore capitis periodico cum abſceſſu laborante.* ALTDORF. 1699. 4.

GODOFR. SAND *fungus cerebri inventus, & exſtirpatus.* REGIOMONT. 1700. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis* T. I. Eſt diſſertatio melioris notæ, qua refertur caſus graviſſimus; tumor nempe, abſceſſus, caries cranii: & admota aliquoties terebra, efflorescens fungus obtuſo cultro remotus, ſanatio denique plena. Ita HALLER.

Ejus *rarus ventriculi abſceſſus.* Ibid. 1701. 4. Bona iterum adnotatio.

LUC. ANT. PORTIUS agit de abſceſſibus internis. V. *tumores.*

CAR. FRID. LUTHER & DOLGE diſp. *de ſpina deglutita per apoſtema hypochondrii dextri rejecta.* KIEL. 1704. Æger ſanatus, etſi putrida materies effluxerat. HALLER.

J. Lu-

J. Ludov. Petit in poſthumo opere *traité de maladies chirurgicales* &c. in T. I. in abſceſſibus (u) recti inteſtini accurate oſtendit quando inteſtinum incidi oporteret, aut melius omitteretur. Abſceſſus pleuræ impoſiti: debere inciſa cartilagine coſtæ curari. Abſceſſus, eroſumque cranium, eductus fœtidus de diploe ichor.

In T. II. abſceſſus gangrænoſos recti inteſtini continuo aperiri debere.

In T. III. abſceſſus proſtatæ. V. *pag.* 76.

Paul. Jenisch in *laurea Apollinari.* Monspel. 1705. quærit, an abſceſſus ſit tumor de neceſſitate compoſitus.

J. Christoph. Gottwald refert in *Act. Litt. Mar. Balth.* 1707. de ſpica ſecalina deglutita, & per apoſtema exeunte.

Hermannus Boerhaave in *aphor. de cognoſc.* &c. V. *pag.* 79.

Henrici Henrici diſp. *de abſceſſu meſenterii, & muſculorum abdominis.* Hall. 1712. 4. Bona diſputatio. Haller.

Johannes Fantoni. V. *pag.* 87.

Johannes Salzmannus *de abſceſſuum recta & tempeſtiva apertione.* Argent. 1737. 4. V. *pag.* 87.

J. Conr. Barchusen. V. *pag.* 87.

J. Daniel Gohl in *decade* II. abſceſſus umbilici ſanatus. V. *pag.* 89.

Johannes Juncker de *abſceſſuum & ulcerum indole diverſa.* Hall. 1745. 4. V. *pag.* 93.

Janus Plancus (ſ. Joh. Sim. Bianchi) Ejus *ſtoria medica d'un apoſtema nel cerevello.* Rimen 1752. 12. Paralyſis ejusdem lateris.

Ejus *lettera ad un amico di* Cesena *ſopra un pretenſo ſupplimento alla ſtoria medica d'un apoſtema del lobo del cerevello*, ſub Caroli Serra. Rimini. 1755. 8. V. *ocul. morb.*

Abraham Vater *de deglutitionis difficilis & impeditæ cauſis abditis.* Witteberg 1750. 4. Abſceſſus poſt 14. dies extrorſum feliciter vergens, & curatus. V. *vuln.*

Salvator Franciscus Morand in T. II. *des mem. de l'Acad. de Chir.* egit de abſceſſibus hepatis, quorum quinque curavit, feliciter omnes præter unum. Enormem puris copiam fundere; cavendum eſſe ne peritonæum aperiatur; duas inciſiones faciendas, ſecundam transverſam. V. *pag.* 95.

J. Ernestus Wrede in *collectan.* abſceſſus inter muſculos abdominis apertus, & curatus. V. *pag.* 96.

Anton. Benevoli. Ejus *due relazioni chirurgiche iſtruttive, una dell' ultima malattia del* S. G. Gualberto Panciatici; *l'altra dell' ultima*

(u) Editor in *præfatione.*

ultima malattia del S. DOMINICO COMPARINI FIRENZA 1750. 4. Duorum ægrorum morbi deſcribuntur: prior periit ex femoris abſceſſu, qui ſecundum pſoam adſcenderat, muſculosque & vertebras eroſerat: in altero vomitus erat ex tenuis inteſtini appendice per abſceſſum deſtructa, quæ incarcerata fuerat. V. *ocul. morb.*

JOSEPH ATKINSON in *Phil. Tranſ.* n. 371. refert de abſceſſu ventriculi curato.

SAMUEL KOLESER de apoſtemate hepatis ſanato. V. *pag.* 97.

J. HERMAN FÜRSTENAU *abſceſſuum muſculorum abdominis & vicinarum partium læta & triſtia exempla.* RINTELN. 1742. 4. V. *pag.* 98.

J. HENR. SCHULZE *de abſceſſibus.* HALL. 1742. 4. V. *oſſ. morb.*

HENR. ALBERT. NICOLAI in *dec. obſ.* abſceſſus in ſinibus frontalibus, & cephalæa pure per nares excreto ſublata. V. *pag.* 100.

PIERRE GUISARD in *pratique de Chir.* abſceſſus per umbilicum ſanati absque turunda. V. *vuln.*

JOSIAS WEITBRECHT in T. IV. *Comm. Acad. Imp. Petrop.* de abſceſſu naſcentis aortæ.

HENRICUS FRANCISCUS le DRAN in *obſerv. de Chirurgie* &c. laudat in profundis abſceſſibus medicamenta cauſtica. Funeſtus purulentus abdominis abſceſſus. Abſceſſus abdominis & omenti incisus & ſanatus. Abſceſſus funeſtus ex carie utriusque oſſis ilei. V. *pag.* 103.

SOUILLIER in *hiſt. de l'Acd. des Sci.* 1730. de memorabili ſanatione abſceſſus hepatis.

ABRAHAM TITSINGH. V. *pag.* 106.

LUDOV. JOH. LE THUILLIER diſp. *E. dubio hepatis in abſceſſu præmittenda incidendi loci perforatio.* PARIS 1744. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis.* V. *pag.* 106.

CLAUDIUS AMYAND in *Phil. Tranſ. n.* 449. ſe aperuiſſe abſceſſum, per quem calculi biliarii egrediebantur. V. *genit. morb.*

HERMAN D. SPÖRING in *Act. Lit. Suec.* 1733. de abſceſſu ventriculi, & hepatis in fœmina obeſa.

J. DANIEL SCHLICHTING. V. *pag.* 108.

GEORG. HENR. BEHR. Ejus eſt diſſ. quæ cum nomine GULCHII prodiit *de abſceſſuum recta & tempeſtiva aperitione.* ARGENTOR. 1737. 4. V. *vener. morb.*

ALBERTUS DE HALLER in *Vol.* III. *operum anatom.* abſceſſus hepatis veri & ſpurii. V. *pag.* 112.

CLAUDIUS NICOLAUS le CAT in *Journal de Med.* T. X. abſceſſus enormis abdominis per umbilicum apertus cum eroſis inteſtinis. V. *calcul. ſect.*

Lud. Henr. Cosnier & Henr. Guyot *E. inter apoſtemata pauca ferro ſunt aperienda.* Paris 1734. 4.

Augusti Wenker diſp. *de virgine ventriculum per 23. annos perforatum habente.* Argentor. 1735. 4. Tota diſp. tranſit in fratris Christiani Wenker diſputationem a. 1744. editam, & recuſam in Halleri ſelectis. Refertur de rupto abſceſſu ventriculi indeque nato vulnere per multos annos geſtato, ut contractilis vis ventriculi conſpiceretur. Habentur aliquot alia perforati ventriculi exempla potiſſimum ex Hummelii relatione. Haller.

J. Christoph. Pohl *de abſceſſu abdominali.* Lips. 1737. 4.

Ejus *de abſceſſu veſicæ urinariæ & inteſtini coli.* Ibid. 1777. 4. V. *tumores.*

Josias Cole. V. *pag.* 115.

Caspar Phil. Linder in *E. N. C. Vol.* IV. a. 1737. *obſ.* 73. abſceſſus meſenterii ſolutus & per alvum egeſtus.

Samuel Schaarschmidt in *mediciniſche und chir.* &c. T. VI. abſceſſus glandulæ proſtatæ, qui eam glandulam deſtruxit. V. *pag.* 115.

Caietanus Tacconi. V. *pag.* 116.

Anton. de Jussieu & Laurent. Ferret. *E. herbis quam ferro promtior tutiorque abſceſſuum a congeſtione curatio.* Paris 1738. 4.

Jos. Maria Franc. de la Sone. Ejus & Vacher *E. magni abſceſſus ferro, non cauteriis aperiendi.* Paris 1762. 4. V. *cancr.*

Samuel Sharp, in *treatiſe* &c. abſceſſus articulorum procurata ancyloſi ſanari. V. *adminiſt. chir.*

Franc. Mich. Disdier. Ejus & Car. de Villiers diſp. *de abſceſſibus & fiſtulis ex urinæ fluxu.* Paris 1760. 4. V. *faſc.*

Guilielmus Bromfield. V. *pag.* 121.

Gerard. v. Swieten. V. *pag.* 123.

J. Conrad. Trumph. V. *pag.* 125.

Julianus Ofrai. V. *pag.* 126.

J. Carol. Voigt *de abſceſſu lapillos quosdam continente.* Giess. 1762. 4. V. *obſt. art.*

Faget, ſenior, de abſceſſibus ani. V. *pag.* 127.

Planque in *bibliotheque* &c. nicotiana admota abſceſſus internus abdominis ſanatus. V. *pag.* 130.

Christian Gottl. Frege de abſceſſu ani ſanato. V. 131.

Anton. le Camus & Barthol. Toussain le Clerc. *E. inter apoſtemata pauca ferro ſunt aperienda.* Paris 1746. 4.

J. Friderich. Fürstenau. V. *pag.* 139.

Hono-

HONORATUS PETIOT in *quæſt.* &c. jubet hepatis abſceſſum continuo incidere. V. *pag* 140.

ANTONIUS DE HAEN in Part. VI. abſceſſus in cavo mediaſtini. V. *pag.* 140.

J. JAC. BELLETETE & MARTIN NOUGUEZ. *E. in abſceſſibus inteſtinorum ſuppuratio per vias urinæ & ſperanda & promovenda.* PARIS 1749. 4.

HUGO RAVATON in *traité des playes* &c. abſceſſus cum ſterno carioſo terebratione ſanatus. V. *vuln.*

GEORGIUS HEUERMAN in *vermiſchte* &c. T. II. abſceſſus inter peritonæum & abdominis muſculos curatus. V. *adminiſt. chir.*

DELAISSE in *recueil* &c. abſceſſus abdominis per umbilicum ruptus curatus novo abſceſſu in inguine aperto ſetacei ope. V. *pag.* 145.

BOURSAULT, chirurgus a. 1751. præmium ab *Academia chirurgorum* retulit diſſertatione, qua egit *de metaſtaſibus*, ubi & de variis abſceſſibus.

NICOLAUS WILLI in *Actor. Helveticor.* T. I. refert de abſceſſu in abdomine fœminæ gravidæ, de quo lumbricus prodiit, alioque abdominis abſceſſu ſanato.

PETITUS, LUDOVICI filius, in *Mem. de Chirurg.* T. III. dedit exempla abſceſſuum hepatis felici eventu inciſorum, & curatorum, etſi pus & fœtidum eſſet, & enormi copia.

FRID. HERMAN LUD. MUNZELL. V. *pag.* 146.

LUDOV. GOTTFRIED. KLEIN. Ejus *interpres clinicus, ſive de morborum indole, exitu in ſanitatem, metaſchematiſmo, ſucceſſionibus, eventu funeſto &c.* cum præfatione ALBERTI DE HALLER. FRANCOF. & LIPS. 1771. 8. Sub titulo inflammationis continetur etiam titulus abſceſſus. V. *pag.* 147.

JOSEPH. LIEUTAUD. V. *pag.* 151.

DONINE. V. *pag.* 154.

D. BONTÉ. V. *pag.* 156.

ERNEST. GOTTLOB. BOSE. Ejus *adverſaria de apoſtematibus.* LIPS. 1775. 4. MEUSEL. V. *obſt. art.*

TRECOURT. V. *pag.* 156.

CHRISTIAN GOTTLIEB LUDWIG *de abſceſſu latente.* LIPS. 1758. 4. V. *fract.*

CAROL. PHILIP. GESNER. V. *pag.* 161.

GUILLERME. V. *pag.* 164.

SALGUES. V. *pag.* 165.

J. FARMER. V. *pag.* 166.

CAMPARDON. V. *pag.* 168.

FRANCISCUS HOME. V. *pag.* 169.

FRID. WILHELM MEYER diſp. *de abſceſſu ad coxam.* GÖTTING. 1759. 4.

JOURDAIN in *journal de Medecin* agit de abſceſſibus ſinuum maxillarium. V. *dent. morb.*

HERGA in *journal de Med.* T. X. de abſceſſu hepatis inciſo, & ſanato.

MESTIVIER, chirurgus, ibid. poſt abſceſſum umbilici, aciculam incurvatam in appendicula coli reperit.

CLAUD. POUTEAU, filius. V. *pag.* 170.

J. CHRISTIAN BRUNS. V. *pag.* 171.

COLLA. V. *pag.* 172.

PETRI BRAS D'OR & J. FRANC. DESBALZ diſp. *de ani abſceſſibus.* PARIS 1761. 4.

WOLFGANG JACOB. MÜLLNER. V. *pag.* 176.

JOSEPHUS CAVALLINI. V. *pag.* 179.

BILLEBAULT. V. *pag.* 182.

CL. STRAK. V. *pag.* 182.

SAMUEL CLOSSY. V. *pag.* 183.

MIOLLIS. V. *pag.* 187.

Maniere d'ouvrir & de traiter les abiés à portée de la main du chirurgien & des ſecours de la Chirurgie. PARIS ſ. AVIGNON 1765. 12. alii 1766. 12. Belgice *Manier om de ettergezwellen te openen en te behandelen al mede de hulpsmiddelen hiertoe dienſtig* ROTERDAM 1767. 8. Auctorem ignorat HALLERUS, qui tamen chirurgorum CURADE & GAUTHIER ſe dicit diſcipulum. In hoc ſuo opere minutiſſime ulcera omnia, eorumque magnitudinem, figuram, directionem, inciſionem neceſſariam perſecutus eſt, per omnes partes corporis humani. Conſilia ſua fere ex fabrica partium ſumit. Fuſe de incidendo abſceſſu inter coſtas. Tendines inſenſiles eſſe.

GEORG. RUDOLPH. BOEHMER, nunc Profeſſoris Anatomiæ & Bot. Wittebergenſis, & J. H. C. W. MISCA diſp. *de damnis ex retardata abſceſſuum aperitione.* WITTEBERG 1765. 4.

RICHARD BROWNE CHESTON. V. *pag.* 191.

RICHARD DE HAUTESIERK. V. *pag.* 192.

AUGUST GOTTLIEB RICHTER. Ejus de morbis, quorum ſedes eſt in ſinu frontali *Comm. Acad. Reg. Scient. Gott.* T. III. Abſceſſus erat in palpebra, qui per oſſis frontis exiguum foramen ducebat in ſinum frontalem pure plenum. Obſtructum meatum hujus ſinus ſæpe inflammationem facere & ſuppurationem, niſi eroſo ſepto per alterum ſinum materies in nares ſibi

viam

viam aperiat. Mors ex preſſione cerebri, cum malum in ſinu frontali eſſet. Trepani uſum commendat. HALLER. V. *ocul. morb.*

ROBERT SMITH, chirurgus, in *Phil. Tranſ.* T. LVI. hepatis abſceſſum feliciter incidit.

SCHERER. V. *pag.* 194.

DUPONT DU MESNIL. V. *pag.* 194.

DAVID VAN GESSCHER in *Holl. Maatſchappy.* T. XIV. fuſe agit de aperiendis abſceſſibus. Parva inciſio facienda: quoties ſcopus unicus eſt pus emittere, magnam aliæ cauſæ requirunt. In ſpina ventoſa inciſionem tumore breviorem convenire. Abſceſſus duræ matris amplam inciſionem poſcere; abſceſſus ad latus naſi verſus oculum parvam: magnum iterum pus in pectus effuſum, & abſceſſus ad anum. Abſceſſus articulationum non incidendos, ſed acu triquetra perforandos. V. *tumor.*

ANDREÆ NUNN & J. G. WORM diſp. *de abſceſſu omenti feliciter curato.* ERFORD. 1767. 4.

J. GEORG. KILMAR. V. *pag.* 198.

RUBY. V. *pag.* 199.

MARTINET. V. *pag.* 200.

ROZIERE DE LA CHASSAGNE. V. *pag.* 200.

POULAIN. V. *pag.* 204.

J. AUG. PHILIP. GESNER. V. *pag.* 205.

MICH. ARNAUD. V. *pag.* 207.

DENIZE DE BEZUS. V. *pag.* 209.

MATTH. FRANC. ALIX. V. *pag.* 218.

LA PORTE. V. *pag.* 225.

CHEMERY HALE. V. *pag.* 225.

BERN. NIC. BERTRAND & A. H. JOH. BAGET. *E. pro diverſa hepatis abſceſſuum indole diverſa curatio.* PARIS 1772. 4.

STEPHAN. LUD. GEOFROI & E. J. M. BOSQUILLON *E. in aperiendis ſcalpellum præſtat.* PARIS 1772. 4.

LE FEVRE. V. *pag.* 228.

BINGERT. V. *pag.* 232.

GÖDÜCKE. V. *pag.* 234.

KÜHN. V. *pag.* 234.

DIBBEL. V. *pag.* 235.

BOURIENNE. V. *pag.* 238.

MORIN. V. *pag.* 240.

TODE. V. *pag.* 241.

MARCHAND. V. *pag.* 242.

BARBUT. V. *pag.* 248.

JOH. SAMUELIS LIEBERKÜHN *diſſ. inaug. de abſceſſibus hepatis.* LIPS. 1776. 4.

JOH. GOTTLOB HAASE, natus LIPSIÆ 1739. Profeſſor extraordinarius Lipſienſis. Ejus diſp. *de abſceſſibus hepatis.* LIPS. 1776. 4. MEUSEL.

J. A. HEMMAN quædam de abſceſſibus pulmonum. V. *pag.* 256.

DAVID fuſe de abſceſſibus. V. *pag.* 262.

ASPER refert (x) de abſceſſu (hepatis ut putat) ſexagenariæ in regione umbilicali, qui usque ad regionem hypochondriacam dextram extendebatur, inciſione aperto, brevique ſanato; & de alio abſceſſu poſt 4. hebdomadas in ejusdem fœminæ regione iliaca dextra nato & eodem modo feliciter curato.

ADMINISTRATIONES CHIRURGICÆ.

HIPPOCRATES primus chirurgorum ſcriptor, HERACLIDIS filius ex PODALIRII gente, Cous, vir ſplendidus, quem vulgo pro Medicinæ parente, neque certe præter meritum, habent: ego quidem, inquit celeberrimus HALLER, etiam majori jure Chirurgiæ parentem dixero. In ea Arte ſe ipſe exercuit (a), qui & chirurgi deſcribat officinam, & ligna, ſcamnumque, quod multis poſt eum ſeculis HIPPOCRATIS nomen conſervavit (b), ſuasque curationes, ſuum ab aliis medicis, & chirurgis diſſenſum ubique citat. Plurimum cauteriis utebatur, etiam lino. Renum abſceſſus incidebat, infantem mortuum extrahebat unco. Patria relicta LARISSÆ vixit, & in THESSALIA, THASoque inſula inque MACEDONIA, vocatus ut PERDICCÆ ex amore laboranti, mederetur, quem cum EURYPHONTE adiit (c): dictum eſt etiam caſtra eſſe ſecutum. Id conſilium junioribus medicis (d) impertit. Ejus Viri ſcripta chirurgica HALLERO videntur excellere ordine, perſpicuitate, artis peritia, puritate ab omni hypotheſi.

Adminiſtrationes chirurgicæ habentur in L. *de officina medici*, aut chirurgi potius. Non ſatis definit GALENUS (e) num libellus hicce HIPPOCRATIS ſit, num THESSALI filii; alii etiam priori HIPPOCRATI tribuerunt GNOSIDICI filio (f): mihi vero, inquit HALLER, quam maxime genuinus videtur, & gravitate viri dignus: neque facile aut breviorem dictionem, aut magis perſpicuam inter Hippocratica reperias. EROTIANUS habet inter ea opera. Ad minima cæterum quæquæ ſe dimittit, lucisque curam, ſtan-

(x) In RICHTERI *chirurg. Bibl.* 4. B. 4. *St. pag.* 765. (a) Quod Chirurgiam exerceret, pingi capite velo tecto SUIDAS II. p. 145. ad RUST. (b) RUFUS deſcribit apud ORIBASIUM *machin.* (c) SUIDAS SORAN. *vit.* p. 952. (d) *De medico.* (e) In *comment.* L. I. n. 5. (f) *De fract. comm.* L. I.

ſtandique & ſedendi modum; plurimus tamen in deligationibus. Ferulas etiam, & canales fractis cruribus aptos habet.

Libellus iſte Gallice ſeorſim prodiit cum titulo *le medecin chirurgien d'*HIPPOCRATE *le grand.* PARIS. 1560. 16. Arabice *ketab algenak le Bokrath.*

In eum libellum exſtant commentariorum GALENI libri III. quos J. BERNARDUS FELICIANUS convertit; tum VIDUS VIDIUS, cujus nitida eſt editio PARIS. 1544. fol.

M. S. Græci codices L. *de offic. med.* exſtant in B. R. P. n. 2140. 2141. 2143. 2287. 2545. & in codice MEDICEO, de quo COCCHIUS egit, a NICETA collecto. HALLER.

HIPPOCRATIS *opera medica omnia.* PARIS 1547. 8. WALTHERUS.

Cenſuram librorum Hippocraticorum, qua veri a falſis, integri a ſuppoſitis ſegregantur, collegit ex optimis quibusque auctoribus EROTIANO, GALENO, MERCURIALI, FOESIO, *J.A.* FABRICIO, HALLERO, *aliisque, omnia recenſuit, dijudicavit, novumque in ordinem redegit* CHRISTIANUS GODOFREDUS GRUNER, Profeſſor Medicinæ Jenenſis, VRATISLAV. 1772. 8.

AURELIUS CORNELIUS CELSUS. Sic vulgo legitur: qualia quidem nomina poſterioribus ævis non rara fuerunt, vix autem Auguſteo, quo Romanorum nemo erat ſine prænomine, & nuper oſtendit doctiſſimus COCCHIUS, in antiquis exemplis nunquam AURELIUM legi (g). ROMÆ vixit, & multarum Artium compendia ſcripſit, ad invidiam usque polygraphus, notatus ideo a FABIO QUINTILIANO. Ætas Viri non undique certa eſt. Sub TIBERIO eam ponit MORGAGNUS (h), ad AUGUSTI ævum SCHULZIUS (i), & Cl. MATTHIÆ (k). Præterea de THEMISONE tamquam nuper demortuo auctore ſcribit (l), qui diſcipulus fuerit ASCLEPIADIS coævi MITHRIDATI, & debuerit vivo primo CÆSARE eſſe exſtinctus. A COLUMELLA citatur coævo CLAUDII. JULIUS GRÆCINUS paſſim CELSUM exſcripſit, quem CAJUS CÆSAR occidit (m). Græcis multum uſum fuiſſe apparet (n); HIPPOCRATE in L. *de capitis vulneribus* quidem potiſſimum. Non tamen absque artis fuit exercitio (o), qui ſuam ſententiam multis locis dicat, & de bono vel malo eventu cujusque adminiſtrationis judicium ſuum interponat, in ancyloblephari exemplo (p), cujus, quæ ferro fit, ſolutionem negat unquam recte ſucceſſiſſe: fuiſſe etiam, cui ſuccisa lingua, cum ſatis ſuper

per

(g) Aut A. aut omnino nullum prænomen, ad NICETAM p. 120. (h) *Epiſt. ad* CELS. p. 76. (i) *Compend. hiſt. med.* p. 298. (k) *Diſſ. de* C. CELSI *Medicina.* GÖTTING. 1765. 4. (l) *Seculo noſtro* THEMISON *præf.* L. I. (m) Ex PLINIO L. XIV. 2. MORG. ep. I. n. 20. (n) Paſſim male vertiſſe invenit HALLERUS. (o) NINNIN. MORG. Ep. IV. &c. conſulendo magis artem exercuiſſe quam in viſis ægris. Idem ab initio. (p) L. VII. c. 6.

per dentes emineret, tamen loquelæ uſus perierit (q). De calculi ſectione adeo perite ſcripſit, ut HILDANO viſum ſit, non potuiſſe tam bene, niſi ab eo ſcribi, qui in ea arte ſe exercuiſſet. Primus poſt HIPPOCRATEM de Chirurgia ſcripſit, cujus labores ad nos pervenerunt, & plurima in ejus libris reperiuntur, de quibus nihil apud HIPPOCRATEM reperias.

In L. VII. potiſſimum docet operationes. Sæpiſſime CELSUS editus eſt, cum præter rem ipſam medici puriſſimam dictionem in ejus ſcriptis quærerent. Princeps editio eſt FLORENTINA 1478. fol. cui titulus eſt: C. CELSI *de re medica* L. VIII. Deinde VENETA 1479. fol. cui titulus eſt: CELSUS *de Medicina*. MEDIOLANI 1481. fol. VENET. 1493. fol. titulus eſt AUR. CORNELIUS CELSUS *Medicinæ* L. I. &c. Præfatio nulla. Litteræ Græcæ rudiſſimæ, initiales majores nullæ, orthographiæ nulla ratio habita. VENET. 1496. fol. 1497. fol. AUR. CORN. CELS. *Medicinæ* L. VIII. LION 1516. Apud JUNTAM VENET. 1524. fol. CELSUS *de Medicina* VENET. 1528. 8. apud ALDUM. CELSUS ex caſtigatione JOHANNIS CÆSARII. HAGENAU 1528. 8. cum SERENO. CELSUS *de re medica*. PARIS. 1528. fol. vel 1529. fol. edidit SIMON SILVIUS. PARIS. 1533. 8. SALIGNACI 1538. ANTVERP. 1539. 8. TIGURI 1540. 8. C. CELSI *libri in Medicina* 1542. 8. C. CELSUS, SERENUS &c. VENET. 1547. fol. cum aliis medicis. C. CELSI *de Medicina libri*. LION 1548. 8. & 1549. 16. apud de TOURNES. A. C. CELSUS *de re medica*. BASIL. 1552. fol. cum G. FANTINI commentario. Deinde LION 1554. 12. cum SERENO &c. CELSUS *de re medica* LOVAN. 1558. 4. PATAV. 1563. 8. A. CORNELIUS CELSUS *de re medica* L. VIII. LION 1566. 8. cum adnotationibus & correctionibus R. CONSTANTINI. VENET. 1566. 8. Inter Principes rei medicæ ap. H. STEPHANUM 1567. fol. LION 1587. 12. 1592. 8. LEIDÆ cum notis JEREMIÆ THRIVERII, BRACHERII & BALDUIN RONSEI 1592. 4. RONSEUS ſolus huc facit, cum THRIVERIUS in ſolum librum primum ſit commentatus. Iterum LEIDÆ 1598. 4. LION 1608. 12. GENEV. 1608. 12. niſi eſt eadem editio. GENEV. 1625. 12. LEIDÆ 1633. 4. Ex recognitione J. ANTONIDIS van der LINDEN. LEID. 1657. 12. 1665. 12. Eadem editio ex emendatione THEODORI JANSSON (r) ab ALMELOVEEN. AMSTERDAM 1687. 12. 1688. 1711. 8. niſi error eſt 1713. 12. LEID. 1730. 8. parte aliqua notarum MORGAGNI auctior, non tamen caſtigata. Porro CELSUS auctus collatione M. S. & editionum veterum LEIDÆ prodiit 1746. cum CÆSARII, CONSTANTINI, SCALIGERI & aliorum notis, recuſus BASIL. 1748. 8. ROTERDAM 1751. 8. In *editionem* ALMELOVEENII *adnotationes*. JENÆ 1713. 8. 1730. 8. PATAVII apud VULPIUM 1722. 8. 1750. 8. ad editionem ALMELOVEENII cum MORGAGNI *epiſtolis;* & cum FACCIOLATI *obſervationibus*.

(q) Ibid. c. 12. (r) MORGAGNI. *Ep. I. ad fin.* & V. oſtendit, non undique male eſſe de CELSO meritum.

bus. VENET. 1763. 8. eadem editio cum 1750. Ex editione CAR. CHRISTIANI KRAUSE. LIPS. 1766. 8. Multum emendata editio ex LINDENII, MORGAGNI & TRILLERI conſiliis & notis. Editiones pluſculas Editor comparavit, ad emendandum textum ſæpe ſuo ingenio uſus eſt. Aliqua in ea editione caſtigat Cl. MATTHIÆ. Ex recenſione LEONARDI TARGÆ, PATAV. 1769. 4. Ex recenſione J. VALART, PARIS. 1772. 12. mutatis capitum numeris, abjectis titulis ſectionum. Inter Principes editiones eſt LAUSANN. 1772. 8. 2. vol. cum præfatione, in qua merita Viri indicantur.

Germanice verſus CELSUS prodiit C. CELSI VIII. *Bücher von der Arzney.* MAYNTZ 1531. fol. vertente JOHANNE KHUPFER.

Critiſcher Verſuch einer deutſchen Ueberſetzung des A. C. CELSI *von der Arzneykunſt durch* D. J. H. LANGE. LÜNEBURG 1768. 8. Plenam verſionem promittit, editione uſus ALMELOVEENII: nunc libri I. capita duo priora dedit, notas addidit.

Anglice vertit JAC. GREIVE, LONDON 1756. 8. notasque adjecit, ex nuperis medicis atque chirurgis ſumtas. Multum uſus eſt MORGAGNI adnotationibus, & de vera lectione quæſivit.

Italice vertit ABB. CHIARI, VENET. 1747. 8. 2. vol. ad ALMELOVEENII editionem.

Gallice vertente Cl. NINNIN, PARIS. 1754. 12. 2. vol. notulas aliquas adjecit, codice uſus *regio*, in quo nulla capitum eſt diviſio. Sæpe vetuſta nomina mavult retinere.

Codices M. S. aliqui exſtant: in B. R. P. perantiquus (s) alius ſec. XV. n. 6864. & denuo fragmenta n. 7028. Codicem ex Regio deſcriptum habuit J. A. van der LINDEN. Septem codices in MEDICEA ſervantur (t). Inter eos is eſt, ad quem prima editio CELSI a FONTIO curata eſt (u). In Muſæo PHILIPPI TOMASINI CELSI codex erat (x). Codice chartaceo uſus eſt MORGAGNUS (y): alio quem vocat Forolivienſem (z). Titulus eſt *Artium* A. C. CELSI L. VIII. Interiiſſe videtur codex LEONARDI BOTALLI, de quo ROBERTUS CONSTANTINUS in præf. (a), & incendio periit alter, quo RHODIUS uſus eſt. Alios tamen etiam codices CONSTANTINUS adhibuit (b) a J. CAPELLANO mutuo datos. VORSTIANUM laudat RHODIUS (c).

Notas & caſtigationes adjecit J. CÆSARIUS, breves ſed judicioſas, & puram editionem dedit, nam priores apprime maculoſæ fuerant. Iis caſtiga-

(s) *Præf.* NINNIN. (t) N. 50. manu NICOLAI ſcriptus, alius n. 51. anni 1453., alii n. 1617. (u) COCCHI ad NICET. p. 170. (x) MONTFAUCON p. 789. (y) *Epiſt.* III. (z) *Epiſt.* II. (a) MORG. *Epiſt.* III. p. 50. (b) *Præf.* (c) Ad SCRIBONIUM. p. 156.

ſtigationibus uſus eſt ROBERTUS CONSTANTINUS, qui multum in caſtigando CELSO laboravit. Breves ſunt notulæ, ad marginem adjectæ, & aliquæ variæ lectiones.

Sic JOSEPHUS SCALIGER, cujus adſcriptas ad exemplar notas FRANCISCUS VERTUNIANUS in ſuum tranſtulit, quo uſus eſt editor editionis Leidenſis anni 1746. Ipſas SCALIGERI notas habuit J. A. van der LINDEN.

In libris MEADII erat etiam editio RONSSEI cum notis M. S. JOSEPHI SCALIGERI. Erat etiam editio Lugdunenſis cum notis SCALIGERI in L. VOSSIANIS n. 2846.

Locos parallelos HIPPOCRATIS R. STEPHANUS collegit. Reperiuntur in editione LEIDENSI a. 1746.

Notulas ex codice J. FERNELII & J. CAPELLANI ad LINDENIUM GUIDO PATINUS miſit, tum alias NIC. NANCELII.

HIERONYMI RUBEI ſunt adnotationes in L. VIII. CELSI editæ VENETIIS 1614. 4.

Citantur etiam PETRI DACQUET *commentaria in* CELSUM.

GUILIELMUS PANTINUS ad duos libros priores uberrime eſt commentatus, ad ultimos & chirurgicos breviſſime, neque ut uſui eſſe poſſet.

BALDUINUS RONSSEUS CELSI loca cum ÆTIO, PAULO, aliisque veteribus comparavit: anatomica uberius, etiam ex nuperis illuſtravit: inſtrumentorum chirurgicorum paſſim icones adjecit.

Multa ſe emendaſſe LINDENIUS.

Ill. MORGAGNUS primum *epiſtolas* tres HAGÆ 1724. 4. deinde plures ad octavam usque PATAVII 1750. 8. adjecit, duplici, ut ſupra jam dictum eſt, codice uſus. In opere ſuo, ut ſolebat, accuratiſſime verſatus eſt, & ad priores editiones, ubi neceſſe erat, animadvertit. Hiatum duorum foliorum in opere detexit (d). In *epiſt.* IV. inventa aut primum dicta CELSI excerpſit, & pro LINDENIO dixit in SCULZIUM. In *Epiſt.* VI. multa & ſubtiliter emendavit. In *Epiſt.* VIII. de iis judicium dedit adnotationibus, quas ſecum VULPIUS communicaſſet. In *Epiſt.* III. JACOBUS FACCIOLATUS voces, quæ paſſim pro Celſianis habentur, oſtendit vitioſe ſcriptas eſſe.

In editione KRAUSIANA varia adduntur, & aliter emendantur, & de emendationibus priorum judicatur.

VALARTUS nonnulla ex ARBUTHNOTO addidit, non quidem chirurgica.

J. FRID. CLOSS doctum *ſpecimen* edidit *obſervationum* criticarum in A. CORNELIUM CELSUM, ULTRAJECTI 1768. 4. Paſſim contra TRIL-

LE-

(d) *Epiſt.* 2. p. 43.

LERUM dixit; tum de vera lectione, quam ex conſenſu ſimilium locorum conſtituit. Sæpe etiam a KRAUSIO diſſentit: proprias etiam emendationes paſſim profert.

In ſua NICETÆ editione Cl. COCCHIUS pluſculas emendationes ad CELSI L. VIII., variasque lectiones adſperſit, ex cod. MEDICEIS ſumtas.

Multum in CELSO laboraverat HENRICUS SCHULZE, & exemplar ad editionem præparaverat, ſed operi intermortuus eſt. Aliquod ejus operæ ſpecimen edidit in diſſertatione *de oſſibus conferventibus.* Erat etiam in ejus *Bibliotheca* exemplum editionis GUIL. PANTINI, cui tot addiderat adnotationes, ut ſex volumina in fol. efficerent; & alia edit. Vulpiana cum cl. Viri notis.

JOH. RHODIUS, qui & ipſe edit. CELSI moliebatur, vitam Viri dedit doctorum plauſus non meritam. Is codex in Bibl. Bartholiniana incidendo interiit.

Lexici ſpeciem Cl. MATTHIÆ dedit.

De CELSI vita & temporibus egit MAHUDEL *hiſt. de l'Acad. des Inſcr.* T. VII. a. 1726.

PETRI PAUW in *aliquot capita* CELSI *explicationes* prodierunt LEID. 1616. 4. In caput L. VIII., quod eſt anatomici argumenti; deinde in cap. II., in quo de oſſe vitiato agitur & carioſo. In cap. III. de trepano noſtri ævi. In cap. IV. de calvariæ curatione.

VALENTINUS MAVRUS commentatus eſt in L. VII. cap. 26. quo *calculi veſicæ manu demendi ratio traditur.* WITTEBERG 1600. 4.

In *meliceriam* CELSI L. V. cap. 26. CHRIST. LUDOVICUS CHARISIUS commentatus eſt, KÖNIGSBERG 1717. 4.

De lithotomia Celſiana HEISTERUS, HELMSTADT 1745. 4.

FABRICIUS in *Bibliotheca* ſua latina, ut ſolet, catalogum addidit ſcriptorum, quos CELSUS laudavit.

Repudiari debet epiſtola ad C. JULIUM CALLISTUM, quæ in editione RONSSEI adjecta eſt; tum altera, in qua CELSUS dicitur duos libros Græcarum compoſitionum ex Græco ſermone convertiſſe. FABRICIUS LARGO utramque tribuit.

Interiit CELSI editio, quam MENTELIUS promittebat, PATINO teſte. Ita librorum CELSI editiones, & commentaria indefeſſo labore adnotavit celeberrimus HALLER.

ARETÆUS CAPPADOX, magnus medicus, incertæ eſt ætatis, quem nemo ante ÆTIUM citaverit. Ita celeb. HALLERUS; ſed tamen tempora Viri, inquit (e), definire non difficile eſt. Poſt ANDROMACHUM vixit (f), quo tempore theriaca vulgo innotuerat, nondudum poſt id ævum, ut ex elegantia ſtyli, & Romani ſplendoris pluribus veſtigiis, & curationum ex ſecta metho-

(e) In *Bibl. Medicinæ pract.* T. I. p. 192. (f) ORIBASIUS ad EUST. L. VI. cap. 33. ÆTIUS L. II. c. 19.

methodica perfectarum, & pneumaticæ ſectæ ſententiis, vel ex pleno de GALENO aliisque nuperorum aut inventis aut curationibus, ſilentio colligas. Scripſit *libros duos de ſignis & cauſis acutorum* & L. *duos de eorumdem curatione.* Tum *libros duos de ſignis & cauſis diuturnorum*, & *duos* pariter *libros de eorum curatione*, imperfectos omnes, ut paſſim apud ÆTIUM aliqua reperias, ex ARETÆO citata, quæ in noſtris deſunt (g).

Codicem maculoſum nactus latine vertit JUNIUS PAULUS CRASSUS, eſt etiam in Bibl. Vaticana codex, ſed nuperus, tum in B. Auguſtana (h), & in Harleyana, quo multum uſus eſt WIGGANUS. Demum in Medicea (i) libri VII. *de cauſis, ſignis & curatione acutor. & chronicorum* (k). Libri VII. Græci mutili in B. R. PARIS. n. 2202. Libri VI. ibid. n. 2289., & ut putat HALLERUS, 2288. Libri *de ſignis & cauſis acutorum & diuturnorum & de iſtorum curatione*, cætera mutilus codex in B. R. P. n. 2186. Libri IV. *de cauſis & ſignis & curationum* in B. R. P. n. 2182. Solus L. I. *de curatione acutorum* in B. R. P. n. 2220. Codices alii ſunt in B. S. MARCI (l). In Muſæo THOMASINI (m). In B. Eſcurialenſi libri VIII. (n). In B. Ambroſiana Mediolanenſi *de morbis* (o). In B. Bavarica *de cauſis & ſignis morborum.* Et L. *de acutis morbis* Græce (p).

Editiones paucæ ſunt. Prima latina vertente J. PAULO CRASSO prodiit VENET. 1552. 4. & PARIS. 1554. 8. aqud TURNEBUM; & alia editio eodem anno 8 apud G. MORELLUM quinque capitibus plenior, quæ tamen HENSCHIO ſuſpecta videntur. Prima editio rediit emendata a CELSO CRASSO, PAULI filio, tum apud HENRICUM STEPHANUM inter principes, & BASIL. 1581. 4. iterumque PATAVII 1700. 8., imperfecta, VENET. 1763. 8. ARGENTOR. 1768. 8. Tum Græca cura GOUPYLI, PARIS. 1554. 8. 1556. 8. Græce & Latine, collata cum tribus codicibus Græcis auctore GEORGIO HENISCH, AUGUST. VIND. 1603. fol., quam editionem WIGGANUS valde ſpernit. Porro cura J. WIGGANI cum ejus præfatione, verſione nova & propria OXON. 1723. fol. Græce & Latine, adjectis locis adfinibus ÆTII, quos tribuit ARCHIGENI, & variis lectionibus, atque lexico. Græce & Latine iterum LEID. 1731. fol. curante D. W. TRILLERO præſidente BOERHAAVIO. CELSI CRASSI (q) eſt verſio; adjectæ ſunt notæ cum integris PETITI commentariis, & notulis & emendationibus SCALIGERI, HENISCHII, TRILLERI, WIGGANI præfationibus, denique variis lectionibus. Hanc BOERHAAVIANAM editionem certe quod textum adtinet Latinum recuſum dedit HALLERUS, LAUSANNÆ 1771. 8. ſuppleta lacuna editionis nuperæ PATAVINÆ & Argentoratenſis, & CRASSI verſione paſſim paulum emendata.

Com-

(g) WIGGANUS *præf.* (h) MONTFAUCON. I. p. 468. (i) PLUT. LXXV. MONTFAUC. (k) BANDINI III. p. 162. (l) MONTFAUC. I. p. 468. (m) Ibid. p. 489. (n) p. 617. (o) p. 293. & 529. (p) MONTFAUCON I. p. 137. (q) Eas editiones parvi facit DAMIUS apud REINESIUM ep. 35.

Commentarii Petiti, qui a. 1662. ſcripti diu latuerunt, & demum LONDINI 1726. 4. primum ſunt editi, cura MICHAELIS MAITTAIRE, iterumque in editione Boerhaaviana, uti dictum, recuſi, cum PETRI PETITI vita. Ejus de ARETÆO diſſ. Uſus eſt tribus codicibus M. S., utiliſſimo inter eos MENTELIANO. In emendanda potiſſimum lectione occupatur Vir eruditus; tum in congerendis ad quemque ARETÆI locum iis antiquorum locis, ex quibus ARETÆO lux aliqua adſpergatur.

ARETÆUS ſcripſit etiam *chirurgica*, & citat, quæ interierunt. In ſupra dictis, quæ ſuperſunt, libris paſſim adminiſtrationes chirurgicas invenies, quas auctor, maſculam & efficacem HIPPOCRATIS curandi rationem imitatus, exercere ſolebat. Venam ſecabat abunde. Arterias incidit ante GALENUM in temporibus & ad aures alibique. In epilepſia cranium perterebravit optimo eventu. Cucurbitulis frequentiſſime utebatur. Cantharidibus ad veſicas excitandas primus utitur. Hirudines ſæpiuſcule admovebat. Abſceſſum coli prope hepar ſecuit. In hæmoptoe manibus & pedibus vincula injecit. Bronchotomen improbat. Proprio ferramento in cephalæa ſanguinem de naribus detrahit. Cauterio polypum ſanavit &c. HALLER.

CÆLIUS AURELIANUS, incertæ ætatis ſcriptor; attamen ob ſtyli barbariem videtur ad quintum ſeculum, ævumque MARCELLI revocari poſſe. Ejus *de acutis morbis libri* III. prodierunt PARIS. 1533. 8. curante J. GUINTHER 1529. fol.

Deinde *tardarum paſſionum* L. V. BASIL. 1529. fol. & apud ALDUM 1547. fol. cum aliis. Utrumque opus in collectione HENRICI STEPHANI 1567. fol. reperitur, tum LUGD. 1567. 8. 1569. 8. cura J. DALECHAMPII. Curante porro J. CONRADO AMMAN cum notulis THEODORI ab ALMELOVEEN, & cum lexico Cæliano AMSTELODAMI recuſum eſt 1709. 4. 1722. 4. 1755. 4. VENET. 1757. 4. LAUSANNÆ 1774. 8. 2. vol. Pluſcula medicis interſpergit pertinentia ad eas curationes, quæ manu fiunt.

Scripſit alibi *chirurgica*, *ſ. reſponſiones medicinales* (r) de dentium evulſione (s), & de calculo (t), & de muliebribus, peſſorumque varietatem deſcriptam dedit (u). Sed ea quidem interciderunt. HALLER.

PAULUS, quem ÆGINETAM dudum a patria vocarunt ipſi jam Arabes. Perigrenator, hinc περιοδευτης dictus, obſtetriciis laboribus exercitatus, ut etiam obſtetrix audiverit: minus plene, ſed diſtincte de re obſtetricia ſcripſit. ROMÆ, & ALEXANDRIÆ vixit tempore AMRU, vice regis ÆGYPTI, ſeculo adeo ſeptimo jam adulto. Hunc principem inter Græcos Chirurgiæ auctorem recenſet FREINDIUS, ut etiam CELSO præferat, & ei ipſi fere ſuperſtructa eſſe putat, quæ nuperiores & ipſe HIERONYMUS

(r) *Chron.* L. IV. c. 1. L. V. c. 2. *Acut.* L. II. c. 1. & 13. L. III. c. 7. (s) *Tard.* L. II. c. 13. (t) Ib. c. 4. (u) Ib.

FABRICIUS de Chirurgia ſcripſerunt. Proprium enim ſuum judicium eſſe ſecutum, & ab ipſo GALENO (x) paſſim receſſiſſe FREINDIUS adnotavit. Ipſe quidem PAULUS (y) ſe pro collectore dedit, & opus eſſe molitum Oribaſiano majori brevius, plenius vero compendio, quod idem ad EUSTATHIUM dederit: pauca addit ſe adjeciſſe, quæ in actis operibus ſibi viſa fuerint & comperta. Plurimum CELSO utitur, & ÆTIO.

In L. VI. agit de chirurgicis adminiſtrationibus a capite ad calcem.

Græce PAULUS prodiit VENET. apud ALDUM 1528. fol. BASIL. 1538. fol. Latine, vertente ALBANO TORINO, BASIL. 1532. fol. 1546. 8. Melius autem GUINTHERIO Andernacenſi interprete, PARIS. 1532. fol. BASIL. 1534. fol. Uſus eſt tribus codicibus quorum unus erat profectus a LASCARI, a quo & NICETÆ eſt collectio. Apud ALDUM 1553. 8. & 1554. 8., quæ editiones non differunt, cum GOUPYLI notis & J. B. CAMOTII. Vertente JANO CORNARIO BASIL. 1556. fol. cum *dolabellarum* L. VII. Porro LION 1551. 8. 1567. 8. cum notulis DALECHAMPII. Inter Principes ex CORNARII verſione cum *dolabellis*. Solus liber de Chirurgia interprete J. BERNARDO FELICIANO cum TORINI caſtigationibus BASIL. 1533. fol. Gallice verſus a PETRO TOLET Lugdunenſi ſolus liber VI. cum GAL. de humoribus LION 1540. 8. 1542. 8. Aliam editionem a DALECHAMPIO converſam PATINUS citat ad quam SIMON PIETRE notas ſcripſerit (z). Nempe intelligit *la Chirurgie Françoiſe* DALECHAMPII, PARIS 1610. 4. qua totus liber VI. PAULI, cum multis additamentis continetur. Arabice novem tractatus verſi ſunt ab HONAIN EBN ISHAK (a).

M. S. codices totius operis exſtant Græci in B. R. P. n. 2205, 2206, 2207, 2208, 2210, 2211, 2213, 2214, 2215, 2222, 2292. In B. MEDICEA bini, & bini B. D. MARCI. Bini in B. BODLEYANA. Alius in VOSSIANA n. 2125., ſi Græcus eſt, & in NICETÆ codice, cum L. *de luxatis*, deinde in duobus Pariſinis NICETÆ codicibus. Libri V. poſteriores in B. R. P. n. 2217. Libri V. VI. VII. in MEDICEA. L. VI. ſolus ib. Capita de fracturis ib. Citatur etiam GESNERO codex qui ſit apud DIEGUM HURTADUM. Pars libri VI. in B. R. P. n. 2192. Liber VI. in B. VINDOBON. L. VI. p. 97. Codex M. S. Arabicus exſtabat in Bibl. MICHAELIS CANTACUZENI. L. de fractura cranii ſeculo XII. ſcriptus eſt in *B. Acad. Nat. Cur.*

Liber peculiaris de mulierum morbis Arabibus notus fuit, & ab HONAIN converſus (b). Interpretationes in PAULUM edidit CHRISTOPHORUS OROSCIUS, VENET. 1536. fol.; quem GOUPYLUS paſſim refutat. Idem PAULI

(x) GALENI tamen dictus eſt ſimia. (y) In *præfatione*. (z) Ad SPON. p. 28. (a) ABULFARAI p. 115. (b) ABULFARAI dynaſt. pag. 115.

LI textum ex DIOSCORIDE, CELSO, GALENO emendat, aliisque veterum. Tribus exemplaribus inſtructus difficilem tamen invenit laborem.

De PAULI ÆGINETÆ *meritis in Medicinam, imprimisque Chirurgiam proluſio* I. prodiit GÖTTING. 1763. 4. & II. ibid. eodem anno. Accurate, potiſſimum in poſteriori libello Cl. VOGELIUS enumerat, quæ PAULUS peculiaria habeat. HALLER.

HALY filius ABBAS diſcipulus ABIMEHER MOYSI filii SEJAR, auctor eſt *regalis diſpoſitionis* a STEPHANO ex Arabico Latine verſæ, & a MICHAELE DE CAPELLA medico *ſynonymis* &c. *illuſtratæ* LION 1523. 8.

Codex M. S. LEIDÆ exſtat, tum perantiquus alius PARISIIS n. 6909. alius fuit inter libros RANCHINI, MONTF. Libri aliqui Arabice exſtant in B. R. PARIS. n. 1012. 1013. 1014. 1015. 1016. 1061. Libri VII. & VIII. codex eſt in B. R. P. In B. Eſcurialenſi n. 814. Ibidem decem libri n. 811. alia pars n. 833. alia n. 888. Totus liber ALMALECI in B. BODLEY. n. 414.

Libri ſunt decem *theoriæ*, decem *practicæ*, ordo ſatis bonus, verſio autem STEPHANI mala, qui plurimas voces neglexit interpretari. Opus hoc multi facit FREINDIUS: HALLERO videtur totum ex Græcis exſcriptum, longeque minus proprio aliquo experimento ditatum. Multa ex RHAZEO habet. Ex *practicæ* partis libris huc potiſſimum facit liber *nonus*, qui adminiſtrationum chirurgicarum compendium eſt.

AVICENNA in L. III. mala recenſet, quæ manu curantur. V. *pag.* 267.

AVENZOAR. AL WAZIR ABU MERWAN ABDELMELEK EBN ZOHR, cujus nomen corrupte ſcribitur AHIMERON ABYNZOHAR, vulgo AVENZOAR. In titulo editionis a. 1497. vocatur AL GUAZIR ABUALASSAR *filius* ABIMELETH *filii ſor.* Hiſpanus, MANSORIS Imperatoris medicus, obiit MAROCCI anno hegiræ 564. Vir inſignis, medici filius & avus, a patre, peritiſſimo viro, ad legendos Græcorum libros admonitus fuerat. Contra medicorum ſui ævi morem, cum ſuo ævo periti chirurgi rariſſimi eſſent, & medici venæ ſectionem & manuales operationes *ſuis ſervitoribus reliquiſſent*, ipſe manu ſua curavit, & oſſa reſtituit, ut ſolam calculi ſectionem averſaretur, cum ex legis præceptis impium putaret, genitales partes intueri. Ad curandos ægros peregrinatus, etiam ſua manu medicamenta miſcuit, & *præparavit*: hæc omnia de ſe ipſo ipſe refert. Ipſe laboravit abſceſſu mediaſtini, quem copioſa ſanguinis miſſione & exſcreato pure ſenſim curavit.

Ejus opus *Theizir fil Modawadi Wah Tadbir*, ſ. facilitatio regiminis, alias dictum *Tejeſſir afil almodaviat*, & in editione VENETA a. 1496.

L.

L. *Theizir* vel *Theizir*, vel *Tajeſſir*, vulgo *Theyſir* ſæpe prodiit Venet. 1553. fol. cum titulo *Ahymeron Abynzor Theizir Almudaviat.* Etiam cum Averhois *colliget* Ibid., verſum anno 1281. a M. Abrahamo Patavino, ipſo ſibi vulgarizante M. Jacobo Hebræo. Auctor verſionis omnino Gallus fuit, qui *panicaudam* dicit eryngii loco, pullum pro gallina, blondus, ſic alia.

Libri ipſi tres ſunt & pro Arabum more hiſtoriam continent morborum corporis humani a capite ad calcem, quos inter etiam ii ſunt, qui manu curantur. Haller.

Averrhoes Ebn Elvelit Ebn Ruschad, vulgo Averrhoes, vel (c) Abu Elwalid Mohammed Ebn Achmet Ebn Mohammed Ebn Roschid, Hiſpanus, Cordubenſis, philoſophus ſubtilis, judex, vir ſplendidus atque munificus, ob hæreſeos ſuſpicionem in magnas calamitates incidit, & obiit exeunte ſeculo XII., ad Chirurgiam faciendam minime ſe dimiſit, neque res a ſe ipſo geſtas deſcripſit. Ejus majus opus eſt *colliget* ſ. Artis medicæ compendium ſæpe excuſum Venet. 1482. fol. 1490. fol. 1496. fol. 1497. fol. 1498. fol. 1552. fol.

Codices M. S. ſunt in B. D. Marci. in B. R. P. n. 6449. 6450. hi latini; in *B. Coll. nov.* Oxon. n. 1127.; in B. S. Petri *Cantabr.* n. 1874.; in B. Bodleyana, niſi error in lingua, n. 1300.

In L. III. & IV. morbi occurrunt, qui manu curantur.

Vita Viri eſt inter vitas 12. medicorum Stephani de Villa. Burgos 1647. 8. Haller.

Albucasis in L. II. inciſiones, aliasque operationes chirurgicas habet. V. *pag.* 267.

Constantinus. V. *pag.* 268.

Gariopontus, & ipſe Salernitanus, & Constantino coævus. In ejus ad *totius corporis ægritudines remediorum πραξεων* L. V. Basil. 1571. 4. (d) perinde ut in Constantini opere morbos etiam chirurgicos pertractat. Inutilis compilator. Haller.

Arnaldus Bachuone, (e) vulgo de Villanova a patria urbe Catalauniæ dictus, medicus, chemicus, polygraphus & clinicus, varia ſcripſit, quæ hactenus Chirurgiam tangunt, de *conſiderationibus operum Medicinæ*, quo libro de venæ ſectione ejusque cauteiis agit. De phlebotomia. *Regulæ generales curandorum morborum*, etiam chirurgicorum, *aphoriſmi. De parte operativa ſ. Chirurgia. De decoratione. Breviarium practicæ a capite usque ad pedes.* Hoc princeps viri opus eſt, integrum nempe ſyſtema praxeos medicæ. Multa certe vana, fidemque non merentia. Prodiit ſeorſim Mediolani 1483. fol. Lion 1527. 8.

Ejus

(c) Ut Hallerus habet in *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 398. (d) Idem ibid. pag. 427. citat L. VIII. Basil. 1536. 8. ex Gunz. (e) Sic in B. Cai Gonv. n. 974.

Ejus *opera* conjuncta prodierunt VENET. 1505. fol. 1527. fol. 1532. fol. 1585. fol. LION 1509. fol. 1520. fol. 1532. fol. BASIL. 1581. fol.

Gallice *la Chirurgie ſelon* ARNAUD de VILLENEUVE. PARIS 1512. 4.

Vitam Viri ſcripſit PETRUS JOSEPH DE HAITZE Gallice AIX 1719. 12. & SYMPHORIANUS CHAMPIER in editione *operum* LION 1532. fol. & STEPHANUS de VILLA in L. *de las vidas de dozes principes de la Medicina* BURGOS 1647. 4. HALLER.

GUI DE CHAULIAC vulgo GUIDO de CAULIACO, Gallice etiam corrupte de CANTRIACO, clericus, Doctor Medicinæ Monſpelienſis, cubicularius, capellanus, & medicus Pontificius (f), diſcipulus NICOLAI BERTRUCI & RAIMUNDI de MOLERIIS cancellarii Monſpelienſis (g). Hoc ſuum opus anno 1363. AVENIONE ſcripſit, cum URBANO V. eſſet ab officiis medicis. Hujus ſcriptoris *Chirurgia* per aliquot ſecula auctoris claſſici (h) locum tenuit, & potiſſimum in GALLIA. Arti ſuæ primus lucem adfudit. Omnia fere legerat, quæ ſuo tempore exſtabant, GALENUM etiam uberrime, Arabes, nuperos. Deinde ſolus omnium ad quamque curationem, quoties ſcriptores diſſentiunt, quod fit plerumque, cujusque ſententiam exponit, & curandi modum, ſuumque judicium interponit. Quare fere pro compendio haberi poteſt eorum, quæ ante ea tempora in chirurgicis ſcripta fuerunt, & quorum pluſcula perierunt, ut non aliud eorum præter GUIDONEM veſtigium ſuperſit, ut JAMERIUS, Arabs ALCOATIM. Porro in opere ipſe ſe exercuit, manumque adhibuit operi, maſculus magis medicus, quam vulgo eo ævo ſolebant, ut trepano uteretur, cum alii coævi fere in unguentis & emplaſtris ſpem ſuam ponerent. Inſtrumenta delineata dedit, inter ea forcipem arteriis venisve prehendendis deſtinatam, *valet à patin.* Deinde miſerum oportet rerum chirurgicarum ſtatum conſiderare, ad quem acceſſit. ROGERIUS, ROLANDUS, & quatuor Magiſtri ſolis cataplaſmatibus vulnera curabant; BRUNUS & THEODORICUS ubique vino utebantur, alii incantationibus & braſſica, alii a ſanctorum invocatione ſanationem ſperabant (i). LANFRANCUS fere omnem maſculam Artis opem detrectaverat. In filia Regis FRANCIÆ chirurgi luxationem humeri non adgnoverant (k). Noſter ad eas Artis miſerias emendandas veterum præcepta & exemplum adtulit; ipſe etiam manu & exemplo præivit, experientiam cum ſectione juſſit conjungere, neque unico medicamento vulnera omnia adgredi (l). Non diſſimulari debet, quod Aſtrologiæ deditus, a ſuperſtitione non alienus, difficiliores etiam adminiſtrationes ne adtigerit quidem, ut ſectionem calculi, cataractæ depoſi-

(f) Cod. 7308. 7789. B. Brit. (g) JOUBERT. (h) Inſtauratorem Chirurgiæ vocat J. v. HORNE *microtechn.* Sic PORTAL I. p. 220. (i) Hæc ipſe GUIDO. (k) p. 55. (l) p. 42.

depoſitionem; a mulierum etiam morbis vel ipſius ſui gradus eccleſiaſtici decore arcebatur (m).

Operi titulum fecerat *Chirurgiæ* (n), quæ deinde *Chirurgia magna* dicta eſt (o). Multum PAULO uſum eſſe FREINDIUS teſtatur. Anatomen primo loco tradit, deinde ex ordine morbos, quibus manu mederi oportet, non absque morbis etiam internis.

Chirurgiæ hujus *ſ. Chirurgiæ majoris* multæ ſunt editiones. Earum, ut putat HALLERUS, antiquiſſima BERGOMI 1498. fol. deinde VENET. 1499. fol. cum aliis chirurgis nuperis, 1500. fol. 1506. fol. 1519. fol. hæc literis Gothicis edita. Porro VENET. 1546. fol. ſatis nitida. LION 1559. 8. 1572. Anglice LONDON 1541. fol. & codex eſt inter SLOANEOS n. 8737. Gallice ſed barbare vertit NICOLAUS PANIS Neuſtrius Carantonienſis. PARIS. 1478. fol. 1539. 8.

Codices M. S. paſſim exſtant in Bibl. Brit. n. 3796. In Bibl. ASHMOLE. n. 7789. 7808. 1560., his codices ſcripti juſſu JOHANNIS Ducis BEDFORDIÆ. In B. R. Par. n. 7132. 7133., & forte 6910., & 6966. ubi quidem vocatur *collectorium chirurgicum.*

In meliorem ordinem reformavit LAURENTIUS JOUBERT, dictionem caſtigavit, notas adjecit, quibus varia barbare dicta declaravit LION. 1585. 4. Privilegium eſt anni 1579.

Gallice idem GUIDONEM verterat, cujus verſionis multæ ſunt editiones. LION 1579. 8. TOURNON 1599. 8. 1619. 8. ROUEN 1615. 8. PARIS. 1643.

Inde SIMON MINGOLOUSEAUX Gallice vertit & commentatus eſt. BOURDEAUX 1663. 1672. 1683. 8.

Denique JOHANNES TAGAULT GUIDONIS opus reformavit, in quinque libros reduxit, loca adjecit veterum, titulum fecit *de chirurgica inſtitutione* L. V., qui prodierunt PARIS. 1543. fol. LION 1547. 8. 1560. 8. 1567. 8. VENET. 1549. 8. FRANCOF. 1574. fol. qui iidem libri in collectione chirurgica GESNERI redeunt, TIGURI 1555. fol. Eadem fuerit *Metaphraſis* in GUIDONEM de CAULIACIS PARIS. 1543. 4. dicta LINDENIO, ſi omnino ejusmodi liber prodiit. Nimia cæterum libertate uſus, JOHANNES TAGAULT multa omiſit, interque ea hiſtoriam Chirurgiæ ſui ævi. Gallice prodiit LION 1580. 8. & cum titulo *introduction de la Chirurgie par Jacques de Marque.* Italice 1596. 8.

Le GUIDON *de la pratique de Chirurgie pour les barbiers & chirurgiens, par* GUI *de* CHAULIAC. LION 1485. 4. PARIS. 1571. 16. Quid proprii ſit, non recte ſe noſcere ait HALLERUS. Anglice LOND. 1541. fol. Le GUIDON *en François de Maitre* JEAN FALCON D. Monp. PARIS 1484.

Ejus

(m) Exerceri ſere per mulieres p. 83. (n) In editione a. 1409. (o) Edit. Venet. 1546. fol.

Ejus JOHANNIS FALCONIS *remarques ſur la Chirurgie de* G. *de* CHAULIAC, *ſpecielment ſur le tr. des playes & des ulcers avec le* GUIDON. ASTRUC titulum fecit latinum: *notabilia ſuper* GUIDONIS *ſcriptum aucta & recognita.* Prodiit Gallice LION 1520. 4. 1559. 4. 1649. 8. Anglice verterunt GUIDONIS *quæſtions* LONDON 1579. Cum Gloſſis FALCONIS GUIDO Hiſpanice prodiit ex emendatione JOHANNIS CALVI, VALENT. 1596. fol.

J. B. VERDUC *le maitre en Chirurgie, ou l'abregé de la Chirurgie de* GUI *de* C. PARIS 1708. 8. 1716. 8. 1740. 8.

Seorſim verterunt *le prologue & le chapitre ſingulier de* GUIDON *de* CHAULIAC. LION 1560. 16.

In RAOUL *fleurs du grand* GUIDON. PARIS .... 16. ROUEN 1676. 12.

Fleurs de GUIDON *augmentées de la pratique de Chirurgie & de pluſieurs experiences par* MEISSONIER. LION 1673. 12. 1693. 12.

Le chirurgien methodique. LION 1597. 12. Compendium eſſe GUIDONIS MANGET teſtatur.

FRANÇOIS RANCHIN *queſtions ſur la Chirurgie de* GUI *de* CHAULIAC. ROUEN 1628. 8.

MARTINI AKAKIA *annotationes in* GUID. *Chirurgiam* ſunt in B. R. P. n. 7072.

LAURENTII JOUBERT *annotations ſur la Chirurgie de* GUI *de* CHAULIAC ſeorſim prodierunt LION 1659. 8.

ISACUS JOUBERT, LAURENTII filius, *dictionarium vocum* GUIDONIS editioni Latinæ anni 1585. 4. adjecit. Commodum eſt ad alios Arabiſtas aut Arabum translatores intelligendos.

Chirurgia parva GUIDONIS cum *magna* prodiit, cujus eſt compendium. HALLER.

BALESCON de THARARE vulgo VALESCUS de TARANTA, Luſitanus (p), proprio teſtimonio (q) ſcripſit opus ſuum a. 1418. poſt 36. annorum curationes. Ejus *philonium* prodiit VENET. 1490. fol. LION 1521. fol. 1535. 8. & alia editio perantiqua ſeculi XV. cujus ultima pagina deficit. Plures editiones habet J. A. van der LINDEN.

Ejus operis epitome *de morbis curandis a* GUIDONE DESIDERIO edita eſt LUGDUNI 1560. 8. & alia editio curante J. HARTMANNO BAYER FRANCOF. 1599. 4. recuſa 1680. 4. quam valde improbat ASTRUCIUS, quod & multa omiſſa, & Paracelſicæ nugæ additæ ſint. Editio, quam HALLERUS habuit, non datur pro compendio, titulumque præſefert *philonii pharmaceutici & chirurgici.* De BAYERI editione certum eſt, longe differre

(p) ULYSSIPONE rem geſtam citat. (q) Fol. 5. 6.

a *philonio.* Verum HALLERI editio a. 1535. pariter præſefert id opus *brevi volumine & enchiridio conſtringi*, & tamen omnino integrum eſt opus, & cum illa antiquiſſima editione convenit. Aliquas etiam ex *philonio* decerptas adnotationes rariores reperias in DODONÆI *raris exemplis obſervationum* medicarum COLON. 1581. 8. Ita ASTRUC. Verum in his obſervationibus COL. a. 1580. 8. excuſis laudantur *rariores obſervationes in philonio*, non ut ſint a DODONÆO recuſæ.

Breve compendium *ſ. tractatus Chirurgiæ* ſequitur *philonium*, in quo noſter oſtendit ſe & GALENUM & Arabes & Arabiſtas, denique poetas legiſſe, etſi nihilo minus barbare ſcribit. Citat GUILIELMUM de SAGARRIGA, qui ſcrophulas cum folliculo feliciter extraxerit (r). Cæterum pars exigua Chirurgiæ hic tractatur.

In *philonio* multa occurrunt huc facientia, in quo auctor partium corporis humani anatomen primo, deinde morbos utriusque generis tradit, & quasdam adminiſtrationes deſcribit; ut depoſitionem cataractæ &c.

Codex, ſed 4. tantum librorum eſt in B. BODLEYANA n. 2754. HALLER.

ALEXANDER BENEDETTI, vulgo BENEDICTUS, prope VERONAM in pago Legnano natus, clinicus & Profeſſor Patavinus. Caſtra ſecutus eſt in CANDIA & in bello, quod Itali fœderati adverſus CAROLUM VIII. geſſerunt; ubique ipſe & manu artem exercuit & conſilio, & corpora humana incidit, qui, cum ad ſenium vixerit, multa vidit & expertus eſt. Chirurgiam in miſero ſtatu reperit, ut luxationum curatio ad mercenarios & ruſticos rediiſſet (s). Ejus princeps huc pertinet opus *de omnium a capite ad calcem morborum cauſis, ſignis, differentiis, indicationibus, & remediis* &c. ad MAXIMILIANUM Imperatorem. VENET. 1533. fol. 1535. fol. BASIL. 1549. fol. Pura dictione uſus eſt, CELSUM & PAULUM & Græcos legerat, ſepoſitis Arabibus. Cum morbis internis etiam eos recenſuit, qui manus egent opera. In *Anatomicis* etiam chirurgicas adminiſtrationes deſcribit, & utilia adnotat. HALLER.

SYMPHORIANUS CHAMPIER, poſtea CAMPEGIUS, polygraphus. Ejus eſt liber *practica nova de omnibus morborum generibus.* LION 1517. 8. VENET. 1522. fol. Continet ad Arabum modum morbos chirurgicos, internis miſtos. Sed fere in medicamentis ſubſiſtit collectitiis. Ejus *lunettes de chirurgiens & barbiers.* LION... 8. HALLER.

HIERONYMUS CARDANUS, Caſtellioneus, Mediolanenſis, in juvenili ſcripto *de malo medicorum recentium medendi uſu* VENET. 1536. 8. arteriotomen deſeri queritur; terebrari præter rationem cranium; eſcharotica male ferro & igni ſubſtitui; paracenteſin adminiſtrari; inſtrumenta ignorari. HALLER.

AMBRO-

(r) p. CCCCXV. b. (s) Cap. 74.

AMBROSIUS PARE', ſive PARÆUS, chirurgus & barbitonſor Regius, reformatæ religionis, pius homo (t), bella ſecutus & multa expertus, non quidem literatus, nec linguæ latinæ peritus, GALENI notitiam per interpretantem ſibi D. JOHANNEM CANAPE (u) obtinuerat, ad libros vero ſuos ſcribendos medici Pariſini ope eſt uſus (x), quem PATINUS JOHANNEM HAUTINUM (y) vocat. Certum eſt quidem PARÆUM anatomen ex VESALIO ſumſiſſe, laqueos, machinas, vincula ex Græcis, in tonſillarum malis GUIDONEM (z) ſequi, vinculum arteriæ non ex ſolo FERRO, ſed ex plurimis ſcriptoribus ſumſiſſe, etſi porro in univerſum Chirurgiam veriorem ſe in ITALIA didiciſſe minime diſſimulet (a), atque credas NICOLAO ANDRY, qui MAGGIO plurimum in eo ipſo opere uſum fuiſſe adnotat (b), quod ejus præcipuum laborem alii vocarunt (c). Neque nimis ſeverum eſt JOHANNIS v. HORNE judicium, qui rectius facturum fuiſſe PARÆUM ſcripſit, ſi ſuas adnotationes rariores ſolas edidiſſet, neque alieno labore auxiſſet (d). Ut ut autem hæc omnia ſe habuerint, experientia tamen & acuto ſuo ingenio PARÆUS effecit, ut primus inter Gallos in Chirurgicis eminuerit, in vulneribus potiſſimum, iisque malis, quæ in caſtris receperat curanda, non perinde in aliis adminiſtrationibus.

Ejus multa ſunt opera. Primum prodiit *brieve collection de l'adminiſtration anatomique* PARIS. 1549. 8. ad quam acceſſit *la maniere d'extraire les enfans tant vivans que morts du ventre de leur mere.* Auctius prodiit cum titulo *deux livres de Chirurgie, de la génération de l'homme & maniere d'extraire les enfans du ventre de leur mere* PARIS 1573. 8. Hi duo libri in *collectione operum* efficiunt libros XXIII. & XXIV. & partem octavi.

Ejus *manier de traiter les playes d'Arquebuſades & fleches.* PARIS 1551. 8. Anglice *cure of wounds made by gunſhot* vertente WALTER HAMMOND. LOND. 1617. 4. In *collectione operum* eſt L. X.

Ejus *methode curative de playes & fractures de la tête humaine, avec les portraits des inſtrumens neceſſaires pour la curation d'icelles.* PARIS 1561. 8. Reſpondet in *collectione operum* pars libri X.

Ejus *diſcours de la mumie, des venins, de la licorne, de la peſte.* PARIS 1583.

Denique *opera omnia* conjuncta prodierunt, Latine quidem ab Anonymo docto viro converſa, & a JACOBO GUILLEMEAU chirurgo edita PARIS. 1582. fol. FRANCOF. 1594. fol. in theſ. UFFENBACH. 1610. fol. 1641. fol. 1652. fol. Annum habet 1561. fol. PORTAL, ſed dedicatio certe JACO-

(t) Deum precatus, ut in atrophico rectam curandi viam iniret, voti damnatus eſt (*voyages &c.*) (u) PARÆUS *admin. anat. præf.* (x) RIOLAN *anthropol.* p. 31. (y) *Epiſt.* 39. ad SPON. (z) PORTAL. (a) *De vuln. ſclopet.* (b) *Entretiens de* CLEM. & d'EUDOXE p. 76. (c) *Loubet tr. des playes à feu p. 6. Recherches ſur l'hiſt. de Chir. p.* 248. (d) *Microtechn.* p. 526.

bi Guillemeau data eſt a. 1582., neque quidquam habet unde intelligas prius prodiiſſe unquam. Paræi dedicatio eſt anni 1579.

Gallice prodierunt Paris 1585. fol. quæ editio multo plenior eſt Latina: tum Lion 1641. fol. 1652. fol. 1685. fol. Anglice vertente Carolo Batto, Leid. 1604. fol. Amsterdam 1615. fol. 1636. fol. 1649. fol. Haarlem. 1627. fol. Germanice vertente Petro von Uffenbach. Francof. 1604. fol. 1631. fol.

In *collectione operum* latina libri ſunt XXVI. qui ipſiſſimi redeunt apud Petrum von Uffenbach. Priores libri V. ſunt anatomici argumenti. L. VI. eſt de tumoribus in genere. L. VII. de tumoribus contra naturam particularibus. L. VIII. de vulneribus in genere. L. IX. de cruentis vulneribus ſigillatim. L. X. de vulneribus ſclopetariis. L. XI. de gangrænis. L. XII. de ulceribus. L. XIII. de faſciis. L. XIV. de fracturis. L. XV. de luxationibus. L. XVI. de morbis cutaneis, & externis. L. XVIII. de lue venerea, & morbis oſſium. L. XXII. de deficientium ſuppletione. L. XXIII. de generatione minime malus eſt. L. XXIV. de monſtris. L. XXV. de medicamentis ſimplicibus & compoſitis. L. *de vulnerum renunciationibus.*

In editione Gallica Paris. 1585. fol. libri numerantur XXVIII., quos inter libellus totus eſt in adnotationibus & curationibus, cui auctor titulum fecit: *Apologie, ou traité contenant les voyages faits en divers lieux.* Stipendia primum, quæ in exercitibus meruit. Carptum ſe eſſe, quod arteriam artus amputandi volſella prehenderet & ligaret; tuetur ſe bono eventu ſui conſilii, etſi utique res non fuit nova. Ranulam aperuit, lapillos excidit pluſculos. Expeditiones Gallicæ ab anno retro 1536. Catum ſe fuiſſe hominem, quo duces ad explorandas res hoſtium uſi ſint. Primum in his bellis didicit, calidum oleum nocere in vulneribus ſclopetariis, & eſſe utendum digerentibus medicamentis. Ut plumbeam in os humeri Regi Navarræ impactam glandem eruerit. Tantam in Paræi peritia confidentiam militum fuiſſe, ut ſe ſalvos Metenſes præſidiarii putarent, quamprimum obſeſſam civitatem eſſet ingreſſus. Conneſtabilis de Montmorency fracta medulla ſpinali periit, retentis excrementis. Lapilli ex ranula exſecti. Orthoſtadios, cui ad ventriculum usque cerebri vulnus inflictum fuerat. Haller.

Jacques Guillemeau. V. *pag.* 11.

Hieronymus Fabricius, quem ſolent a patria civitate *Aqua pendente* diſtinguere. Diſcipulus Fallopii, medicus, inciſor, chirurgus, honoratus longævus & dives; ſero & in ſenio demum ſuſcepit libros ſcribere. In univerſum a Severino accuſatur, quod maſculam Chirurgiam, quæ ferro & igne medetur, in deſuetudinem præcipitaverit. Non ut undique ferro abſtinuerit, Fehrius (e) teſtis eſt, Fabricium aquam per ſiphonem duobus

(e) *De abſinthio.*

bus foraminibus pertuſum ad ſexaginta libras emiſiſſe per uterum, umbilicum etiam acu perforaſſe trajecta. Virgini hymene ferro inciſo multum fœtidum ſanguinem ſubtraxit.

Primum prodierunt ejus *prælectiones chirurgicæ*, quas J. HARTMANNUS BEYER edidit FRANCOF. 1592. 8. 1604. 8. non probante Auctore, cum titulo *pentateuchi chirurgici*, contracto in brevitatem boni ſenis ſermone. Ordinem laudes operis. In univerſum multus eſt in medicamentis. Præcepta cæterum breviter impertit. Ob herniam caſtrantes improbat. Hypoſpathiſmum, aliasque crudeles veterum adminiſtrationes ut obſoletas rejicit. Cancrum mammæ abſcindere non eſt adgreſſus &c. Totum opus eſt quaſi perpetuus ad PAULUM commentarius.

Opera chirurgica in duas partes diviſa. I. *Operationes chirurgicæ.* II. *Pentateuchos.* PARIS. 1613. fol. VENET. 1619. fol. PATAV. 1641. fol. 1647. fol. 1661. fol. alii FRANCOF. 1620. fol. LEID. 1723. fol. LUGDUN. 1628. fol. Italice PADOA 1672. fol. 1711. fol. vertente SEVERINO. Gallice LION 1666. 8. 1729. 8. 8. vol. ROUEN 1658. fol. Germanice vertente P. UFFENBACH, FRANCOF. 1605. Vertente J. SCULTETO, NÜRNBERG 1672. 4. 1716. fol. Utrumque eſt opus FABRICII ab AQUAPENDENTE cum nonnullis J. SCULTETI junioris adnotationibus. Vita auctoris acceſſit ex Thomaſino. Ita HALLERUS.

DURANTES SCACCHIUS. V. *pag.* 15.

CLAUDII CAROLI, Pariſini, *operationes chirurgicæ.* Codex M. S. eſt in B. R. P. IV. n. 7095.

JOHANNES BRABO CHAMISSO, Conimbricenſis Profeſſor. Ejus *de medendi corporis malis per manualem operationem.* CONIMBRIÆ 1600. 8. HALLER.

HIPPOLITUS PARMA. V. *pag.* 17.

PETRUS PIGRAUS. V. *pag.* 17.

JEAN GIRAULT *quelques traités des operations de Chirurgie.* PARIS 1610. 4. Ad DALECHAMPII Chirurgiam Gallicam, ſ. PAULI verſionem, addidit operationes aliquas faciliores, & inſtrumenta etiam ſua. HALLER.

M. AURELIUS SEVERINUS. Ejus *de efficaci Medicina L. III., qua Herculea quaſi manu armata cuncta mala proteruntur.* FRANCOF. 1646. fol. 1671. fol. Gallice *la Medicine efficace &c.* GENEV. 1668. 4. & ſeorſim, & in BONNETI collectione. De timida & frigida nuperorum Chirurgia conqueritur, quæ in unguentis & emplaſtris ſe contineat. Inde contemporaneos ad virilem Chirurgiam revocat. HALLER. V. *pag.* 276.

JOSEPHUS COVILLARD, chirurgus in MONTELIMAR. Ejus *le chirurgien operateur, ou traité methodique des principales operations de Chirurgie.*

rurgie. LION 1640. Prima vero editio eſt anni 1633. Compendium eſt, in quo vix quidquam proprii. HALLER.

GEORGIUS LOTHUS. V. *pag.* 21.

ROGER HEMSING. V. *pag.* 21.

DANIEL BECKER. V. *pag.* 21.

G. VAUSSARD *l'operateur des pauvres...* 1636. Ita PORTAL.

STEPHANUS RODERICUS a CASTRO. Ejus *ſyntaxi prædictionum medicarum* a filio editæ LION 1661. 4. *acceſſit elucubratio de chirurgicis adminiſtrationibus.* HALLER. V. *obſt. art.*

TROPHIMUS SERRIER. V. *pag.* 28.

JOHANNES BOHN. Ejus *Chirurgia rationalis*, *oder Abhandlung aller chirurgiſchen Operationen.* BRAUNSCHWEIG 1727. 8. Germanice vertente HENRICO WINKLER. Codicis jam VALENTINUS meminerat. Non quidem multa habet reconditæ peritiæ, ſed neque ea, quæ vulgo ævo nata ſunt. Paucæ adnotationes propriæ. Poſthumum opus. Ita HALLER. V. *chirurg. forenſ.*

CORNELIUS SOLINGEN. Ejus *manuale operation de Chirurgie betreffend het ampt en plicht de Vroed vrouwen.* AMSTERDAM 1684. 4. nitide, & in *operibus omnibus* recuſum, minime contemnendum opus, plenum propriarum adnotationum. HALLER. V. *obſt. art.*

FRIDERICUS DE LEAUSON, Batavus. Ejus *traité nouveau & methode briéve pour aiſément parvenir à la vraie curation de pluſieurs belles operations de Chirurgie.* GENEVE 1674. 8. Germanice vertente MART. SCHURIG. DRESD. 1709. 8. Collectitia ex veteribus & PARÆO. HALLER.

MICHAEL BERNARD. VALENTINI in *Medicinæ novantiquæ* P. VIII. agit de chirurgicis operationibus. V. *pag.* 51.

ANTONIUS NUCK. V. *pag.* 56.

JEAN BIENNAISE, celebris chirurgus, & ex tendinum ſutura, exque curato arteriæ brachialis vulnere in perſona illuſtri ſatis notus. Ejus *operations de Chirurgie par une methode courte & facile.* PARIS 1688. 12. & paulo aliter *nouvelle methode d'opérations de Chirurgie.* Ibid. 1693. 12. PORTALIUS.

PETRUS DIONIS, Delphinæ chirurgus, antea demonſtrator Anatomes & Chirurgiæ in horto Regio, magna ſuo ævo fama floruit. Ejus anatomicum opus anno 1690. primum prodiit, chirurgicum vero *cours d'opérations de Chirurgie demontrées au jardin du Roi* ſerius prodiit PARIS. 1707. 8. PARIS. 1714. 8. 1736. 8. 1740. 8. Cum notis Cl. LA FAYE. Ibid. 1751. 8. BRUXELLES 1708. 8. 1765. 8. 2. vol. Germanice vertente SELINTE AUGSPURG 1712. 8. 1722. 8. auct. ab HEISTERO, tum FRANCF. 1734. Anglice LONDON 1733. 8. Belgice *verhandling over alle de chirurgical operatien.* ROTTERDAM 1710.

1710. 8. Senis opus, rotundi & ſinceri hominis, non quidem inventoris, ſani tamen judicii viri. Totum artis ambitum amplexus ad minima quæque deſcendit. Encheireſes dilucide proponit, & ſuas non paucas adnotationes interſpergit. HALLER.

JOSEPH DE LA CHARRIERE, chirurgus Sabaudus. Ejus *tract. des operations de la Chirurgie, avec pluſieurs obſervations, & une idée generale des playes* PARIS 1690. 12. 1692. 12. 1693. 8. 1716. 12. 1721. 8. 1727. 12. ab auctore, ut promittitur aucta. Germanice FRANCFURT 1700. 8. 1715. 8. vertente J. LEONHARD MARTINI. Anglice 1700. 8. Belgice cum præfatione J. DANIEL SCHLICHTING, AMSTERDAM 1734. 8. In præfatione litigat cum DUVERNEYO, ut præter rem ſit inter plagiarios relatus. Operationes breviter deſcribit, in morbi vero theoria plurimus eſt. Inventa propria vix habet, opiniones utique. Ita HALLER.

J. BAPTISTA VERDUC, medicus, LAURENTII chirurgi filius. Ejus eſt *le traité des operations de Chirurgie.* PARIS 1693. 8. 2. vol. 1701. 8., quæ editio conjunctum habet tractatum de faſciis, 1703. 8. AMSTERDAM 1739. 8. 2. vol. BRUXELLES 1698. 8. 1709. 8. Germanice *chirurgiſche Handgriffe.* LEIPZ. 1712. 4.

Ejus *pathologie de Chirurgie.* PARIS. 1710. 12. 3. vol. 1727. 12. 2. vol. AMSTERD. 1713. 12. 1717. 12. 3. vol.

Ejus *chirurgiſche Schriften, worinn die chirurgiſchen operationes und curen, vollkommene pathologie vorgetragen werden*, ex Gallico verſum. LIPS. 1712. Meras eſſe hypotheſes teſtatur PORTAL.

J. HELFRICH JUNGKEN, medicus Francofurtanus. Ejus *Chirurgia manualis, oder Begriff aller Operationen der Chirurgie, ſo einem Feldſcherer zu wiſſen nöthig.* FRANCF. 1691. 8. NÜRNBERG 1710 8. 1718. 8. Eſt mera compilatio. Ita HALLER.

GEORG. DETHARDING *an ſub depreſſione cranii, hujus elevatio per manualem operationem chirurgicam ſit neceſſaria.* ROSTOCK. 1732. 4.

Ejus *de methodis medendi in Medicina & Chirurgia ſuſpectis.* HAFN. 1734. 4. V. *calcul.*

J. PHILIP. EYSEL. Ejus *appendix operationum chirurgicarum nonnullarum.* ERFORD. 1715. 4. V. *paracent. abdom.*

DE LA VAUGUYON, M. D. *traité complet des operations de la Chirurgie.* PARIS 1696. 8. Anglice LONDON 1707. 8. 1716. 8. 1736. 8. Belgice *de heelkonſt in haar volmaakthed.* AMSTERD. 1700. 8. Ex coævis fere ſua ſumſit, neque multa propria habet. MAURICÆUM in rebus obſtetriciis ſequitur in quibus multus eſt. Ita HALLER.

J. JAC. DOEBEL, filius medici cognominis, poſtea von DOEBELN dictus, ſcripſit *penis cancroſi feliciter diſſecti hiſtoriam.* LEIPZ. 1698. 12.

Ger-

Germanice *warhafter Bericht von dem Geburtsgliede, welches vom freſſenden Krebs inficirt, aber glücklich geſchnitten worden.* HAFN. 1699. 8.

WILH. ULR. WALDSCHMIDT *de κηλοτομιας absque caſtratione inſtituendæ nova methodo.* KIEL vel HAMB. 1730. 4. V. *lites chir.*

THOMAS PROBY in *Phil. Tranſ.* n. 260. acum eburneam ex fœminæ veſica excidit, quam ſe ajebat devoraſſe.

Codex ſeculi XVII. *de Chirurgia, ejusque operationibus, & inſtrumentis* eſt in B. R. Par. 1741.

J. LUDOV. PETIT. Ejus poſthumum opus *traité des maladies chirurgicales & des operations &c.* V. *pag.* 76.

J. AMEDEE LE FORT. V. *pag.* 79.

ADRIAN HELVETIUS *de puncto.* LEID. 1709. 4. Eſt diſſertatio, & auctor BIDLOUS eſſe crederetur, niſi in operibus hæc omiſſa fuiſſet. Agit de punctione in perinæo. De F. JACOBO queritur, hernias caſtratione curante. Ita HALLER.

JOHANNES PALFYN, chirurgus Gandavenſis, *van der vornaemſte handwerken de heelkonſt.* LEID. 1710. 4. 2. vol. *Abhandlung der vornehmſten chirurgiſchen Operationen, ſowohl an den harten als an den weichen Theilen des menſchlichen Leibes.* FR. LIPS. 1717. 8. Aliquas obſervationes proprias & nova inſtrumenta habet, ut cultrum herniarium ſimilem illi le DRANII; forcipem obſtetriciam.

Poſtea cum adjecta anatome prodiit LEID. 1718. PARIS 1726. 8. 2. vol. *anatomie du corps humain avec des remarques utiles aux chirurgiens dans la pratique de leur operations.* Dein cura cl. BOUDOU, PARIS 1736. 8. qui primum Tomum vix mutavit aut auxit, exceptis aliquibus notis; in Tomo autem ſecundo totam anatomen mutavit, obſervationes RUYSCHII, & BRISSÆI, & RUYSCHII epiſtolam XV. addidit. Prodiit iterum PARIS 1753. 8. 2. vol. edente Ill. ANTONIO PETIT, qui multa propria addidit; *Ruyſchiana* vero, & *Briſſæana* omiſit. Germanice vertente GEORGIO LEONHARDO HUTH, NÜRNBERG 1760. 4. ſeqq. ad editionem PETITI. Italice vertit J. LARBER, VENET. 1758. 4. 3. vol. & multa tum propria, tum ex HALLERO, & LANCISIO depromta adjunxit.

In L. *de oſſibus* multa ad Chirurgiam ſpectant. HALLER.

Eunuchiſm diſplayd deſcribing all the different Sorts of eunuchs. LONDON 1718. 8.

LAURENTIUS HEISTER. V. *pag.* 82.

RENATUS JACOBUS CRESCENTIUS GARENGEOT, Armoricus, chirurgus Pariſinus, in paupertate natus, qui poſterioribus vitæ ſuæ annis nomen ſuum reformavit, ut eſſet de GARENGEOT; vir acris ingenii, qui primum alienis inventis inclaruit, tum chirurgorum ARNAULD patris, & THIBAULT, tum artificis VIGNERON AS DE PIQUE, ipſi etiam HAL-

LERO

LERO bene noti, qui ob inſtrumenta a ſe ipſo perfecta, & a GARENGEOTO uſurpata, ad ſenatum provocavit, & obtinuit, ut chirurgus cauſa caderet. Sed & WINSLOWI omnia anatomica ſua fecit, raro laudato vero auctore. Senſim tamen ut cum natura conſueverat, & experiundo didicerat, ita libros ſcripſit majoris pretii, & denique inter præcipuos ſui ævi Pariſinos chirurgos numeratus eſt. HALLER.

Ejus *traité des operations de Chirurgie.* PARIS 1720. 8. 2. vol. auctius recuſum opus. PARIS 1731. 12. 3. vol. Germanice BERLIN. Anglice LONDON 1723. 8. vertente S. ANDRE´ BOEH. In prima editione chirurgos Pariſinos laudaverat, quorum inventis erat uſus, in altera ea nomina ſuppreſſit, non mediocria ob eam cauſam odia perpeſſus, laudes puriores cæterum meriturus, ſi ab aliis expectaſſet. Multa tamen certe bona, neque prius vulgata reperias, ſi cum DIONYSIO comparaveris. De cataracta vero ſilet. Fuſe de capitis vulneribus, & in ſecundo volumine fuſiſſime de ſectione calculi. Paſſim icones, pleraſque novas adjecit, & quaſdam adnotationes ſive caſus. HALLER.

Ob nuperiorem editionem hujus operis contra GARENGEOT ſcripta eſt *lettre au* S. GARENGEOT *au ſujet de la nouvelle edition de ſon traité d'operations de Chirurgie.* PARIS 1731. 12. Defenduntur chirurgi Noſodochii l'HOTEL-DIEU, quos ob nimium turundarum uſum GARENGEOTUS accuſaverat. MONTAULIEU chirurg. pro hujus auctore vulgo haberi PORTALIUS.

MARTINUS SCHURIG, medicus Dreſdenſis, plura edidit opera, quæ fere collectanea ſunt; multaque chirurgica continent etſi alii ſint tituli.

In *ſpermatologia* DRESD. 1720. 4. agit de caſtratione; de herniæ ſectione.

In *parthenologia* ibid. 1729. 4. de caſtratione fœminarum.

In *muliebribus* ibid. 1729. 4. de nymphotomia &c.

HENRICH BERNARD HUBNER *Relation von der ermländiſchen Meſſerſchluckerin.* KÖNIGSBERG 1720. 4. Traditur hiſtoria cultri de fœminæ ventriculo feliciter exciſi. HALLER.

ABRAHAM VATER *caſus aſthmatis a depreſſione ſterni, thoracis artificioſa conſtrictione curati.* WITTEBERG 1730. 4. V. *vuln.*

GIROLAMO MARINI *pratica delle più difficili operazioni di Chirurgia, che riguardavano il litotomo ed oculiſta.* ROMA 1723. 8. Agit etiam de hydrocele, ſarcocele, labio leporino, de cataracta, de calculi ſectione &c. HALLER.

DUNN *method of chirurgical operations.* LOND. 1724. 8.

COCHON DU PUY *manuel des operations de Chirurgie extraites des meilleurs auteurs.* TOULON 1726. 12.

SAMUEL THEODOR QUELMALZ, natus FREIBERGÆ Hermundurorum, Profeſſor Lipſienſis. Obiit a. 1758. febre putrida, epidemica correptus. æt. 62. Ejus *quare operationes chirurgicæ apud nos non ſint ita frequentes quam penes exteros.* LIPS. 1726. 4.

BLASIUS DE BEAUMONT. Ejus *exercitationes anatomicas y eſſenciales operationes de Chirurgia con un breve reſumen de ben dajes y inſtrumentos.* MADRIT 1728. 4.

HENR. FRANC. LE DRAN *traité des operations de Chirurgie.* PARIS 1743. 12. BRUXELLES 1745. 8. Anglice vertente & augente CHESELDENIO, LOND. 1749. 8. Bonus liber viri multa experti, qui fere ubique ſimpliciſſimam curationem feliciter adhibuit. HALLER. V. *pag.* 103.

FRANCIS. MARESCOTTI *relatio mirabilis operationis in tumore carcinomatoſo linguæ.* BONON. 1730. 4.

PHILIPPE D'ALCRIPPE *nouvelle fabrique d'excellens traits de verité, & lettre ecrite a M.* GARENGEOT *maitre és arts de Bourges* 1731. In priori opuſculo GARENGEOTUS deridetur ob naſum reſectum, quem adglutinaverat, in altero ob vulneris abdominis curationem. Tribuitur chirurgo MONTAULIEU.

MARTIN WILH. SCHWENKE diſp. *de operatione inguinali.* LEID. 1731. 4.

PETR. PAUL. MOLINELLUS. Ejus *ad chirurgicarum operationum in cadavere oſtenſionem oratio.* BONON. 1742. 4. V. *pag.* 105.

GEORG. CHRIST. DETHARDING *de operationibus quibusdam chirurgicis temere inſtitutis.* ROST. 1756. 4. Contra de HILMERI, & TAYLORI audaces adminiſtrationes. V. *vuln. cap.*

PHIL. HECQUET & OTT. CAS. BARFEKNECHT *non ergo quos morbos non ſanat Chirurgiæ ferrum, ſanat chemicus ignis* PARIS 1732. 4.

CLAUDIUS NICOLAUS LE CAT. in *journal de Medecin* T. II. de amputandis induratis tonſillis agit. V. *calcul. ſect.*

CAROL. FRID. KALTSCHMIDT *de maſticatione pueri ſeptem annorum per cartilaginem maxillas ligantem ſublata, ſed per operationem chirurgicam reſtituta.* JEN. 1764. 4. V. *vuln.*

J. CONR. ZACHMANN in *Comm. Litt. Nor.* 1736. n. 13. cornu de fœminæ capite reſectum, de quo etiam

J. CONR. GMELIN ibid. *hebd.* 35.

GEORGE DE LA FAYE novam editionem operis PETRI DIONIS cum titulo *cours d'operations de Chirurgie demontrées au jardin royal par* M. DIONIS, *revu & augmenté de remarques par G. de la* FAYE. PARIS 1740. 8. V. *pag.* 116.

Contra hanc editionem anonymus GARENGEOTI Amicus (nempe JACQUES BAGIEU. Ita PORTAL) edidit *lettre de M. chirurgien en Province*

ce à M. chirurgien PARIS *au ſujet de la remarque p.* 249. *de l'Ed. du tr. de* DIONIS *par la* FAYE. PARIS 1740. 8.

COGHLAN, chirurgi Hiberni, *obſervations critiques ſur la lettre d'un chirurgien de Province* &c. PARIS 1741. 8. Pro GEORGIO de la FAYE.

PETR. BELCHIER in *Phil. Tranſ. n.* 449. de viro feliciter curato, cui ala molendini a vento agitata totum cum ſcapula brachium evulſerat.

HANS SLOANE in *Phil. Tranſ. n.* 451. de ſplenis parte de viro excîſa bono eventu. HALLER. V. *calcul.*

De CHAMPCORNU. V. *pag.* 118.

SAMUEL SHARP, CHESELDENII diſcipulus, acris ingenii vir, celebris chirurgus Noſocomii GUYANI. Ejus eſt *treatiſe on the operations of Surgery: a deſcription and repreſentation of inſtruments, an introduction on the nature and treatment of wounds, abſceſſes and ulcers.* LONDON 1740. 8. quæ tertia eſt editio. Gallice vertente D. JAULT, PARIS 1741. 8. Belgice AMSTERD. 1751. 8. Simpliciſſimas ubique quærit adminiſtrationes, neque valde metuit a recepta via decedere. Ubique adeo novi quid adfert. HALLER.

Ejus *Critical inquiry in to the preſent ſtate of Surgery.* Ib. 1750. 8. Gallice, Hiſpanice *critica ſynopſis de la Chirurgia vertente* ANDR. VASQUEZ, MADRIT 1753. 4. Germanice *critiſche Unterſuchung* &c. BERLIN 1756. 8. Agit de nonnullis morbis & adminiſtrationibus chirurgicis: Pariſinorum encheireſes poſt nuperum iter cum Britannicis comparat.

J. GRASHUYS *van de operatien der heelkonde.* AMSTERD. 1748. 8.

In *verhandel. de Holl. maatſch.* T. V. de amputatione penis refert. V. *ſcirrh.*

J. FRANC. COUTHIER & LUD. REN. MARTEAU. *E. unum e præcipuis ſymptomatibus in operationibus chirurgicis mitigandum dolor.* PARIS 1743. 4.

JOACHIM FRID. HENKEL *Abhandlung der chirurgiſchen Operationen. Erſtes Stück vom grauen Staar.* BERLIN 1770. 8. Nuperorum de cataracta curanda conſilia proponit, & præcepta GUNZIANA ſuis adnotationibus illuſtrat.

Ejus *zweytes Stück von der Thränenfiſtel und Durchbohrung der Knochen.* Ibid. 1771. 8. Ad ductum HEISTERI, quem tamen ſæpiſſime refutat.

Ejus *drittes Stück von Steinſchneiden, Maſtdarm, Fiſtel, Paraphimoſis, cancro & ſphacelo u. ſ. f.* Ibid. 1771. 8. Compendium ut ſolet, recentiſſimorum ſcriptorum cum ſua epicraſi. HEISTERUM paſſim corrigit.

Ejus *viertes Stück von Brüchen.* Ibid. 1772. 8. ad GUNZII ordinem.

Ejus *fünftes Stück*. Ibid. 1773. 8. Suturæ; gaſtroraphia.

Ejus *ſechſtes Stück*. Ibid. 1774. 8. Amputatio per ſingulos artus. HALLER.

Ejus *ſiebentes Stück*. Ibid. 1775. 8.

Ejus *achtes und letztes Stück*. Ibid. 1776. 8. Hoc volumine finem operi ſuo imponit; in quo agit de venæ ſectione, ſcarificatione, ulceribus artificialibus &c. Chirurgiam medicam ſimili modo ſe adornaturum promittit, ſi ſuperis placuerit! Ita RICHTER. V. *pag.* 128.

STEPH. CHARDON DE COURCELLES. Ejus *manuel des operations de Chirurgie les plus ordinaires pour l'inſtruction des éleves chirurgiens.* PARIS 1756. 8. V. *venæ ſect.*

OLAUS ACRELL. Ejus diſſ. *om nödwändigheten och förmoner af de chirurgiſka handelagens för kort nande i utöfningan.* STOCKHOLM 1767. 8. Nuperrima chirurgorum artificia tradit. V. *pag.* 131.

GEORGIUS HEUERMAN, medicus, chirurgus, & inciſor Hafnienſis. In ejus *phyſiologiæ* T. I. II. HAFNIÆ 1751. 8. T. III. ibid. 1755. 8. paucæ ad Chirurgiam faciunt obſervationes.

Ejus *die vornehmſte chirurgiſche operationen am menſchlichen Körper* T. I. Ibid. 1754. 8. T. II. 1756. 8. T. III. 1757. 8.

Ejus *vermiſchte Bemerkungen und Unterſuchungen der ausübenden Arzneywiſſenſchaft.* T. I. Ibid. 1756. 8. T. II. 1767. 8. HALLER.

PETRUS PAULUS TANARON. V. *pag.* 146.

BENJAMIN GOOCH. V. *pag.* 149.

BENOMONT in *Mem. de Chirurgie* T. III. retulit de tibia de articulatione in genu evulſa, absque hæmorrhagia ſanata.

TALIN ibid. de quatuor digitis pedis cum tendinibus ſuis avulſis, eventu feliciſſimo.

RECOLIN ibid. de pollice manus cum ſuo tendine evulſo, pariter optimo eventu. HALLER.

J. PHIL. LAURENT. WITHOFF *de caſtratis comm. IV.* DUISBURG 1756. 8. Agit de caſtratione apud veteres & nuperos, de ejus adminiſtrationis gradu vario.

AMBROSIUS BERTRANDI. V. *pag.* 162.

FRIDER. CONRAD. BERGMAN diſp. *de injectionibus chirurgicis.* LIPS. 1757. 4. De Chirurgia infuſoria. De injectionibus in vulnera, ulcera, & alias corporis partes. HALLER.

MAISTRAL retulit de homine, qui ſe ipſum caſtravit, felici eventu. V. *pag.* 168.

LAUGIER ſimilis relatio. V. *pag.* 169.

DAUCHE, chirurgus, in *Journal de Med.* T. XI. enormis lupia de femore reſecta.

BEAU-

BEAULATON ibid. de pede ligneo melius formato, & in T. XII. addit feliciter ſpei reſpondiſſe.

THOMAS MEADOW diſſ. *on a new method of reducing all ſorts of diſtortions of the human body.* LONDON 1760. 8. Agyrtæ opus CR. REV.

J. ULRIC. BILGUER. V. *pag.* 174.

JOSEPHUS CAVALLINI. V. *pag.* 179.

Chirurgiſcher Operationen erſtes Stück von der Onkotomie. JENA 1762. 8.

FILIPPE JOSEPH DE GOVEA *Oraçao inaugural de primeira curſo de operacions chirurgicas que publicamente fez no hoſpital real.* LISBON 1762. 8.

DIDACI VELASCO & FRANCISCI VALVERDE, chirurgorum, *Curſo theorico practico de operationes de Chirurgia, en que ſe contiene los mas celebres deſcubrimientos para uſo de los Reales Colegiales.* MADRIT 1763. 4.

DAVID FRANC. HETZEL retulit de glandula parotide ſcirrhoſa exſtirpata. V. *pag.* 198.

J. JAC. ROSCIUS *Beſchreibung einer glücklich abgenommenen krebshaften Bruſt von* 12. *mediciniſchen Pfunden an einer* 62. *jährigen Frau.* KÖNIGSBERG 1769. 4.

ADOLPH. FRID. VOGEL de caſtratione. V. *pag.* 212.

DALLAS. V. *pag.* 215.

J. DANIEL REICHEL in LUDWIGII *adv.* III. n. 2. retulit de mamma in gravida fœmina poſt cicutæ uſum amputata. V. *calcul.*

J. W. BAUER de mamma feliciter amputata. V. *vuln. capit.*

CHRISTOPH FRID. WEBER diſp. *de exſtirpatione teſticuli humani.* JEN. 1773. 4. Ipſe manum admovit operi, ad POTTI fere præcepta. HALLER.

Le BLANC *précis d'operation de Chirurgie.* PARIS 1775. 8. Alienum fœtum pro ſuo venditat; invenies in hoc opere integros tractatus ex VALENTIN, LEVRET, HOIN, LOUIS, CAT, deſcriptos. Curandi methodum unicam ubique optimam putat, minime exacte proponit. Maxime ſibi placet, ubi de herniis agit, in qua materia magis excellit, & legi meretur. Cæterum ejus delectus, & judicium bona ſunt. In T. I. agit de modo uniendi labia vulnerum; de labio leporino; de exſtirpatione cancri; de herniis; de phimoſi; de paracenteſi; de fiſtula ani; de uſu catheteris; de punctura veſicæ; de ſectione calculi in viris; de minori apparatu; de ſectione calculi in fœminis; de calculis adhærentibus (*enkiſtes*); de ſectione cæſarea; de paracenteſi thoracis; de bronchotomia; de trepana-

na-

natione; de aneuryſmate; de amputatione; de polypis; de cataracta; de hydrocele.

In Tom. II. agit de herniis. Eſt is ipſe tractatus, qui prodiit Paris. a. 1768. ſub titulo *nouvelle methode d'opérer les hernies.* Richter. V. *hern.*

Guerin. V. *pag.* 256.

AMBUSTIO
SIVE
COMBUSTIO, USTIO.

Hippocrates in L. περὶ ἑλκων quædam ad ambuſta habet. V. *pag.* 286.

Scribonius Largus in L. *de compoſ. medicament.* n. 211. emplaſtrum habet ad ambuſta ex ſpuma argenti, adipe ſuilo, cera pontica, & ovorum aſſorum vitellis. V. *medicam. chir.*

C. Plinius in L. XXIX. XXX. de ambuſtis agit. V. *medicam. chir.*

Q. Serenus Sammonicus in *de Medicina præceptis ſaluberrimis* L. IX. c. 60. primum Venet. 1488. 4. 1502. Tum Lips. 1515. & alibi excuſis, quædam habet ad ambuſta.

Oribasius in brevioris *ſynopſis* L. III. agit de curatione ambuſtorum. V. *pag.* 264.

Aetius in *tetrab.* IV. Serm. 2. c. 67. ad ambuſta laudat eruginis & ſpumæ argenti pares portiones cum vino & oleo tritas. V. *pag.* 265.

Paulus in L. IV. agit de ambuſtis. V. 293.

Rhazeus in L. XIV. magnam ambuſtionem repetita aqua nivata ſe curaſſe ait. V. *pag.* 265.

Haly Abbas in *practicæ* L. IV. c. 25. agit de ignis aduſtionis medela. Ita Waltherus. V. *pag.* 295.

Avicenna in L. IV. agit de combuſtione ignis, aquæ &c. V. *pag.* 267.

Albucasis in L. *pract.* tract. 29. ſect. 2. cap. 8. agit de uſtione. Ita Waltherus. V. *pag.* 267.

Lanfrancus in *Chirurgiæ magnæ*, tract. 4. doctr. 1. cap. 19. agit de cura combuſtionis ignis, aquæ &c. Ita Waltherus. V. *pag.* 2.

Bernardus Gordon in L I. cap. 28. agit de incendio ignis & aquæ fervidæ. Waltherus. V. *pag.* 270.

Arnaldus de Villanova in *breviar. practicæ* L. II. c. 20. de aduſtione. Waltherus. V. *pag.* 296.

Guiliel-

GUILIELMUS DE VARIGNANA in *ſecretorum* libro LION 1526. 8. tract. 4. ſerm. 5. c. 1. agit de combuſtione. WALTHERUS.

LEONARDUS DE BERTAPALIA in tract. 2. cap. 19. agit de combuſtione ignis. WALTHERUS. V. *pag.* 3.

SYMPHORIANUS CHAMPIER in *practicæ novæ* &c. L. V. agit de aduſtione. WALTHERUS. V. *pag.* 300.

GODOFREDUS STEGHIUS in L. XIII. cap. 24. *Artis medicæ* LUGDUN. 1521. 4. agit de ambuſtione. Ita WALTHERUS.

JOH. STOKERUS in *praxi medica* edit. .... 1534. 8. in Libro II. cap. 13. de combuſtione. WALTHERUS.

JOHANNES DE VIGO in L. IX. de ambuſtis agit. V. *pag.* 270.

LEONELLUS DE VICTORIIS cap. 34. ad ambuſta medelas tradit. WALTHERUS. V. *pag.* 5.

PETRUS DE BAYRO in L. XXI. cap. 5. agit de combuſtione ab igne. Cap. 6. de combuſtione ab aqua. WALTHERUS. V. *pag.* 5.

PHILIP. THEOPHR. PARACELSUS in *groſſen Wundarzney* tract. 3. cap. 6. agit de ambuſtione ab igne facta. Ibid. cap. 7. de ambuſtione ex metallis, aquis &c. Cap. 9. de ambuſtione ex fulmine.

Idem in *Bertheoniæ* L. I. cap. 18. & 19. de ambuſtis & eorum cura.

Idem in *prælect. chirurg. de vulneribus* cap. 14. de combuſtionibus.

Idem *de curatione vulnerum* tract. 3. cap. 6. de combuſtionibus. WALTHERUS. V. *pag.* 272.

J. FERNELIUS in *therapeut.* L. VI. cap. 20. dicit, quod ignis, ſi propius ipſi pars uſta admoveatur, ſit proprii inuſti mali alexiterium, illamque revocato empyreumate dolore levet: additque nonnulla remedia impreſſum partibus ardorem foras calore prolectare: ari & porri folia ambuſtis præſenti remedio eſſe ait, poſtea numeroſum catalogum addit medicamentorum, quæ ad eundem ſcopum faciunt, licet viribus medicatis omnino diverſis gaudeant. SWIETEN. V. *pag.* 273.

AMBROSIUS PARÆUS in *maniere de traiter les playes* &c. agit de ambuſtis, potiſſimum a pulvere pyrio. Cepas laudat: etiam butyro antimonii feliciter uſus eſt HALLER.

Idem in collectionis *operum omnium* L. XII. cap. 17. 18. 19. portulacæ, lactucæ, plantaginis &c. ſuccos, molliſſimum ovi albumen laudat; & eodem in loco commendat lutum forti aceto dilutum, atramentum ſcriptorium oxycrato miſtum, alumen rupeum aqua ſolutum, imo & acres ceparum bulbos cum pauco ſale tritos applicari ſummo cum fructu monet. In initio applicata remedia locis combuſtis ſæpe renovanda eſſe, donec calor parti impreſſus eductus fuerit. Bullas elevatas illico pertundendas vult, ne contentus ichor rodat ſubjectam cutem & exulceret. Notat profundas combuſtiones

minus dolere, quam ſuperficiarias, monetque chirurgos, ut in his caſibus dolentiſſima loca tegerent raro linteo, ne rudiori attactu hæc irritarent, dum depurant ulcus. SWIETEN. V. *pag.* 301.

AMATUS LUSITANUS vero nomine JOHANNES RODERICUS de CASTELLO ALBO, variis locis, RAGUSÆ denique medicinam fecit, & ſextam *curationum* centuriam ſcripſit, ſeptimam THESSALONICÆ. Juvenis SALAMANTICÆ in noſodochio, cui præfectus fuerat, manu curaverat.

Ejus *curationum medicinalium centuria* prodiit FLORENTIÆ 1551. 4. VENET. 1654. 12. *centuria* II. VENET. 1552. 12. ſeptem omnino *centuriæ* dicuntur prodiiſſe VENET. 1557. 8. 1566. 8. LION 1560. 12. 1580. 12. BURDIGALÆ 1620. 4. BARCINON. 1628. fol. FRANCOF. 1646. fol. Ita HALLER.

In *centuria* II. *curat.* 92. commendat unguentum ex pinguedine porcina fervente ſuper lauri folia projecta, exque horum foliorum ſic combuſtorum cinere factum. WALTHERUS.

ALEXIUS PEDEMONTANUS in L. I. unguentum ex albumine ovorum, tutia Alexandr., calce viva novies lota, cera recente, & oleo roſarum laudat. V. *med. chir.*

BALDUINUS RONSSEUS in L. *de hominis primordiis* &c. cap. 55. agit de ambuſtionibus, ſive pyri cauſtis. WALTHERUS. V. *obſt. art.*

ANTONIUS CHALMETÆUS in L. III. cap. 16. de combuſtione: laudat aquam, in qua calx exſtincta fuerit, & cum oleo nucum exagitatam, donec craſſeſcat. WALTHERUS. V. *pag.* 274.

GABRIEL FALLOPIUS in L. *de ulceribus* &c. ambuſta igne admoto bene curari. V. *ulcera.*

MARTIN RULAND in *theſauri* L. IV. agit de uſtione. WALTHERUS. V. *pag.* 8.

OMNIBONUS FERRARI in L. *de arte medica infantum* BRIXIÆ 1577. 4. LIPS. 1695. 8. ad ambuſta laudat albumen ovi cum oleo roſarum, & aqua roſarum.

PETRUS FORESTUS in L. VI. *obſ.* 43. laudat mucilaginem ſeminum cotoneorum aqua roſarum extractam. In L. XXXI. *obſ.* 8. agit de ambuſtis. WALTHERUS. V. *pag.* 13.

GUILIELMUS FABRICIUS vulgo HILDANUS. Ejus *de ambuſtionibus, quæ oleo & aqua fervidis, ferro candente, pulvere tormentario, fulmine & quavis alia materia ignita fiunt* BASIL. 1607. 8. OPPENHEIM 1614. 8. cum obſ. de vulnere graviſſimo. Germanice *von dem Brennen, welches mit glüender Materie geſchieht* BASIL. 1607. 8. Tres facit ambuſtionis gradus; ſecundum eos ſua conſilia impertit, deinde per artus. Gangrænam ex igne ortam tamen in vetula ſanavit. Symptomatum curatio, correctio cicatricis; brevis libellus.

Idem

Idem in *obſervat. chir.* de digitis ab ambuſtione conglutinatis & incurvatis, reſtitutis.

Idem porro in *centuria* II. & IV. adfert combuſtionum graviſſimarum exempla: ſanatus puer, qui in fervidam erat delapſus. HALLER. V. *pag.* 274.

FRANCISCUS RANCHIN in *opuſculis medicis* LION 1627. 4. tract. de *morbis puerilibus* cap. 28. agit etiam de combuſtione. V. *pag.* 15.

JOHANNES GECKIUS in L. *de puerorum tuenda valetudine* WITTEBERG. 1604. 8. agit de ambuſtione. WALTHERUS.

DANIEL SENNERTUS in *Medicinæ practicæ* L. V. part. 2. cap. 18. de ambuſtionibus. WALTHERUS. V. *pag.* 17.

JOHANNES VIGIER in *operum. med. chir.* L. III. cap. 31. de ambuſtionibus. Medicamenta ad ambuſta habet in *armamentarii chirurgici* L. II. c. 13. & 27. WALTHERUS. V. *ulcera.*

THEODORUS CORBÆUS in *pathologia, ſ. enumeratione morborum omnium* NORIBERG. 1616. 8. 1647. 8. 1661. 8. FRANCOF. 1653. 8. in Libro II. ſectione 5. cap. 19. uſtio. WALTHERUS.

FRANCISCUS PECCETTI in *Chirurgiæ* L. II. cap. 83. de ambuſtione ab igne, aqua, oleo vel alia materia. WALTHERUS. V. *pag.* 18.

JACOBUS DE MARQUE in *traité des bandages* &c. habet exempla labiorum ab ignis combuſtione pene clauſorum. V. *faſc.*

RAYMUNDUS MINDERERUS cap. 9. agit de ambuſtis. WALTHERUS. V. *pag.* 18.

J. HORNUNG, medicus & chemicus. Ejus *chirurgiſcher Bericht von Brandſchäden.* NÜRNBERG 1622. 8. HALLER.

J. RIOLANUS in *generalis & particularis medendi rationis* PARIS 1629. L. II. p. 272. agit de ambuſtis. WALTHERUS.

PETRUS FABRUS in *Chirurgiæ ſpagyricæ* ſect. 3. cap. 18. de ulceribus ex combuſtione. WALTHERUS. V. *pag.* 19.

MARTINUS BLOCHWITZIUS in *anat. ſambuci* LIPS. 1631. 12. tract. 3. cap. 32. agit de combuſtione WALTHERUS.

M. AURELIUS SEVERINUS in *efficacis med.* L. I. part. 2. cap. 20. de purgandis bullis ambuſtorum &c. WALTHERUS. V. *pag.* 303.

J. PHARAMOND RHUMEL. Ejus *Kriegsarzney* &c. NÜRNBERG 1632. 16. Opuſculum hominis de PARACELSI ſecta. Ita HALLER. Agit cap. 22. de ambuſtis eorumque cura (ſed certe ſuperſtitioſa). WALTHERUS.

SIMON PAULI in *quadripartito botanico* FRANCOF. 1663. 4. in *claſſe* 3. crudis cepis ſale probe ſubactis auſpicato certo experimento ambuſtis mederi. V. *dent. morb.*

THOMAS BARTHOLINUS in libro *de Medicina Dan.* ſuccum ſempervivi, etiam oleum calens malos effectus ignis compeſcere. V. *pag.* 23.

CHRISTIAN LANG. Ejus *de ambuſtionibus.* LIPS. 1658. 4. V. *obſt. art.*

HENRICUS REGIUS. Ejus *medicatio duorum ægrorum paronychia & ambuſtione pedis laborantium.* UTRECHT. 1651. 4. V. *morſ. can. rabid.*

YSBRAND DE DIEMERBROECK in *centum obſerv.* recenſet ambuſtionum graviorum exempla, in quibus aut atramentum profuit, aut cepe impoſita. V. *pag.* 24.

ORTLOF. MAROLDUS in L. *practicæ Medicinæ* &c. pag. 364. mucilaginem corticis tiliæ; & pag. 365. butyrum & recens ſtercus anſeris ad ambuſta ſummopere laudat. WALTHERUS. V. *pag.* 25.

DOMINICUS PANAROLI in *pentecoſte* III. *obſ.* 22. ad ambuſtiones nihil certius eſſe luto humido continuo admoto. WALTHERUS. V. *pag.* 25.

JOHANNES SCULTETUS in *armamentario chir. obſerv. chir.* 33. de curata facie pulvere tormentario ambuſta ope linimenti ex butyro ſæpius liquato, in aqua ſpermatis ranarum loto, & ex oleo olivarum compoſiti. WALTHERUS. V. *inſtrum. chir.*

PETRUS BORELLUS in *obſerv. med. centuriâ* I. *obſ* 50. ad ambuſta laudat unguentum ex oleo nucum puro & recenti cum ovorum luteis. Etiam unguentum ex cortice mediano ſambuci, adipe vervecino, oleo olivarum & ſucco ſempervivi majoris. Et *obſerv.* 76. laudat adipem parce bullientem, guttatim ſuper lauri foliis projectum. WALTHERUS. V. *pag.* 25.

BALDASSAR TIMÆUS in L. VI. *caſ. med.* 29. ambuſtio faciei, manuum & abdominis. WALTHERUS. V. *pag.* 26.

JOH. ANDREAS SMITZIUS in *Med. pract.* GENEVÆ 1659. 12. cap. 11. pag. 52. agit de combuſtione. WALTHERUS.

SAMUEL HAFENREFFERUS in *noſodoch. de cutis adfectibus* ULM. 1660. in L. I. cap. 18. ad varias ambuſtiones varia proponit medicamenta. WALTHERUS.

PHILIPPUS GRULING in *cur. dogm. herm. cent. nov.* NORTHUS. 1662. 4. in *curat.* 9. de combuſtione manus.

Idem in *cur. med. cent.* III. Ibid. 1663. 8. in *obſerv.* 61. de combuſtione pedis.

Idem in *Medic. pract.* LIPSIÆ 1665. 4. in L. V. part. 3. cap. 14. de uſtione. WALTHERUS.

DANIEL MAJOR. Ejus *de tactis fulmine.* KIEL. 1673. 4. V. *calcul.*

JOH. JONSTONUS in *ideæ medicæ practicæ* libro VI. cap. 3. AMSTERDAM 1664. 8. agit de combuſtionibus. WALTHERUS.

EBER-

Eberhard Goekel in *conſiliorum & obſerv.* &c. refert de homine ambuſto a fulmine, tamen ſanato.

Idem in *Gallicinio* &c. iterum de ambuſtis a fulmine.

Idem in *Eph. N. C. Dec.* II. *ann.* IX. *obſ.* 203. mortes ex ambuſtione pulvere pyrio facta. Haller. V. *pag.* 29.

Wolfgangus Hosferus. Ejus *Hercules medicus*... 1665. 8. In L. V. cap. 1. agit de ambuſtis. Waltherus.

In *Philoſophicis Tranſactionibus* n. 13. continentur fulguratorum aliqua exempla, tum enectorum, tum ſervatorum. Ambuſtionis ubique ſigna, pulmone non mutato. Haller.

Allard Herman Cummen. V. *pag.* 31.

Simon Schulze de fulguratis abſque noxa. V. *pag.* 32.

Georgius Frank. Ejus *de ambuſtis.* Heidelberg. 1681. 4. V. *decorat.*

Alphonsus Kohn. V. *pag.* 40.

Bernardinus Christinus in *obſervationibus medicis* proprias ſuas curationes proponit, felices omnes, paucis, & ſæpe ſuis, medicamentis perfectas. Ambuſtiones ſe curaſſe aceto. Haller. V. *pag.* 41.

Rudolph. Wilhelm. Krause. Ejus *de fulmine tactis.* Jen. 1694. 4. V. *hern.*

J. Mauritius Hofmann. V. *pag.* 47.

J. Alberding *van der verbrandheit.* Leeuwaarden 1681. 8.

Petrus van de Stylle in part. 5. cap. 11. agit de variis ambuſtionibus. Waltherus. V. *pag.* 48.

Laurentius Verduc ad ambuſta unguentum nutritum laudat. V. *fract.*

Thomas Sydenhamus in *praxi medica* &c. Lips. 1711. 8. ubi agit de peripneumonia notha, in fine, nempe pag. 353. ſpiritum vini omnibus remediis, quotquot adhuc inventa fuere, palmam præripere ait; ſi nempe lintea ſpiritu vini imbuta partibus ambuſtis applicentur illico; & horum applicatio repetatur, donec dolor penitus evanuerit; poſteaque bis in die tantum applicanda vult. Swieten. V. *off. morb.*

Cornelius Stalpart van der Wiel refert *obſ.* 24. de pulveris pyrii ambuſtione linguæ, gulæ, gingivæ & palati ſanata, poſt diuturnam veluti cum morte colluctationem, oſſeis etiam fragmentis de palato ſeparatis. Swieten. V. *pag.* 56.

Guichard Josephus Du Verney in *Academiæ Regiæ Pariſinæ commentariis* a. 1693. anatomen dat hominis a fulmine tacti: contuſa aliqua & ambuſta & pulmo ſanguine expreſſo privatus. V. *off. morb.*

J. Hadrianus Slevogt. Ejus diſp. *de ambuſtione ejusque remediis.* Jen. 1698. 4. V. *cariem.*

 Hen-

HENRICUS van DEVENTER in *Beſchryving van de Ziekten* &c. ab ambuſtione maxima cicatrix & claudicatio; auctor cicatricem incidit, ægramque reſtituit. V. *off. morb.*

GEORGIUS ERNESTUS STAHL. Ejus diſp. *de ambuſtionibus.* HALL. 1706. 4. V. *calcul.*

J. JAC. ROESER diſp. *de fulminatis.* REGIOMONT. 1704. 4.

PHILIPPUS HECQUET in *Chirurgie des pauvres* &c. ambuſta in oleum intingere jubet. V. *pag.* 79.

HERMANNUS BOERHAAVE in *aphoriſmis de cognoſ.* &c. agit etiam de combuſtione. V. *pag.* 79.

DANIEL TURNER. V. *pag.* 80.

A. CHRISTOPH. BERN. VALENTINI diſp. *de ceraunia & de fulmine tactis.* GIESS. 1717. 4.

In *Breslauer Samml.* refertur de numeroſiſſimis hominibus fulmine læſis. V. *pag.* 91. & 100.

RICHARD BEARD in *Phil. Tranſ.* n. 394. retulit de fulgurato ejusque læſionibus.

ANDR. ELIAS BÜCHNER. Ejus & C. F. HOFMANN diſp. *de morte in fulmine tactis.* HALL. 1766. 4. V. *calcul.*

HERM. PAUL. JUCH. diſp. *de eo quod medicum decet circa fulmine tactos.* ERFORD. 1737. 4. V. *obſt. art.*

J. CHRIST KUNDMANN. V. *pag.* 104.

JOH. ATKINS. V. *pag.* 111.

GERARDUS v. SWIETEN in Tomo I. V. *pag.* 123.

HENR. FRIDER. DELIUS in *amœnitatibus medicis* &c. refert de ampla ambuſtione feliciter curata. V. *pag.* 137.

EDWARDUS SPRY in *Phil Tranſ. Vol.* XLIX. P. 2. pertinet ad a. 1756. retulit de hominis fulgurati læſionibus.

RAZOUX. V. *pag.* 165.

J. FARMER. V. *pag.* 166.

CHARLES PEYROUX. V. *pag.* 169.

S. MARTIN. V. *pag.* 177.

THOM. ADAMS. V. *pag.* 180.

ANTONIUS PORTAL in *precis de Chirurgie* &c. veſicas ab igne natas incidi debere. V. *pag* 186.

CHRIST ANDR. MANGOLD & N. C. NICOLAI diſp. *de ambuſtionibus.* ERFORD. 1764. 4.

THOM. KIRCHVOGELS *eines Engliſchen Wundarztes Abhandlung von den Brandſchäden, nebſt einer Unterſuchung der wider den Gebrauch der Fieberrinde in Brandſchäden gemachten Einwendungen.* 2. *Theil.* NÜRNBERG 1765. 8.

PELIS-

PELISSON. V. *pag.* 193.

JOSEPH. JACOB. PLENCK de fulminis effectu in corpus humanum. V. *pag.* 195.

JOH. GOTTL. BIDERMANN diſp. *de cauſis mortis ſubitæ fulmine tactorum.* LIPS. 1768. 4.

BALLAY. V. *pag* 206.

NICOLAS. V. *pag.* 207.

J. FR. AKERMANN *de morbo & ſectione fulmine nuper aduſti.* KIEL 1771. 4. etiam Germanice. Fulguratus poſt aliquot dies exſtinctus, retento lotio. Acceſſerat gangræna vulnerum, & veſicæ potiſſimum, etiam inteſtinorum. HALLER.

MATTH. FRANC. ALIX. V. *pag.* 218.

RENAUD. V. *pag.* 248.

JONAS RESSIG, Sileſio-Sabſchitzenſis. Ejus diſſ. inaug. *de igne & effectu in corpus humanum.* WIEN 1777. 4.

AMPUTATIO ARTUUM.

HIPPOCRATES in L. *de medici officina pag.* 33. 34. *Tom.* XII. quædam habet, quæ in exſtirpationibus faciendis ſummi ſunt uſus. Dicit enim inter alia, inſtrumenta ſic debere diſponi, ut operantem non impediant, commodeque accipere poſſit illa, dum operationem perficit; vel ſi alius operanti illa tradet, is paulo ante exercitatus ſit, ut imperata faciat. Deinde addit illos, qui ægro aſſiſtunt, partem, in qua operatio inſtituetur, debere exhibere operanti, prout requiritur; reliquum vero ejus corpus immobile retinere. Ultimum monet, quod ſilentes auſcultare debeant, ut operantis juſſa audire, & audita prompte exſequi poſſint. SWIETEN. V. *pag.* 286.

A. C. CELSUS in L. VII. cap. 33. agit de amputatione artuum: debere in vivo ſecari. Sæpe tamen ægrum ex hæmorrhagia perire. V. *pag* 287.

ARCHIGENES, Apameus, diſcipulus AGATHINI, vir celeberrimus, ut a JUVENALE citetur tanquam magni medici exemplum, & a GALENO non vulgaris (a) medicus vocetur. Ejus libellus de partibus amputandis (b). Vaſa jubet laqueo conſtringere, quæ eunt ad partem amputandam, nervos per ambitum reducere, membranulas abradere. Reperitur etiam in B. R. P. n. 2247. HALLER.

HELIODORUS ipſe manu curavit, & varia ad incidendum inſtrumenta adhibuit, egit de externis membris abſcindendis (c); vinculum ſupra locum ſectionis injicit, & prius carnes diſſecat, quam ſerram adhibeat.

In

(a) *Compoſ. ſec. loc.* L. II. *de dieb. decret.* (b) GALEN. compoſ. ſec. L. I. (c) In NICETÆ collect. pag. 156.

In Nicetæ *collectione* etiam bis in Bibl. R. P. reperitur, & additur, alterum codicem in Medicea fuiſſe, alterum in Bibl. Fontebleandenſi n. 2247. in Heliodori de amputatione, fracturis &c.

Leonides, Alexandrinus, Epiſyntheticus. Ejus quæ ſuperſunt, ea fere apud Ætium exſtant. Ut artus amputaverit vitiatis magnis vaſis nervisque (d). Haller.

Paulus in L. VI. agit de amputando ſuperfluo digito. De amputatione artuum. V. *pag.* 293.

Haly Abbas in *practicæ* L. IX. cap. 65. de extremitatum corruptarum amputatione. Waltherus.

Albucasis in L. II. artum amputare jubet, quoties gangræna progreſſus fecit, & vidit feliciter ceſſiſſe. V. *pag.* 267.

Meister Hans v. Gersdorf in amputatione jubet cutem reducere, tum arcte ligare, denique reducere ſuper truncum, hunc ambire vinculo, veſicam ſuperponere: ita ſe absque ſutura ſæpe feliciter artus amputaſſe. V. *pag.* 5.

Johannes de Vigo in *practicæ* L. I. in amputandis artubus gangrænoſis per mortuam carnem inſtrumenta adigebat. V. *pag.* 270.

J. Philippus ab Ingrassia in *iatropologia* &c. ait non poſſe certos dies definiri, in quibus ob ſphacelum artus præcidatur: non debere amputari in articulo. V. *pag.* 6.

Ambrosius Paræus in *maniere de traiter les playes* &c. agit de amputatione. Cauteriis utitur. Crus proxime ſub genu melius amputari, ob commodiorem, qui obtinetur, truncum. Supra locum amputationis vinculum, injicit. Exemplum amputationis in articulo cubiti, cui convulſio ſupervenerat: hic adfirmat ſaucium hominem cauteria etiam cum voluptate admiſiſſe. In articulo cubiti brachium ſphacelatum amputavit. Haller. V. *vuln.*

Idem in L. XI. *collectionis operum* latinæ cauteria in amputatione adhiberi ſolita rejicit. V. *pag.* 301.

Bartholomæus Maggius in L. *de vulnerum bombardarum* &c. quædam de amputatione habet: ſi ab arteriæ vulnere gangræna nata fuerit, artum continuo amputandum eſſe, in limite carnis vivæ & mortuæ, ferri acie, non igne; ſi tamen os infectum fuerit, in parte ſana tunc amputandum. Venetos retractam cutem ſuper truncatam manum conſuere: aliqua curationis elementa, quæ fit carnis parte ſuper truncum adducta. V. *vuln.*

Johannes Langius, Leopergenſis Sileſius, vir eruditus, qui etiam manu curabat. Ejus *epiſtolarum* prima editio prodiit Basil. 1554. 4. qua primus liber continetur; deinde 1589. 8. quartus: inde omnes Hanau 1605. 8. & alibi. In L. I. narrat, cum chirurgus oleo fervente vulnus irrigaret, ſe ægrum fato eripuiſſe inſtituta artus amputatione. Haller.

Fran-

(d) L. VI. c. 84.

Franciscus Valeriola in *locis medic.* Inter *quæſtiones* aliqua de curatione amputatorum. V. *pag* 273.

Petrus Franco in *traité des hernies* &c. etiam de membrorum amputatione. V. *hern.*

Felix Wurtz in *practica der Wundarzney* &c. Non amputanda, ne contuſa quidem, ante Bilguerum monuit. Haller. V. *pag.* 8.

Leonardus Botallus in L. *de curandis vuln.* &c. artus gravius confractos continuo amputari jubet. V. *vuln.*

Josephus du Chesne in ſuo *ſclopetario* &c. non debere in amputando feſtinari. V. *vuln.*

Jacques Guillemeau in *Chirurgie Françoiſe* &c. artus in articulatione amputare diſuadet, cum ejusmodi vulnus non fideliter conſerveat. In amputando cutem ſuper ſedem inciſionis vinculo adſtringit, deinde ſuper tumentem artum adducit: arteriam cum aliqua carne acu comprehendit. Haller. V. *pag.* 11.

Hieronymus Fabricius in *prælectionibus* &c. ſibi tribuit & Vigoni conſilium artus in mortua parte amputandi. Haller.

In *operum chir.* L. I. cap. 19. agit de amputatione membrorum. Waltherus. V. *pag.* 302.

Guilielmus Fabricius vulgo Hildanus in L. *de gangræna* &c. contra amputationis rudes modos, eo enim ſeculo ſecuri utebantur. Contra amputationem in carne mortua primus, ut putat celeberrimus Haller, dixit, cum interna a cauſa, ut ab oſſe corrupto ſæpe multo altius adſcendat, quam ex cutis vitio expectes. Sanguinem cauterio cultellari comprimebat. Feliciter carpum in articulatione detruncari vidit. Vidit ſerram ab agitatione implicitam. Carnem ſurſum trahit & laqueo firmat. Initium ſecandi facit ab oſſe majori, ut a tibia. Arteriam mavult forcipe apprehendere, & acus circa arteriam decuſſatas improbat. Labia vulneris ſutura ſicca adducit. De doloribus ab amputatione natis. De funeſto eventu moliminum ad movendum artum.

Idem porro in *centuria* III. recenſet exempla dolorum poſt amputationem reliquorum. In *cent.* IV. in gangræna a cauſa interna amputatio fruſtra inſtituta. Artus cauterio cultellari abſectus.

Idem in *kurzer Beſchreibung der Fürtreflichkeit der Anatomie* &c. adfirmat non poſſe chirurgum in femoris amputatione cauterio carere.

Idem in voluminibus ineditis narrat funeſtam fuiſſe in mortua parte amputationem a peritiſſimo viro Johanne Griffon adminiſtratam. Haller. V. *pag.* 274.

Thomas Fienus *de præcipuis artis* &c. in L. IX. tract. II. agit de amputatione membrorum: pro amputatione in parte viva. Waltherus. V. *cauter.*

Johannes Jessenius in *inſtit. chirurgicarum* ſect. 3. cap. 21. de membrorum amputatione. Waltherus. V. *pag.* 16.

Franciscus Plazzonus in L. *de vulneribus* &c. ſi ſphacelus urſerit, amputat in limite partis ſanæ & mortuæ. V. *vuln.*

Petrus Matthæus Rossius. Ejus *conſultationes & obſervationes ſelectæ pro morbis ad facultatem chirurgicam & phyſicam ſpectantibus* Francof. 1608. 8. & cum Petri Bonelli aliorumque *obſervationibus.* Ibid. 1616. 8. Libellus datus Florentiæ 1602. & a Victorio filio dedicatus Ibid. 1607. Obſervationes ſunt tredecim cum fuſa enarratione. Conſultationes etiam chirurgicæ ſunt, minoris tamen momenti. Chirurgiam ipſe exercuit expertus vir & fortunatus. In mortua tamen carne artus amputat. Haller.

Petrus Pigraus in *epitome præceptorum* &c. vaſa in amputatione difficulter fere & cum plurimo dolore apprehendi, quare præſtare fere cauterio uti. In vivo amputat. Arteriam ſi poteſt ligat, ſin minus, igne utitur. Haller. V. *pag.* 17.

Tobias Tandler de cohibenda partis in ſphacelo amputandæ hæmorrhagia. V. *hirud.*

Daniel Sennertus in *Medicinæ practicæ* L. V. part. 2. cap. 19. docet ubi abſciſſio membri corrupti ſit facienda. Waltherus. V. *pag.* 17.

Gregorius Horst in *obſervationum med.* L. IX. *de caſ. chir.* obſ. 20. agit de abſciſſione membrorum. Waltherus. V. 276.

Felix Platerus, illuſtris medicus Baſilienſis, quo docente ea Academia floruit, clinicus, ſed etiam in Anatome inque re herbaria minime peregrinus, venerabilis ſenex. Ejus *obſervationum in hominis adfectibus pleriſque libri* III. Basil. 1614. 8. in quibus etiam mutilationes varii generis recenſet.

In ejus *praxi medica* Basil. 1602. 8. 1608. 8. 3. vol. 1625. 4. 1656. 4. 1666. 4., quæ eadem eſt editio anno 1736. 4. 3. vol. excuſa, iidem tituli malorum chirurgicorum occurrunt, qui in *obſervationibus*, adque eos mala chirurgica cum ſua curatione etiam chirurgica. Haller.

Henricus Petræus in tract. 10. cap. 18. de abſciſſione membrorum. Waltherus. V. *pag.* 18.

M. Aurelius Severinus in *efficacis med.* L. I. part. 2. cap. 102. &c. de membrorum abſciſſione & exciſione: in amputatione cutem omnino ſurſum retrahendam, deinde, ne hæmorrhagia fiat, conſuendam. Waltherus. V. *adminſt.*.

Johannes v. Horne. In ejus μικροτεχνη mireris rudem illam artuum detruncationem, quæ fit cultro plumbo onerato in alterum cultrum delapſo. Ita Haller. V. *pag.* 23.

Ysbrand

Ysbrand de Diemerbroeck in *centum obſerv.* utrumque crus amputatum. V. *pag.* 24.

Wolfgangus Hoeferus in L. IV. cap. 2. agit de abſciſſione membrorum. Waltherus. V. *pag.* 317.

Georg. Hieronymus Welsch in *obſervationum propriarum* &c. in ipſa amputatione, eſſe qui Parisiis perierint, cum chirurgus igne uteretur. Haller. V. *pag.* 30.

Johannes Muraltus in *Eph. N. C. Dec.* II. *obſ.* 127. amputata tibia, tamen ab ulceribus mors. V. *pag.* 30.

Bernardinus Genga in *Anatomia chirurgica* &c. in ſphacelo a cauſa externa nato poſſe in mortua carne amputari, non ita, ſi cauſa interna fuerit. V. *off. morb.*

Cornelius Solingen in *manual operation* &c. amputationem in articulo genu non ſuccedere, ſed in halluce utique: ad minora oſſa amputanda cuneum commendat. Contra cauterium cultellare. In artuum amputatione ſanguinem vitrioli fragmento comprimit, experimento facto in vivis animalibus. V. *pag.* 304.

Samuel Ledel. V. *pag.* 43.

Jacobus Young, chirurgus. Ejus *currus triumphalis e terebintho, or an account of the admirable virtues of oleum terebinthinæ by its application to recent wounds, hæmorrhagies of the venes and arteries, with a new way of amputation and ſpeedie method of curing ſtumps in two letters.* London 1679. 8. Belgice vertente Koenerdingio cum titulo *van het heet en coud verus.* Amsterdam 1698. 8. A Spencero & Sprage medicis didicit vim, qua oleum terebinthinæ calidum vulnera arteriarum, etiam majorum, ſuperfuſum ſanat. Experimentis ſuas olei terebinthinæ laudes confirmat, etiam poſt amputationem ſub genu factam. Turcas artum amputatum in fuſam picem mergere. In claſſe regia mercurialibus medicamentis adhibitis, omnes ægros interiiſſe; ſatis tamen probat vulgare *tourniquet.* In ſecunda epiſtola primum reperias commendatam amputationem cruris, cum reſervata ſura, qua truncum operias, auctore C. Lowdham chirurgo Oxonenſi. Haller.

J. Paul. Wurfbain. V. *pag.* 51.

Vitus Riedlinus in *lineis medicis. Ann.* 2. *Jun. obſ.* 16. ex amputatione pedis dolor haud ita magnus. *Ann.* 4. Nov. *obſ.* 24. amputationem pedis ſubſequens, in quadam nimia, in quadam nulla fere hæmorrhagia. *Ann.* 5. Sept. *obſ.* 19. amputatam manum raucedo ſubſequens. Ita Alberti. V. *pag.* 56.

Petrus Dionis in *cours d'operations* &c. nodulo vitrioli ad comprimendum in artuum amputatione ſanguinem Pariſinos vulgo uti, ſed præ-

ſtare vinculum arteriæ injicere: Rabelii aqua non ſuffecit in femoris amputatione. Non amputandi digiti, ſi vel de filo hæſerint. V. *adminiſt.*

Christian Schuchmann. V. *pag.* 60.

Filipo Masiero in *il chirurgo in pratica* &c. ſe in amputatione igne abſtinuiſſe. V. *pag.* 62.

Fridericus Ruysch in *epiſtola* XIV. agit *de nova artuum decurtandorum methodo.* Amsterdam 1701. 4. Auctor pro reſervatione ſegminis carnei dicit, & exemplum narrat ex ea lege a P. Verduyn amputatæ manus, ob varia tubercula ex ſpina ventoſa deformis. V. *pag.* 63.

Guilielmus Cowper in *Anatomy* &c. in amputatione brachii arteriam poſſe digito comprimi: arteriam cæterum forcipe adreptam jubet vinciri, neque moratur, num nervus una ſit interceptus. V. *pag.* 67.

Petrus Verduyn, Adriani filius, chirurgus Amſtelodamenſis. Ejus diſſ. *epiſtolica de nova artuum decurtandorum ratione.* Amsterdam 1697. 8. Belgice *verhandeling van een nieuwe manier om leedemaaten afteſetten.* Gallice etiam a. 1697. vertente Josepho Vergnol chirurgo, qui ipſe operationem erat paſſus. Titulus eſt: *nouvelle methode pour amputer les membres.* Germanice ibid. eodem anno. Ita nempe in pede amputationem debere inſtitui, ut de ſura tantum reſervetur carnis, quantum ad operiendum truncum ſufficiat, ita os obtegi, lentam exfoliationem averti, ſanguinem compeſci, meliorem eſſe artus reliqui uſum, cum ad eam carnem pes artificialis multo firmius poſſit adaptari. Inſtrumenta & encheireſes ſollicite exponit, inter illa ſuſtentaculum. Valde laudat Georgius la Faye accuratam adminiſtrationis deſcriptionem, cui nuperi vix quidquam addiderint. In editione Petri Massuet (qui plurima adjecit additamenta) acceſſit Guilielmi van Vlooten ad Verduynum *epiſtola*, qui feliciter ad Verduyni modum artum amputaverat. Carpit tamen, quod lorum non ſatis arcte ſtrinxerit. Reſpondet in alia Verduynus. Ita Haller.

Eberhard Barnstorf. Ejus diſp. *de amputatione membrorum ſphacelatorum.* Leid. 1696. 4.

Fridericus Hofmann, Profeſſor Hallenſis, celebris medicus, & clinicus, infinitas edidit diſſertationes, quæ vel ipſius ſunt, vel a diſcipulis eo præſide defenſæ. Prima fuit *de amputatione membrorum ſphacelatorum, eorumque ſecura medela.* Hall. 1696. 4. Haller.

Saint Christau *in Chirurgie pratique* &c. agit de amputatione brachii. V. *pag.* 70.

Adrian Koenerding, chirurgus Amſtelodamenſis. Ejus *van het heet en coud vuur, en van het afzetten of kuyt en ſchereebeen.* Amsterdam 1698. 8. 1705. 8. Princeps auctoris ſcopus videtur contra Verduynum dicere: ejus ad modum aliquoties ſe artum amputaſſe, verum nimium inferre dolorem, tarde ſanari; arterias, ut in ipſo corpore reperit, varicoſas fieri,

fieri, nihil veri commodi ægro ab eo commento accidere. Accedit YOUNGII, quam diximus, epiſtola. HALLER.

J. ERNEST. SCHAPER & CAROLI FRID. BELOW, auctoris diſp. *de digitis manus dextræ in quadam fœmina per conquaſſationem nodoſitate, ſpina ventoſa, & atheromate monſtroſis.* ROSTOCK 1698. 4. cum hiſtoria imperfectæ amputationis.

Ejus SCHAPERI *medicinæ curioſæ ſpecimen de proverbio: Hände und Füſſe wachſen nicht wieder wie die Krebsſcheren.* Ibid. 1712. 4. HALLER.

MAURITIUS V. REVERHORST. Ejus *epiſt. XVI. ad* F. RUYSCH *de nova artuum decurtandorum methodo.* AMSTERDAM. 1701. 4.

JOHN MOYLE in *chirurgo marino* &c. aquam ſtypticam CAROLI II. ſatis probat, niſi quod ad amputatos artus non ſufficiat: vaſa negat ligari debere. V. *pag.* 75.

J. LUDOV. PETIT in poſthumo opere Tom. III. de amputatione artuum agit. Duplicem ſectionem ſibi tribuit. V. *pag.* 76.

HERMANNUS BOERHAAVE in *aphoriſmis de cognoſcendis & curandis morbis*, ubi de ſphacelo agitur, etiam continentur, quæ ad amputationem pertinent. V. *pag.* 79.

THOMAS BECKET in *chirurgical obſervat.* &c. brachium, ut vocat cancroſum feliciter amputatum. V. *pag.* 81.

CHRIST. HENR. ERNDL. V. *pag.* 82.

SIMON PAUL. HILSCHER diſp. *de artuum amputatione rite adminiſtranda.* JEN. 1718. 4. V. *fract.*

JOH. V. HAGEN diſp. *de nova artuum decurtandorum methodo.* LEID. 1711. 4. Eadem hiſtoria, quam in *epiſt.* XIV. RUYSCHIUS habet. HALLER.

JOHANNES SALZMANNUS. Ejus diſp. *de novo artus amputandi modo.* ARGENT. 1722. 4. Agit de VERDUYNIANÆ adminiſtrationis commodis ac incommodis. HALLER. V. *pag.* 87.

CONRAD LUDWIG WALTHER in *mediciniſch-chirurg.* &c. manu amputata ſanguis veſica ſuilla compreſſus. V. *pag.* 87.

MARTIN GOTTHELF LOESCHER. V. *pag.* 88.

J. DANIEL GOHL in *Act. Erud. Berolin. Decade* II. *vol.* 8. amputatio brachii ſenſus ac non amputati. ALBERTI.

RENATUS JAC. CRESC. GARENGEOT in *Mem. de l'Acad. de Chir.* T. II. a. 1743. agit de amputatione, in qua carnis ſegmentum reſervatur, ejusque ſimpliciori & faciliori adminiſtratione. V. *pag.* 306.

LUDOV. LAMORIER. Ejus diſſ. *de doloribus artuum imaginariis poſt amputationes reliquis* eſt in *Mem. de l'Acad. des ſci. de Montpel.* a. 1737.

4. Tribuit eos coaleſcentibus cum arteria nervis, quos impetus ſanguinis irritet. HALLER. V. *aneuryſ.*

SALVATOR FRANCISCUS MORAND pro amputatione femoris in ipſo acetabulo tres commentarios. Evulſos artus ſanguinem nullum fundere, neque poſſe quatuor equis hominem diſtrahi. Poſſe arteriam cruralem proxime inguen abſcidi, eventu non funeſto. Plethoram poſſe vitari. Nobilem virum, cui primo LE DRANIUS humerum in articulo abſciderat, interiiſſe, ex plethora, ut putatum ſit. Plura exempla femoris de acetabulo in vivis animalibus exciſi. VOLHER (putat celeberrimus HALLER WOHLERI primarii chirurgi Dani) de eadem re diſſ. Nervos non debere ligari. PUTHOD de eadem amputatione, uberius. Sanguinem potiſſimum compeſcit injecto vinculo. Nervum pariter vetat ligare. Aliqua de arteriis, quas ligare oporteat, non nominatis, & vix deſcriptis. Adminiſtratio fuſe. In theoria negat arterias a pure erodi. Denique MORANDI in BILGUERI adverſus frequentes amputationes monita aſpera diſſertatio. Non adeo frequenter Gallos artus hominum amputare: in una pugna inter noningentos ſaucios non plus undecim, ſæpe etiam ſervari, quibus artus amputati fuerint. Nimis pretioſis medicamentis BILGUERUM uti, & farragine Germanica. Primum patrem ſuum humerum de articulo excidiſſe, ſub finem ſeculi prioris. HALLER. V. *pag.* 95.

J. ERNESTUS WREDE. V. *pag.* 96.

In *Breslauer Sammlung Verſ.* XXI. V. *pag.* 100.

PETRUS DERANTE, chirurgus, in *Phil. Tranſ.* n. 380. refert de ſcapula, oſſe humeri, & parte claviculæ, ob profundam corruptionem reſectis, eventu tamen felici. HALLER.

MICH. PEAGET & J. B. DU BOIS *non E. vulnerata crurali arteria ab amputatione auſpicandum.* PARIS 1726. 4.

HENRICUS FRANCISCUS LE DRAN in *obſervations de Chirurgie* &c. Amputatio oſſis carioſi metatarſi, ſerra facta. De amputatione in gangræna a cauſa interna: non admittitur. Amputationes aliquæ infelices. Amputatio humeri ex ſchedis paternis; Le DRAN ſenior acu ſecundum os trajecta arteriam ligavit, tunc cutem & deltoidem muſculum ad articulum usque diviſit, os ex acetabulo expulit, carnis ſegmine reſervato ægrum curavit. Felix brachii ob cariem amputatio, & femoris ob cariem genu ejusque ſcrofulas, obque ſpinam ventoſam, hæc minus felix, denique ob fracturam complicatam. V. *pag.* 103.

Idem Le DRAN in *traité des operations* &c. amputationem in brachii articulatione deſcribit, patris ſui inventum. In amputatione duorum carnis reſervatorum ſegminum duplex inventum, RAVATONI & VERMALII. Digitum ſerrula amputat, neque in articulatione. HALLER. V. *pag.* 308.

ABRA-

ABRAHAM TITSINGH in *de verdonkerde Heelkonſt* &c. Gallos amputationibus nimis indulgere. Tibiæ de articulo decedentis exemplum. V. *pag.* 106.

ALEXANDER MONRO. V. *pag.* 110.

J. DANIEL SCHLICHTING in *traumatologia* &c. poſt amputationem veſicam trunco adaptat. V. *vuln.*

JOH. ATKINS. V. *pag.* 111.

THOM. RENAT. GAGNIER, & LUD. FLOR. BELLOT *ergo in artuum exciſione tutius a ligatura, quam ab alia compreſſionis ſpecie ſiſtitur ſanguis.* PARIS 1735. 4.

ELIAS FRID. HEISTER. Ejus diſp. *de nova brachium amputandi ratione.* HELMSTADT 1739. 4. recuſa eſt etiam in HALLERI *ſelectis.* Brachium ambuſtum erat, neque poterat vulgaris amputatio locum habere, quare noſter arteriam acu intercepit, ſub eo vinculo carnes ſcalpello diſſecuit, denique os ſerra amputavit. In aliis arteriarum brachii & pedis vulneribus eamdem amputationem locum putat habituram, inque aneuryſmatibus. Nervos majores abſque periculo ligari. Reperitur hæc curatio etiam in *E. N. C. Vol. V. obſ.* 138. Ita HALLER. V. *ocul. morb.*

SAMUEL SCHAARSCHMIDT in Tom. II. exemplum hominis, qui ſibi ipſi crus, & felici eventu amputavit. In T. III. pes gangrænoſus diu circumgeſtatus, demum feliciter amputatus: de artubus ſphacelatis ſponte decedentibus. In T. V. a nervo in amputatione ligato magna ſymptomata, & mors ipſa. Amputari artus, nullo arteriæ vinculo injecto, nihilo infelicius. HALLER. V. *pag.* 115.

GEORGE DE LA FAYE in *cours d'operations* &c. duabus inciſionibus in amputatione debere cutem incidi.

Idem in *Mem. de l'Acad. de Chir.* T. II. agit de amputatione in qua carnis ſegmenta reſervantur. Commoda ejus adminiſtrationis, diverſa artificia, etiam VERMALII & HUGONIS RAVATON, atque inſtrumenta. De LE DRANII amputatione humeri ipſa in articulatione conſilia dat. V. *pag.* 308.

ELIAS COL DE VILLARS *ergo in reſecandis artubus carnis ſegmina reſervare ſatius.* PARIS 1744. 4. & cum nomine JULIANI BUSSON recuſa eſt ibid. 1764. 4. Methodum VERDUYNII laudat. V. *pag.* 116.

SAMUEL SHARP in *treatiſe on the operations* &c. ob gangrænam artum non debere amputari, niſi convaleſcentia aliquos jam progreſſus fecerit.

Idem etiam in *critical inquiry* &c. de amputatione agit. Iterum non debere ob gangrænam artum amputari, niſi ea jam compreſſa ſit. Arterias ligat. Cutem trunci duabus acubus perforat, & ſuper truncum adducit. Bacillo funem intorquente mavult uti. Non metuit nervo injectum

vin-

vinculum: contra carnis ſegmenta reſervata. Compreſſionem univerſi artus periculoſam eſſe. V. *pag.* 309.

JACQUES BAGIEU fuſe de amputatione. V. *pag.* 119.

GUILIELMUS BROMFIELD. V. *pag.* 121.

GERARDUS v. SWIETEN in Tom. I. ubi agit de ſphacelo. V. *pag.* 123.

J. FRID. TSCHEP *caſus de amputatione femoris non cruenta.* HALL. 1742. 4. quæ diſputatio recuſa eſt in HALLERI *ſelectis.* Cum femur amputaretur ob gangrænam, arteriam cruralem exſanguem nullum dediſſe ſanguinem, ægrotum tamen ex femoris carie periiſſe. Cauſa hujus exſanguis vulneris poſita fuiſſe videtur in arteria conſtricta & ſanguineis grumis farcta. HALLER.

ANT. NIC. GUENAULT & URBANI VADENESSE *non E. vulnerata arteria crurali ab amputatione auſpicandum.* PARIS 1742. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis.* In vulneribus etiam gravibus arteriæ cruralis poſſe vinculum tentari arteriæ injectum, & ab anaſtomoſibus circa genu ſuppetias expectari, quæ artum alant. HALLER.

J. CAROL. VOIGT *de iis, quæ in membrorum amputatione obſervanda ſunt.* GIESS. 1761. 4. V. *obſt. art.*

JOACHIM. FRID. HENKEL in T. VI. fuſe de amputatione per ſingulos artus. Muſculos & cutem loro coriaceo reducit. Non probat duplicem inciſionem: opium propinat. Amputationem humeri ex articulo exciſi non ſucceſſiſſe. V. *pag.* 309.

OLAUS ACRELL in diſſ. *om nödwändigheten* &c. acum bioculam a RAVATONIO ad ligandas arterias commendatam, minime neceſſariam videri: nervum melius omitti. Spongiam agarico BROSSARDI præfert. Ad ſanguinem compeſcendum ſimplicius prelum. Non poſſe ſemper amputationem artus evitari, non certe ſi magna caries, profunda gangræna, vulnus arteriæ inacceſſæ adfuerit. Amputationem inſtituit duobus carnis ſegminibus reſervatis. HALLER. V. *pag.* 310.

GEORG. AUGUST. LANGGUTH *de perioſteo propter amputationem prudenter circumcidendo.* WITTEBERG. 1745. 4. V. *fract.*

ANTONIUS LOUIS. Ejus *lettre à* M. BAGET *ſur les amputations.* PARIS 1757. 12. Amputationis modum defendit, in quo carnis ſegmen reſervatur, ſutura oſſis denudationem mavult occupare, neque emplaſtris fidit. V. *pag.* 133.

ANGELUS NANNONI in *diſcorſo chirurgico.* V. *pag.* 135.

JACOB VAN DER HAAR in *korte verhandeling* &c. tuetur præcocem abſque mora amputationem, moramque injectam funeſtam fuiſſe objicit. V. *vulner.*

Idem in *Verhandel. van de Holl. maatſchappy* T. XII. agit de artubus gangrænoſis non amputandis, ſed naturæ committendis, quod feliciſſimo

mo eventu factum ſit, ut arti nihil ſuperfuerit, niſi tendines diſſecare, & artum ex articulo extorquere. HALLER.

HENR. FRIDER. DELIUS in *Fränkiſche Sammlungen* T. IV. poſt amputationem tetanum & gangrænam funeſto eventu ſuperveniſſe. V. *pag.* 137.

PETRI LALOUETTE & CAR. FRANC. THEROUL de TOULOUSE DE VALLUN *E. femur in cavitate. condylodea aliquando amputandum.* PARIS 1748. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis.* Caput femoris carie eroſum noſter vidit, & una acetabulum, alterumque etiam ſimilem caſum, in quo vulgatis auxiliis æger non potuerit ſervari. Suadet adeo femur de acetabulo excidere, uti ſocer viri H. F. le DRAN humerum de cotylo ſcapulæ ejecit. Experimento facto hæmorrhagiam negat magnam ſequi, & poſſe arterias iliacas comprimi. Ita HALLER.

DES PORTS in *traité des playes* &c. de vulnere in articulo genu accurate agit, ut caſum diſtinguat, in quo ſit amputandum, quam curationem vitat, quantum ejus fieri poteſt. Amputationem fruſtra fieri, quando cacochymia dominatur. Vulnus articuli tibiæ cum talo amputationem exigere; ſic oſſa tarſi fracta. HALLER. V. *vuln.*

HONORATUS PETIOT. V. *pag.* 140.

HUGO RAVATON in *traité des playes* &c. in amputatione duo carnium ſegmenta reſervanda eſſe. Duas congruentes acus ad ligandas arterias habet.

Idem porro in *Chirurgie d'armée* &c. ſe excidiſſe humerum ex articulatione, ſaucium ſervare non potuiſſe. Non debere artum amputari, dum gravia ſymptomata ſæviunt. Ut poſſit femur de acetabulo excidi, ex theoria quidem. Cum capſula articuli genu parvo vulnere aperta fuiſſet, neceſſe fuit artum amputare. Etſi illubenter amputat, vulnera tamen ſclopetaria, quæ de pede aliquid aut lacerarunt, aut evulſerunt, putat amputationem poſcere. Pedem continuo ſupra articulationem amputat, duobus carnis ſegmentis reſervatis, & apta cura adhibita.

Idem in *Journal de Medecine* T. VI. Febr. amputationem in malis propriis pedis melius circa malleolos ſuſcipi: pedem facilius adaptari, melius regi, minus periculi in curatione eſſe, quod fere ſit in ratione ſuperficiei detruncati artus. Ocream novam ad ejusmodi mala invenit. Ita HALLER. V. *vuln.*

SYLVESTER O HALLORAN in *Med. Muſ.* T. III. novam rationem docet, qua reſectum ſegmen ad operiendum truncum artus amputati melius adaptetur. V. *ocul. morb.*

RAYMOND DE VERMALE. Ejus *obſervations de Chirurgie pratique precedées d'un nouvelle methode d'amputer.* LONDRES, ut titulus fert, absque anno 4. circa a. 1763. De modo, quo poſt amputatum artum trun-

cus duobus reſervatis carneis ſegmentis tegitur, fuſe agit, ut de re nova. In AFRICA poſt amputatam manum utiliter brachium truncatum in ferventem picem demergi. In editione altera MANHEIM 1767. 8. epiſtolæ ſunt aliquot, etiam HOFMANNI, cum teſtimoniis de felici amputatione, quæ facta ſit duobus ſegminibus carneis reſervatis. HEISTERI junioris diſſertatio de nova methodo amputandi brachii. HALLER. V. *ocul. morb.*

CLAUD. ANT. RENARD *E. ad ſiſtendam membrorum reſciſſioni ſupervenientem hæmorrhagiam datur artificium tutius vaſorum ligatura.* PARIS 1652. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis.* Auctor eſt URBANUS VANDENESSE. Ita HALLER.

DELAISSE in *traité des playes* &c. defendit amputationes, potiſſimum in caſtris, ubi ſæpe non ſit difficili curationi locus, qua ſola ea adminiſtratio vitari poſſit. V. *vuln.*

TOUSSAINT BORDENAVE, Profeſſor Chirurgiæ, in *Mem. de Chir.* T. II. amputandum eſſe in caſtris ob difficilem tranſvectionem ægrorum. HALLER.

VEYRET in *Mem. de Chir.* T. II. de oſſe ex trunco amputati artus eminente, iterato ſerra reſecando.

PETRUS JOSEPHUS BOUCHER, medicus civitatis LILLE, ibid. dicit contra amputationem artuum nimis apud ſuos frequentem. Multa exempla hominum ad amputationem damnatorum, & tamen aliis auxiliis mitioribus ſanatorum, dum ſpirituoſis medicamentis abſtineatur. Contra chirurgum FAVRE, qui integro menſe poſt acceptum vulnus, demum artus volebat amputare; docet magnum ex hac expectatione periculum imminere, & feliciter in ipſo pugnæ loco artus fuiſſe amputatos. HALLER.

THOMAS KIRKLAND in *obſervations upon Potts* &c. raro amputandum eſſe; neque continuo quoties fractura adeſt complicata. Sæpe ruſticos chirurgos abſque amputatione maxima mala ſanaſſe.

Idem in *appendix to the obſervations* &c. nunquam ob fracturam complicatam ſe artum amputaſſe, neque tamen ullum ægrum ex eo malo amiſiſſe. V. *fract.*

Idem in *obſſ. and inquiry by a ſoc. of phyſicians* T. V. LOND. 1762. 8. Spongiam trunco amputati artus imponit, & reſorbitionem maligni humoris impedit. HALLER.

FRID. HERMANN LUD. MUZELL. V. *pag.* 146.

BENJAMIN GOOCH. V. *pag.* 14[illegible].

HENRY PARKER. V. *hæmorrhag.*

DU VERGET in *Anfangsgründe* &c. non continuo amputandum, humerum enim convaluiſſe, qui totus diſſectus fuerat. Quibus ex ſignis diſcamus, non poſſe amputationem effugi. Ex D. de la FAYE, ut poſſit femur ex acetabulo excidi, ſervato carnis ſegmine. V. *pag.* 151.

PIERRE

PIERRE MASSUET *de l'amputation à lambeau par* M. VERDUYN. PARIS 1756. 8. Multa noſter adjecit, inventa nuperorum varia: ad VERDUYNI opus notas, declarationes, epiſtolas VLOOTENII & VERDUYNI. In præfatione hanc adminiſtrationem contra HEISTERUM tuetur; de auxiliis agit, quibus ſanguis ſiſtatur: totius inventi hiſtoriam dat. VLOOTENIUS feliciter VERDUYNI adminiſtratione uſus aliqua carpit, ut lora non ſatis adſtricta. VERDUYNUS ſe tuetur. Ad miraculum usque velociter carnes oſſi adhæreſcere, & quod ſupereſt, adeo arctari, ut nihil neceſſe ſit reſecare. RUYSCHIUS ambulare vidit juvenem, cui VERDUYNUS crus reſecuerat. Fuſe de nupera perfectione adminiſtrationi addita per D. VERMELL & RAVATON, ſimplex tamen ſegmen VERDUYNI ſe præferre. LOUISII diſſertatio de modis compeſcendi ſanguinis & curandis, quibus artus amputati ſunt, tota hic redit, & de eminente oſſe. GARENGEOTUM inveniſſe modum, quo multa acu caro comprehenditur. Ita HALLER.

FAURE, chirurgus, diverſus a FABRE, meruit præmium Academiæ chirurgicæ a. 1756. Contra illam vulgo nimis receptam opinionem de neceſſitate amputandorum continuo artuum in vulneribus gravioribus. Exempla feliciter in hoſtibus, etiam quadrageſimo die, amputati artus; ut noſter tamen vigeſimo die non recuſet amputare. Non debere ad id auxilium deſcendi, quamdiu commotionis effecta ſuperſunt. Alia exempla ubi omnino, & bono ſucceſſu, artus ſunt conſervati.

Le CONTE perinde de amputatione. Quibus in malis ea nequeat differri: ob ſummum mortis nempe periculum, & in incurabilibus articulationum læſionibus. Differri vero debere ob commotionem, cacochymiam, initia gangrænæ. Differri poſſe in vulneribus ſclopetariis oſſium. HALLER.

TRECOURT in *memoires* &c. agit de amputatione in tibia facienda, loco quantum poteſt inferiori. V. *pag.* 156.

GEORGE NEALE in *ſome obſervations* &c. poſt amputationem tibiæ duos homines periiſſe, cum chirurgi agarico mederentur. V. *hæmorrhag.*

GERH. ANDR. MÜLLER *de emendata an ulterius emendanda membrorum amputandorum ratione.* GIESS. 1759. 4. V. *vuln.*

MOUBLET. V. *pag.* 165.

DIONYS. PAUTIER DE LA BREUILLE & F. L. T. DONGLELE. *Non E. frequens artus amputandi neceſſitas.* PARIS 1758. 4.

VILLIERS. V. *pag.* 168.

STEPHAN. PETRI le LAUMIER & FRANC. ANG. DELEURYE *de methodis amputandi brachium in articulo.* PARIS 1759. 4.

RUDOLPH AUGUSTIN VOGEL. Ejus & PETRI HENRICI DAHL, auctoris diſp. *de brachii amputatione in articulo.* GOTTING. 1760. 4. Invenit ipſe reſpondens prelum tortile, quo arteria axillaris ſub clavicula & ſupra thoracem comprimatur, ut non ſit neceſſe acum per carnes adigere. Liga-

mentum articulare curva forfice abſcindit. Cum arteria etiam venam ſubclaviam reſecat. Plumaceola ex cannabi, faſcias ex laneo panno *flanelle* parat. BROMFIELDI adminiſtrationem eo tempore nondum deſcriptam ipſe oculatus teſtis exponit. SHARPII adminiſtrationem ingenioſam eſſe. GEORGII la FAYE inter eas, quæ deſcripta habentur, optimam eſſe exiſtimat. HALLER. V. *pag.* 170.

CLAUD. POUTEAU. V. *pag.* 170.

J. CHRISTIAN BRUNS. V. *pag.* 171.

CAROLUS WHITE in *Med. Obſ. and inquiries* Tom. IV. oſtendit crus melius inferiori loco & ad malleolos amputari.

Idem in *Phil. Tranſ. Vol.* LIX. oſſis humeri caput ſerra reſectum, pars exfoliata, motus artus reſtitutus. V. *pag.* 171.

J. ULRICI BILGUER, Rhæti, chirurgi Caſtrenſis primarii diſputatio inauguralis *de membrorum amputatione rariſſime adminiſtranda, aut quaſi abroganda.* HALL. 1761. 4. Gallice verſa ab Ill. TISSOTO, qui & notas addidit PARIS 1764. 12. Anglice 1764. 8. Germanice cum adjectis novis obſervationibus BERLIN 1761. 8. LIPS. 1767. 8. FRANCF. 1767. 8. Belgice ad editionem Ill. TISSOTI, NIMEGEN 1770. 8. Cum in caſtris ſtipendia mereretur, vidit BILGUERUS in exercitu Boruſſico plurimos homines cum integris artubus vitam conſervaſſe, etſi eadem patiebantur ſymptomata, ob quæ vulgo artus exſtirpari ſolent. In gangræna profundis inciſionibus malum deoperit, ſiderata reſecat, pulvere ſalino & aromatico carnes mundatas adſpergit: utitur autem potiſſimum ſale ammoniaco, aceto, ſapone, oleo terebinthinæ, aqua calcis, myrrha, camphora, ferro. Deinde corticem peruvianum propinat, & acidum mineralem liquorem. Quando pus nunc adparet, digeſtiva unguenta illinit. Ad oſſa exfolianda ſua etiam dat conſilia. Glandes plumbeas in oſſibus impactas terebra adhibita expedit. His conſiliis in prælio Targavienſi ex 6622. ſauciatis 5557. integre ſervavit, 408. ita morti eripuit, ut inter invalidos eſſent: perierunt potiſſimum, quibus femur erat vulneratum. Neque ob contuſiones, neque ob ablatas & contritas partes, neque ob oſſium fiſſuras de conſervando artu oportet deſperare, neque ob ſanguinem effuſum, neque ob oſſa eliſa, neque ob arteriam vulneratam eſt amputandum. De carie monet, neque oleo caryophyllorum, neque acido minerali utendum eſſe, ſed neque amputandum. Ill. TISSOTUS blandiorem curationem probavit. HALLER. V. *pag.* 174.

LEBERECHT EHREGOTT SCHNEIDER in Tom. II. V. *pag.* 178.

THOM. ANTHROBUS. V. *pag.* 180.

P. SUE in *dictionnaire* &c. os ex trunco amputati artus eminens ſublimato hydrargyro cogit delabi. V. *pag.* 183.

ANTO-

Antonius Portal in *précis de Chir.* &c. T. I. non valde probat artuum amputationem, quæ fere funeſtum ſortiatur eventum, niſi humores ſint puriſſimi. V. *pag.* 186.

Bonnard. V. *pag.* 188.

Beaussier. V. *pag.* 188.

David Vasse & Henr. Raymond, auctoris *E. in ipſa imi pedis manusve junctura amputatio celebranda.* Paris 1766. 4. In Comite de S. Florentin manum in articulo reſectam fuiſſe. Cutem repelli debere, qua truncus contegatur. Haller.

David van Gesscher *Verhandeling over de beſtandbarheit en noodzakeligkheit der afzetting in verſcheide heelkondige gebreeken.* Amsterdam 1771. 8. Contra Bilguerum. Anglos in bello præterito amputatorum non ſupra viceſimum amiſiſſe. Dari omnino mala, quæ hanc crudelitatem requirant. Exempla amputationis felicis, aut infeliciter neglectæ. Exempla ubi ſerior amputatio nocuerit. V. *tumor.*

Car. Nic. Jenty *methodo de hacer la amputacion del muslo por ſu articulacion con el hueſſo inominado.* Madrit. 1767. 4.

Nic. Jeanroy & J. B. E. Dumangin *E. quamdiu ſerpit gangræna, etiam a cauſis externis, amputatio non tentanda.* Paris 1768. 4.

Germanus Pichaut de la Martiniere. V. *pag.* 202.

Valentin in *recherches critiques* &c. agit de modis quibus Antonius Louis os amputati artus conatus eſt contegere. Nullum eſſe duarum inciſionum uſum, dolorem certum eſſe. Cum accurate conſilia Antonii ſequeretur, chirurgum Du Pouy tamen non potuiſſe nudi oſſis culpam vitare. Rem eſſe facillimam; ante amputationem femur plene extendi: non prius vero carnes interne & poſterius incidi, quam genu flexum ſit, ita majorum muſculorum partem ſervari integram. Non vere fines muſculi ſe retrahere. Faſcias circulares nocere. V. *paracent. thor.*

Abrah. Christoph. Salchow *chirurgiſche Betrachtungen zur Beſtätigung der unnöthigen Amputation und des Nutzen der Bleymittel.* Hamburg 1769. 8. Puero rota molendini, a vento agitati, brachium repetito fregerat; miſerum amputationi eripuit auctor, fiſtulasque apta inciſione facta ſanavit, ſolis fere ex plumbo medicamentis uſus, quæ maximi facit in vulneribus, ulceribus, tumoribus variis &c. Bilgueri placita urget. Haller.

William Northcote. V. *pag.* 207.

J. Aikin in *eſſays on ſeveral* &c. agit de trunco artus amputati deligando: glutinoſo utitur emplaſtro, quod multis loris radiatim in centro trunci amputati convenientibus cutem ſuper os deducit: ut autem in centro

ea lora uniantur, tricrure ferramento utitur. Ut hæmorrhagia preſſione comprimatur. V. *fract.*

ERN. PLATNER. V. *pag.* 208.

J. CHRISTIAN. ANT. THEDEN. V. *pag.* 211.

ADOLPH FRID. VOGEL. V. *pag.* 212.

MUDDIE. V. *pag.* 215.

DIONYS. CLAUD. DOULCET & TH. NIFON *E. in reſecandis artubus ſegmenta reſervanda.* PARIS 1772. 4.

D. A. S. M. D. V. *pag.* 227.

J. LEBERECHT SCHMUCKER. V. *pag.* 230.

BAKER *on amputations* LONDON. . . . 8. annum ignorat HALLER.

Le BLANC. V. *pag.* 311.

GOOCH. V. *pag.* 242.

LUCAS. V. *pag.* 244.

BARBET. V. *pag.* 259.

ANADESMUS. Vide *Faſcias.*

ANEURYSMA.

HIPPOCRATES in L. *de morbis* II. agit de aneuryſmate. Vide *pag.* 286.

GALENUS in L. *de tumoribus præter naturam* cap. 2. de aneuryſmate.

Idem in *method. med.* libro V. cap. 7. de aneuryſmate. WALTH. V. *pag.* 264.

AETIUS in L. XV. cap. 10. agit de aneuryſmatibus. De horum vinctione duplici & exciſione fuſe, tamquam ipſe expertus. HALLER. V. *pag.* 265.

PAULUS in L. VI. cap. 37. aneuryſma verum diſtinguit a ſpurio, & etiam in capite curare adgreditur, arteriamque & ſuperne ligat & inferne. HALL. V. *pag.* 293.

RHAZEUS in L. XIII. agit de aneuryſmate & nodo, ſive de aneuryſmate clauſo. V. *pag.* 265.

GODOFREDUS STEGHIUS in *Arte medica* LUGD. 1521. 4. in *Medic. pract.* L. 8. cap. 34. de aneuryſmate. WALTH.

J. FERNELIUS in *pathologiæ* L. VI. refert de coſtis ab aneuryſmate fractis. In L. VII. cap. 3. etiam de aneuryſmatibus. V. *pag.* 273.

JACO-

JACOBUS HOLLERIUS (HOULIER), Stempanus, medicus Pariſinus, Hippocraticus, vir doctus & clinicus. Ejus *de morbis internis* L. II. cum LUDOV. DURETI *adnotationibus* & ANTONII VALET *exercitationibus*. PARIS. 1565. 8. 1567. 8. 1571. 8. 1611. 4. VENET. 1572. 8. LION 1578. 8. 1588. 8. FRANCOF. 1589. 12. 1603. 12. GENEV. 1620. 4. 1635. 4. quæ omnino eadem eſt editio cum PARISINA 1611. 4. Memoratu dignæ ſunt peculiares aliquæ auctoris curationes. In L. I. aneuryſma, ut videtur, tibiæ funeſto conſilio apertum. HALLER.

VIDUS VIDIUS in libro *de curatione* &c. VI. cap. 14. de aneuryſmate. V. *pag.* 14.

AMBROSIUS PARÆUS in *collect. latin.* L. VI. cap. 32. de aneuryſmatibus: mors viri, cui contra conſilia PARÆI in humero aneuryſma apertum fuerat. Aneuryſma venæ pulmonalis (eo ævo dicebant arteriam) ruptum ex pilæ ictu, inde mors ſubita. Aneuryſma non raro oſſeam inducere naturam. HALLER. V. *pag.* 301.

GABRIEL FALLOPIUS in *tract. de tumoribus* cap. 14. de tumore illo, qui aneuryſma vocatur. WALTH. V. *tumor.*

GUILIELMUS RONDELET in *methodo curand.* &c. ſub genu aneuryſma frequenter fieri. HALL. V. *pag.* 8.

HIERONYMUS MERCURIALIS in libro *de decoratione* cap. 7. aneuryſma. WALTH. V. *pag.* 9.

JOHANNES FRAGOSUS in *Chirurgia univerſal.* &c. in L. II. exemplum aneuryſmatis ſubito funeſti, cum ab imperito aperiretur. V. *pag.* 9.

ANTONIUS SAPORTA in L. *de tumoribus* &c. de aneuryſmate naſcentis aortæ, pleno grumorum ſanguinis. A palpitatione & difficili ſpiritu tumor mollis. Intercoſtalis arteriæ aneuryſma. Aneuryſma arteriæ, ut videtur iliacæ, præpoſtere inciſum, cum multa ſanguinis jactura. HALLER. V. *tumor.*

REMBERTUS DODONÆUS in *exemplis medicinalium obſervationum* HADERWYCK 1621. 8. aneuryſma funeſto errore apertum. HALLER. V. *calcul. ſect.*

JACQUES GUILLEMEAU in *Chirurgie Françoiſe* &c. arteriam ſupra aneuryſma brachii ſe detexiſſe, ligaſſeque omnino feliciter. V. *pag.* 11.

DIOMEDES CORNARIUS in *conſult. med.* LIPS. 1595. 4. in *conſult.* 8. de aneuryſmate in pectore. WALTH.

J. BAPTISTA SYLVATICI, Mediolanenſis. Ejus *de aneuryſmate.* VENET. 1600. 4. Per aneuryſma id intelligit, quod vocat ſpurium, & negavit aneuryſma dari, quod ab arteria dilatata ſit. Curationem a nuperis deſertam proponit, ex veteribus ſumtam; arteriam utrimque ligat, incidit,

cruoris

cruoris grumos eximit. Arterias vulneratas utique ſanari vidit. HALL. V. *venæ ſect.*

GUILIELMUS FABRICIUS in *obſervationum cent.* III. aneuryſma brachii detecta & ligata arteria ſanatum, & de eo malo MICHAELIS DOERING diſſertatio.

Idem in voluminibus ineditis aneuryſmata ſuperata fuiſſe preſſione, & adſtringentibus emplaſtris. V. *pag.* 274.

JOH. SCHENK in *obſervationibus raris* &c. etiam de aneuryſmate. V. *pag.* 16.

JUL. CÆSAR. CLAUDINUS, Bononienſis. Ejus *conſultationes & reſponſiones medic.* VENET. 1606. fol. In *conſult.* 67. de aneuryſmate in flexura cubiti a venæ ſectione: laudat emplaſtrum ex cortice ulmi cocto, ſapa excepto, appoſitum detentumque usque ad ſiccitatem. WALTH.

HENRICUS SMETIUS. Ejus *miſcellaneorum medicorum* L. XII. FRANCOF. 1611. 8. In libro IV. de aneuryſmate ſub genu. HALLER.

DANIEL SENNERTUS in *med. pract.* libro V. part. I. cap. 43. de aneuryſmatibus: medicamentum ex thure, aloe, pilis leporis & albumine ovi valde laudat. WALTH. V. *pag.* 17.

GREGORIUS HORST in *obſerv. med.* L. IV. part. 2. obſ. 1. aneuryſma venæ ſectione generatum & curatum. WALTH. V. *pag.* 276.

JOHANNES VIGIER in *operum medico-chir.* L. I. cap. 42. de aneuryſmatibus. WALTH. V. *ulcera.*

FELIX PLATERUS in *obſervat.* L. III. pag. 643. aneuryſma. Porro in tract. 3. *de vitiis*, cap. 6. de protuberantiis pag. 408. aneuryſmatis curatio. WALTH. V. *pag.* 322.

DOMINICUS TERILLI in ſua *de cauſis mortis repentinæ diſtinctiſſima tractatione* VENET. 1615. etiam de aneuryſmate mentionem facit. HALLER.

THEODORUS CORBÆUS in *pathologiæ* L. II. ſect. 5. cap. 15. de aneuryſmate. WALTH. V. *pag.* 315.

ANGELUS POLITIUS. Ejus *apologia de aneuryſmate prætenſo pro Marchione de Jeraci Princip. Caſtraboni.* PANORM. 1620. 4. MANGET.

J. HORNUNG in *ciſta medica* &c. tradit aneuryſmatis ſpurii hiſtoriam, in quo nihil maſculi tentatum eſt. HALLER. V. *pag.* 315.

M. AURELIUS SEVERINUS *de recondita abſc.* &c. L. III. aneuryſmata funeſto eventu rupta; aliud in femore ferro, & igne demum expugnatum; aliud in brachio incredibili mole. Aneuryſma cœliacæ arteriæ. HALLER. V. *pag.* 276.

GUILIELMUS BALLONIUS in *paradigm.* aneuryſma arteriæ magnæ, qua in iliaca vaſa diſcedit. V. *calcul.*

JOHANNES RHODIUS in *obſervationum med. centuria* II. aneuryſma pectoris a vomitu. WALTH. V. *pag.* 22.

NICO-

Nicolaus Tulpius in *obſerv. med.* libro IV. cap. 16. aneuryſma ex vulnuſculo in arteria manus plumbi preſſione ſanatum. V. *pag.* 22.

Thomas Bartholinus, vir literatus, polymathes, celebris ſuo ævo inciſor, Italicæ ſcholæ diſcipulus, ſingulis Medicinæ partibus deditus, ſcripſit *anatomicam aneuryſmatis diſſecti hiſtoriam* Panorm. 1644. 8. Lips. 1707. 8. cum Hornianorum operum editione, quam J. Wilhelmus Pauli curavit. Hiſtoria aneuryſmatis ex improvida venæ inciſione nati, perampli, cui laborta gangræna, brachium amputatum, inciſum: ſanguis grumoſus inter muſculos effuſus, arteria ipſa tota rupta.

Idem in *hiſt. anat. centuria* IV. aneuryſmata varia. Prope ſternum aneuryſma, ſub noctem incrementa capiens. Mors ex aneuryſmate pectoris rupto. Haller.

Idem in *epiſt. med. centuria* I. *epiſt.* 66. de aneuryſmate. *Epiſt.* 74. an tuto ſecetur? *Centuria* III. *epiſt.* 53. felices aneuryſmatum curationes. *Epiſt.* 54. de aneuryſmate nonnulla. Walth. V. *pag.* 23.

Johannes v. Horne. Ejus epiſtola *de aneuryſmate.* Panormi 1644. Lips. cum Bartholini libello. 1707. 8. V. *pag.* 23.

Lazarus Riverius in *obſ. med.* aneuryſma ſola compreſione curatum In *cent.* IV. *obſ.* 54. aneuryſma naſcentis aortæ. V. *pag.* 24.

Dionysius Pomaret in *iiſdem obſerv.* Riverii refert de aneuryſmate preſſione ſola ſublato.

Ysbrand de Diemerbroeck in *Anatome* prelum (*tourniquet*) in aneuryſmate brachii adhibitum. V. *pag.* 24.

Dominicus Panaroli in *pentecoſte* II. mors ſubita ex arteriæ axillaris aneuryſmate, per carnem ſolidam quidem & cartilagineam compreſſa, ut ſanguinis in venæ ſine pari ramis maxima copia reſtagnaret. V. *pag.* 25.

Petrus de Marchettis in *obſervat. medico-chir.* ex aortæ naſcentis aneuryſmate rupto mors ſubita. V. *pag.* 26.

Jacobus Primerosius, Burdigalenſis, medicus Londinenſis & Archiater, parum ſuæ famæ cavit, quod in Harveium, inque circuitum ſanguinis nuper detectum, primus inſurrexit. Haller in *Bibl. M. Pract.* T. II. pag. 582. In *enchiridio medico-practico* &c. Amsterdam 1654. 12. agit p. m. 7. de aneuryſmate. Walth.

Joh. Andr. Smitzius in *Medic. pract.* p. m. 43. aneuryſma. Walth. V. *pag.* 316.

J. Wepfer περὶ ανευρυσματος. Basil. 1659. 4.

Henricus v. Roonhuysen in novo volumine durum aneuryſma a Jobo Meekern diu compreſſione tentatum, multa carne obvolutum auctor diſcidit, ambuſſit, ſanavit. V. *pag.* 28.

Joh. Jonstonus in *ideæ medic. pract.* libro VI. cap. 8. de aneuryſmate. V. *pag.* 316.

Henricus a Möinichen in *obſervat.* 14. aneuryſma cruris ſponte ruptum & ſanatum. Aneuryſma arteriæ popliteæ ſponte ruptum, ſanatum, ut maneret in artu ſtupor & extenuatio.

Idem in *Act. Hafn. Vol.* I. *obſ.* 78. aneuryſmatis capitis obſcuram hiſtoriam dedit. Haller. V. *pag.* 29.

Martinus Bogdan in *obſervat.* 7. aneuryſma ſub extremo radio, ſponte de arteria delapſum, cum noſter id malum ferro tangi vetaret: ſic *obſ.* 8. ſcirrhoſa caro pro aneuryſmate habita. Haller. V. *pag.* 29.

Eberhardus Goekel in *gallicinio* &c. aneuryſma ſpurium a venæ ſectione, cum magno ecchymomate, tamen ſanatum.

Idem in *Eph. N. C. Dec.* III. *ann.* I. *obſ.* 80. aneuryſma ſpurium ab infelici venæ ſectione: rupta ſponte gangrænoſa cute ſanguine coacto ſe liberavit. Haller. V. *pag.* 29.

Septimius Andreas Fabricius. Ejus *de aneuryſmate.* Basil. 1667. 4. V. *morſ. can. rabid.*

Olaus Borrichius in *Act. Hafn. Vol.* II. *obſ.* 81. poſt variolas aneuryſma in naſo, febre demum curatum. V. *pag.* 30.

Johannes Muraltus in *Schriften der Wundarzney* &c. aneuryſma venæ ſectione curatum.

Idem in *Eph. N. C. Dec.* II. *ann.* IX. X. *obſ.* 55. arteria in venæ ſectione læſa, ſanguis effuſus, putridus, exemtus, & malum abſque injecto vinculo ſanatum. V. *pag.* 30.

J. Udalricus Rumler, de ſchola Italica. In ejus *poſthumis obſervationibus centum medicis* a G. H. Welschio editis Ulm 1668. 8. aneuryſma aortæ, in quo plurima lardi ſimilis materies, partim fibroſa & pene carnea, coſtæ carioſæ. Ita Haller (a). V. *pag.* 11.

Christophorus Bischof in Muralti *Schriften* &c. aneuryſma ſuperatum pila emplaſtrorum ſibi impoſitorum. Haller. V. *pag.* 30.

J. Ferdinand. Hertod. V. *pag.* 31.

Georgius Wolfg. Wedel. Ejus diſp. *de aneuryſmate.* Jen. 1699. 4. V. *pag.* 34.

Johannes Bohn in libro *de phlebotomia culpoſa* &c. agit etiam de aneuryſmate: & in vero & in notho arteriam perforatam eſſe. De aneuryſmate: nullum admittit niſi ſpurium laxius vel magis anguſtum. Arteriæ membrana externa læſa, putat internam tamen ſanguinem ſuſtinere. Haller. V. *venæ ſect.*

Bernardinus Genga in *Anatomia chir.* &c. funeſtum aneuryſma brachii ex venæ ſectione, cum chirurgus emollientibus uſus eſſet. Aneuryſma ſanari lamina plumbea admota. V. *oſſ. morb.*

J. Nico-

(a) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 342.

J. Nicolaus Pechlin in *diſſertatione ſiſtente hiſtoriam vulneris thoracici* &c. aneuryſma cum gangræna circa ruptam arteriam brachii. V. *vuln.*

J. Michael Fehr. V. *pag.* 40.

Richardus Wisemann in *ſeveral chirurgical* &c. libro IV. imprudenter aliquando aneuryſma aperuit, ut vix ullo modo poſſet comprimi. Haller. V. *pag.* 41.

Georg. Balthasar Mezger. Ejus diſp. *de aneuryſmate.* Tubing. 1679. 4.

Matthias Godofred. Purman in *curioſis obſerv.* &c. aneuryſma ingens denique compreſſione ſanatum. V. *pag.* 45.

Antonius de Heyde in *obſervationibus med.* &c. aneuryſma in dorſo funeſtum. V. *pag.* 46.

Petrus Rommel in *Eph. N. C. Dec.* II. *ann.* VII. *obſ.* 207. aneuryſma brachii ſponte cedens & in alio exemplo curatum. V. *obſt. art.*

J. Mauritius Hofmann. V. *pag.* 47.

Petrus van de Stylle in *chirurg. Handbuch* Part. 2. cap. 24. aneuryſma. Walth. V. *pag.* 48.

In *Actis Eruditorum Lipſienſium* a. 1696. Febr. p. 50. aneuryſmatis in arteria frontali curatio. A. 1702. Nov. p. 506. aneuryſma diuturnum. A. 1706. Apr. p. 159. aneuryſma ut curandum? A. 1708. Apr. p. 170. & a. 1709. Apr. p. 162. aneuryſma aortæ. A. 1712. Sept. p. 417. faſcia nova pro aneuryſmate. A. 1714. Sept. p. 420. aneuryſma arteriæ intercoſtalis. A. 1716. Mart. p. 89. 99. aneuryſmatis indoles. A. 1718. Jan. p. 14. aneuryſmatis curatio. A. 1719. Jun. p. 253. pro aneuryſmate inſtrumenta nova. A. 1725. Jul. p. 332. aneuryſmatis in arteria frontali curatio. Alberti. V. *pag.* 49.

J. Jacob. Harder in *apiario* &c. mors in ipſa adminiſtratione aneuryſmatis cauſa ſuſcepta. V. *pag.* 56.

Maximilian Preuss. V. *pag.* 60.

Gualtherus Harris. Ejus *diſſertationes medicæ & chirurgicæ* habitæ in amphitheatro C. R. M. London 1725. 8. Chirurgiam crudeliorem valde averſatur, etiam aneuryſmatis vulgarem curationem, chirurgos etiam exagitat, eorumque aliquas infelices curationes carpit. Cæterum huc facit diſſertatio *de varice & aneuryſmate.* Haller. V. *dent. morb.*

Christianus Vater. V. *pag.* 62.

Gustav. Casimir Gahrliep. V. *pag.* 62.

Guichard Josephus Duverney in *traité des maladies des os* &c. in T. I. exempla fracti ſterni & ſcapulæ ab aneuryſmatibus. Aneuryſma a fracta tibia. In Tom. II. mors ex arcus aortæ aneuryſmate rupto. Caries ab aneuryſmate in dura membrana cerebri. V. *oſſ. morb.*

FRIDERICUS RUYSCH in *obſervationibus anatomico-chir.* &c. aneuryſma brachii ſectione facta exinanivit, gangræna imminens averſa, homo ſanatus. Aneuryſma aortæ arteriæ, indeque coſtarum caries: alia aneuryſmata. V. *pag.* 63.

BARTHOLOMÆUS SAVIARD in *nouveau recueil* &c. etiam aneuryſmatis curatio: nulla ſanguinis jactura, etſi inferius nullum vinculum injectum eſt. Sanatum aneuryſma arteriæ poplitcæ cum plurimo ſanguine in celluloſam telam effuſo. V. *pag.* 64.

WOUTER SCHOUTEN in *verhandeling van de tegennaturlike gezwellen* &c. aneuryſma arteriæ temporalis, a contuſione ſanatum. V. *tumor.*

PYRRHUS MARIA GABRIELIS. V. *pag.* 66.

GEORGIUS BAGLIVIUS in *operibus omnibus* ANTWERPIÆ 1719. 4. in *praxi med. de fibr motr.* cap 11. agit de occultis & lethalibus viſcerum varicibus, aneuryſmatibus. ALBERTI. V. *morſ. anim. venen.*

FRIDERICUS HOFFMANN in *Medicinæ conſult.* T. II. ex imperita venæ inciſione aneuryſma ſpurium. In T. III. aneuryſma cruris ſponte ruptum, mortemque inferens, non ſatis adgnitum, ut imperitiſſimi homines etiam inciſionem moliti ſint. V. *pag.* 279.

ELIAS CAMERARIUS in *ſyſtemate cautelarum* &c. V. *pag.* 70.

REINHOLD WAGNER. V. *pag.* 71.

J. B. FANTONI in *obſervationibus* &c. aneuryſma arteriæ aortæ ſuper arterias iliacas ruptæ. V. *pag.* 72.

ALEXIUS LITTRE. V. *pag.* 73.

LA FAYE in *Phil. Tranſ.* n. 267. aneuryſma naſcentis aortæ ex contuſione natum; ſponte crepuerat funeſto eventu. HALLER. V. *pag.* 116.

PHILIPPUS DE LA HIRE in *Hiſt. de l'Acad.* a. 1700. ex ſubita contorſione colli aneuryſma funeſtum arteriæ ſubclaviæ. HALLER.

DANIEL NEBEL. V. *pag.* 74.

FRID. WILHELM CLOSE. Ejus diſp. *de tumore aneuryſmatico.* LIPS. 1702. 4.

J. LUDOVICUS PETIT in *Mem. de l'Acad des ſcien.* a. 1736. agit de aneuryſmate: de lamellatis grumis ſanguinis in aneuryſmate repertis. De vero & ſpurio aneuryſmate: in vera ſpecie tamen pulſum ſenium evaneſcere, cum grumi ſanguinis pulſationem frangant. V. *pag.* 76.

J. B. MORGAGNI in *diſſert. anat.* IX. V. *pag.* 77.

J. MARIA LANCISIUS, Archiater Romanus, qui gratia apud CLEMENTEM XI. plurimum valuit. In ejus ll. *de mortis ſubitaneis* ROMÆ 1707. 4. editis, & in collectione Genevenſi 1718. 4. recuſis, aliqua etiam occurrunt de aneuryſmatibus internis. Uberius hæc omnia redeunt

In ejus opere poſthumo *de motu cordis, de aneuryſmatibus* edito ROMÆ 1728. fol. 1745. 4. VENET. 1739. fol. LUGDUNI 1748. 4. Univerſa borum

rum vitiorum hiſtoria traditur. De aneuryſmate arteriarum, ſ. de earum vulnere & effuſo ſanguine, nam hoc ſenſu Vir Ill. hanc vocem ſumit. De aneuryſmatibus a concuſſione natis. De aneuryſmatibus ab eroſione & a morbo gallico. De aneuryſmate ſpurio, ita enim vocat a quo abeſt vulnus, ejusque cauſis, conſtrictione etiam potiſſimum arteriæ ſpaſmodica ſub ſede dilatata. Aneuryſmata per ſingulas arterias, cum exemplis in cadaveribus inciſis repertis. Memorabile opus, & quod nequeat per ſingula recenſeri. Aneuryſma ſubclaviæ ſanatum. Ita HALLER.

HERMANNUS BOERHAAVE in *aphoriſ.* ubi agit de vulnere in genere.

Idem in prælectionibus, quas ignotus auctor excudi curavit, non ſolum aneuryſma debere comprimi ſenſit, ſed partem etiam proximam artus. V. *pag.* 7[illegible].

HERMANNUS FRIDERICUS TEICHMEYER. Ejus *de ſtupendo aneuryſmate brachii feliciter per operationem curato.* JEN. 1734. 4. Propria curatio aneuryſmatis ab Ill. viro peracta: de aneuryſmate imminuto a ſanguinis transſudatione: de aneuryſmate aortæ in pericardium rupto. HALLER. V. *Chir. forenſ.*

THOMAS (vel WILH.) BECKET in *chirurgical obſerv.* aneuryſma in dorſo manus preſſione ſublatum. V. *pag.* 81.

SIMON PAUL. HILSCHER. Ejus diſp. *de aneuryſmate.* JEN. 1728. 4. V. *fract.*

LAURENTIUS HEISTER in *obſervationibus med. miſc.* &c. arterias duas brachiales facere, ut absque periculo arteria ob aneuryſma ligari poſſit.

Idem in libro *de arteriæ cruralis vulnere* &c. novam machinam ad aneuryſma continendum dat, ſeu genus faſciæ adſtringendum.

Idem in L. *de genuum ſtructura* &c. aneuryſma arteriæ popliteæ; eam noſter vinculo intercipit. Spem ſuam ponit in lateralium ramorum dilatatione, aut in diviſo trunco. Exemplum aneuryſmatis ejus arteriæ malo conſilio erodente medicamento aperti.

Idem in *Eph. N. C. Vol.* VII. *obſ.* 33. inſtrumentum, quo arteria cruralis vulnerata comprimatur, ne in aneuryſma abeat.

Idem in *Act. Academiæ Juliæ* ann. 1726. duo exempla aneuryſmatis naſcentis aortæ. HALLER. V. *pag.* 82.

MICHAEL ALBERTI. Ejus diſp. *de aneuryſmate.* HALL. 1725. 4. V. *chir. forenſ.*

GUILIELMUS CHESELDEN in *obſervations and a ſett* &c. ad aneuryſma brachii duplici vinculo intercipiendum. V. *pag.* 86.

SEBASTIANUS MELLI in *arte medico-chir.* &c. *diſpaccio* II. quatuor *aneuryſmatum hiſtoriæ*, quorum tria in poplite ſedem habuerunt, lethale alterum,

rum, alterum faſciis ſanatum, tertium ab ictu in axilla natum & curatum; *diſpaccio* III. aneuryſma in arcus aortæ principio. V. *pag.* 86.

Gottfried Klaunig. V. *pag.* 88.

J. Georgius Duvernoy in *Comment. Petrop.* T. VI. a. 1732. egit de aneuryſmate aortæ, quod vertebras effodit. V. *obſt. art.*

Johannes Freind, V. *pag.* 90.

Andreas Fack. V. *pag.* 90.

Franciscus Roncallus Parolinus in *Europæ Medicinæ* &c. agit etiam de aneuryſmate. V. *pag.* 93.

Antonio Celestino Cocchi in *epiſtolis phyſico-medicis* Rom. 1725. 4. epiſtolam habet de aneuryſmate pectoris, cum reſponſoria Lancisii. V. *ocul. morb.*

Carolus Richa in *opuſculis ſcientif.* ann. 1739. dedit aneuryſmatis hiſtoriam. V. *pag.* 95.

Ludovicus Lamorier, chirurgus. Ejus diſſertatio eſt in *Mem. de l'Acad des ſcienc. de Montpelier* Lion 1766. 4. excuſa & ann. 1721. prælecta de tumoribus partim varicoſis & partim aneuryſmaticis. Haller.

Salvator Franciscus Morand. V. *pag.* 95.

J. Ernestus Wrede. V. *pag.* 96.

Stephanus Danielli in *accenamenti* Bonon. 1722. 8. narrat de aneuryſmate ſub poplite, ſub quo gangræna proſerpebat, & tamen amputatio felix inſtituta fuit. Haller.

J. Nic. Holtorf *caſus aneuryſmatis in capite pueri undecim annorum.* Argentor. 1722. 4. Aneuryſma arteriæ in capite a baculo percuſſæ. Haller.

Christoph. Jacob Trew. Ejus eſt *aneuryſmatis ſpurii poſt venæ baſilicæ ſectionem orti hiſtoria, & curatio*, quæ prius inter *Acta Acad. N. Cur. Vol.* X. & nuper Noriberg. 1769. 4. prodiit cum accuratis iconibus arteriarum brachialium.

Idem in *Eph. N. C. Vol.* VII. *obſ.* 126. fuſam & ornatam relationem exhibet de aneuryſmate ſpurio a venæ ſectione infelici, curato absque ligatura arteriæ. Haller. V. *vuln. capit.*

Gottl. Wipart Lystenius. Ejus diſp. præſide M. Alberti Profeſſ. *de aneuryſmatibus.* Hall. 1725. 4. Exemplum in carotide externa ubi frequens fit: aneuryſma in arteria crurali ſanatum: ut apte deligetur. Haller. (Eadem fuerit diſputatio quæ pag. 341.)

August. Frider. Walther *de aneuryſmate.* Lips. 1738. 4. recuſ. in Halleri *ſelectis.* Dari omnino vera aneuryſmata contra Freindium. Exemplum aneuryſmatis naſcentis aortæ rupti. Haller. V. *hern.*

J. Viri-

J. Viridet in diſſert. *ſur les vapeurs* Yverdon 1726. 8. aliqua etiam de aneuryſmate aortæ. Haller.

Pierre Guisard in *pratique de Chir.* &c. aneuryſma aortæ. V. *vuln.*

Pierre Dodd in *Phil. Tranſ.* n. 402. de aneuryſmate aortæ.

Frank Nichols ibid. de aneuryſmatibus. Pro aneuryſmate vero ex dilatata aorta nempe intra membranam externam integram nato. Haller.

Henricus Franciscus le Dran in *obſervations* &c. aneuryſma aortæ male mollientibus ab agyrta curatum. V. *pag.* 103.

Antonius Leprottus. V. *pag.* 105.

Petrus Paulus Molinellus. Ejus diſſ. *de aneuryſmate a læſa brachii in mittendo ſanguine arteria.* Bonon. 1756. 4. Ex multis ſuis & Valsalvæ curationibus oſtendit, non ſufficere arteriam bis ligare, & neceſſe eſſe minores ramos vinculis coercere, qui in magnum truncum aperiantur. Eos ramos Valsalvæ experimento vehementer dilatari, nervos vero ligatos craſſos reddi, & in celluloſam telam abire. Experimenta ligatis nervis in vivo fecit animale. Eximius libellus. Nervum ligabat neque ab arteria ſeparabat. Curationes aneuryſmatis Valſalvianæ. Haller.

Abraham Titsingh in *ruſtuuren beſtoit* &c. epiſtola Boerhaavii, qua in aneuryſmate perpetuam compreſſionem ſapienter & feliciter commendat: eo in caſu noſter non vult arteriam ligari. In aneuryſmate non debet ſolus truncus comprimi. Vitriolo albo ſanatum aneuryſma. Haller. V. *pag.* 106.

Henricus Vylhoorn in Heisteri *inſtitut.* &c. magnum aneuryſma arteriæ intercoſtalis & ſpermaticæ. Aneuryſma carotidis. A venæ ſectione nata aneuryſmata fere mortem inferre. V. *pag.* 106.

Georg Eberhard Hamberger, Profeſſor Jenenſis, iatromathematicus, in *Comment. Lit. Nor.* 1733. n. 14. egit de eadem aneuryſmatis curatione, quam H. F. Teichmeyerus perfecit. Haller.

Petrus Maloet in *Mem. de l'Acad.* 1733. de aneuryſmate, quod in aſperam arteriam ſe aperuit, ut ſanguis per os erumperet. Haller.

J. Daniel Schlichting in *Phil. Tranſ.* n. 466. aneuryſmatis ſpurii hiſtoria, in quo ſanguis in celluloſam telam effuſus fuerat. Haller.

Alexander Monro. V. *pag.* 110.

Joh. Atkins. V. *pag.* 111.

Joh. Macgill. V. *pag.* 111.

Albertus de Haller. V. *pag.* 112.

Carolus Fridericus Kaltschmidt in libro *de variis præternaturalibus in ſectione cadaveris inventis* Jen. 1751. 4. quædam etiam de aneuryſmatibus: arteria femoralis aneuryſmatica pro abſceſſu aperta, mors inde ſubita. Aneuryſmata non raro preſſione ſanata. V. *vuln.*

George

George de la Faye (idem qui pag. 340.) in *cours d'operations* &c. aneuryſma verum, recte: ſanguis in aneuryſmate aliquando fluidus. In brachii aneuryſmate nervum, dum arteria vincitur, facile vitari. Ita Haller. V. *pag.* 308.

Gottwald Schuster. V. *pag.* 119.

Paulus Valcarenghi, comes, medicus Cremonenſis. Ejus ſunt *de aneuryſmate obſervationes binæ.* Cremon. 1741. 8. Nitidum ſuſumque ſcriptum. Prius aneuryſma cum ſquamis oſſeis in aortæ trunco, inde plurima per multos annos mala, & poſt anxietates ſummas mors. Alterum enorme aortæ trunci aneuryſma ſubito ruptum. Haller.

Guilielmus Bromfield in *chirurgical obſervat.* &c. T. I. V. *pag.* 121.

Gerhardus v. Swieten in Tom. I. ubi agit de vulneribus in genere. V. *pag.* 123.

Theodor van Leeuwen. Ejus diſp. *de aneuryſmate vero.* Leid. 1742. 4.

Petrus Tabarrani in *memorie ſopra la Fiſica e l'Iſtoria naturale da diverſi valentuomini* Lucca 1743. dedit etiam obſervationes chirurgicas. Ex lapſu ſpurium aneuryſma &c. Hæ *anatomicæ obſervationes* recuſæ ſunt Luccæ 1753. 4. A tumore duro arteriæ magnæ trunco impoſito ſymptomata aneuryſmatis ſymptomatibus ſimillima. Aneuryſmata facta ſanguine per anguſtum aortæ foramen elapſo, & in celluloſam telam effuſo. Haller.

Guilielmus Hunter. V. *pag.* 127.

Petrus Foubert. V. *pag.* 128.

Joachim. Frid. Henkel. V. *pag.* 128.

Planque in *bibliotheque de Med.* agit etiam de aneuryſmate. V. *pag.* 130.

Olaus Acrell in diſſ. *om nödwändigheten* &c. aneuryſma arteriæ ſubclaviæ ex deſtructa per vulnus ſclopetarium tela celluloſa, vinculo compreſſum. V. *pag.* 310.

Carolus Guattani, chirurgus, edidit *hiſtorias duas aneuryſmatum, quorum alterum in brachio per chirurgicam operationem ſanatum, in femore alterum paucos intra dies lethale fuit.* Rom. 1745. 4. In priori & feliciori caſu pulſus nullum decrementum paſſus erat, cum a recurrente radiali arteria & ab ulnari cum ſuperioribus arteriis anaſtomoſes adſcenderent. In altero exemplo aneuryſma a nixu funeſto eventu ruptum eſt. Haller.

Idem in *Hiſt. de l'Acad. de ſc.* Paris 1745. aneuryſma deſcripſit ex nixibus hominis a latronibus ligati natum.

Ejus

Ejus *de externis aneuryſmatibus, curationibus chirurgicis methodice perfectis.* ROM. 1772. 4. Germanice ALTENBURG 1777. 8.

CHRISTIAN FRIDER. ESCHENBACH. V. *pag.* 133.

GEORGIUS ARNAULD. Ejus *obſervations on aneuryſm.* LONDON 1750. 8. Hicce libellus recuſus eſt in ejus *memoires de Chirurgie* Tomo primo LOND. 1768. Lamina curvata ad aneuryſmata comprimenda. Aneuryſma ſpurium. Aneuryſmata in arteria crurali omnino quinque, inque iis deleti muſculi, oſſa ipſa. HALLER. V. *hern.*

FRANCISCUS BOISSIER in *noſologia* &c. mors ex rupto aneuryſmate. V. *pag.* 139.

JACOBI ALBERTI HAZON & FRANCISCI THIERRY, auctoris, *E. tutior vulgari faciliorque datur aneuryſmatis chirurgica curatio.* PARIS. 1749. 4. recuſ. in HALLERI *ſelectis chir.* Cochleam deſcribit, quæ ope circuli metallici adacta arteriam comprimit, a SCULTETO excogitatam, a VALLANTIO Lugdunenſi perfectam. Nervos cum arteria ligat, expertus dolorem vehementem ciere dum ligantur, deinde absque malo effectu in ganglion intumeſcere. HALLER.

HONORATUS PETIOT. Ejus in D. LAMURE *animadverſiones de aneuryſmate.* V. *pag.* 140.

FRANCISCUS LAMURE. V. *pag.* 140.

ANTONIUS DE HAEN. V. *pag.* 140.

J. JACOB WELTIN diſp. *de aneuryſmate vero pectoris externo hemiplegiæ ſobole.* BASIL. recuſa in HALLERI *ſelectis.* Exemplum & theoria. Redit in *Act. Helv.* T. I. Ita HALLER.

JOSEPH. WARNER in *Phil. Tranſ.* V. *pag.* 142.

PETRUS BARRERE, Profeſſor & medicus Perpinianenſis, qui aliquamdiu in GUIANA medicinam fecit. Ejus *obſervations anatomiques tirées d'un grand nombre de cadavres.* PERPIGNAN 1751. 4. & 1753. 4. quæ editio plenior eſt. Inter alia occurrit etiam aneuryſma in magnæ arteriæ trunco, aliud in arteria ſubclavia. HALLER.

GAUTHIER, pater, pictor, in *obſervations ſur l'hiſtoire naturelle, ſur la phyſique & ſur la peinture* PARIS 1752. 12. 6. vol. hactenus Chirurgiam adtigit, ut de curatione aneuryſmatis obſcure quidem retulerit, quæ chirurgo FAGET feliciſſime ſucceſſerit. HALLER.

J. TARGIONI TOZZETTI. V. *pag.* 144.

J. BESSE & JACOB. GUILLEZ DE LA MOTTE auctoris. *E. aneuryſmati cruralis arteriæ ligatura.* PARIS 1752. 4.

PETRUS JOSEPHUS BOUCHER in *Journal de Med.* T. XIV. aneuryſma arteriæ ſubclaviæ.

FRID. HERMANN LUD. MUZELL. V. *pag.* 146.

Lud. Gotfr. Klein in *interprete clinico.* V. *pag.* 283.

Dominicus Masotti. Ejus diſſ. *ſull' un aneuryſma dell poplite.* Rimini 1772. V. *calcul. ſect.*

Christianus Gottlieb Ludwig in *inſtitutionibus chir.* &c. aneuryſma verum negat ex debilitatis tergoribus arteriarum naſci poſſe. V. *pag.* 151.

Antonius Matani, Profeſſor Piſanus. Ejus *de aneuryſmaticis præcordiorum morbis atque præcipuis eorum cauſis animadverſiones.* Florent. 1756. 4. Cauſæ horum aneuryſmatum in præcipuis arteriis frequentium. Exempla aliqua; arteria rupta, ſanguine plenus ventriculus. Arteria pulmonis rupta, & maxima ex ea hæmorrhagia. Aneuryſma in arteria poplitea in qua ſedecim libræ coacti ſanguinis. Ita Haller. Recuſus eſt idem liber Francof. & Lips. 1766. 8. Etiam Germanice ibidem eodem anno. Utilia quidem hinc inde ſparſa ſunt, ſed absque omni methodo pertractata. Præterea variis & ſupervacaneis, interdum etiam mathematicis eruditionibus nimium indulſit auctor, ut patientiſſimus cæteroquin lector iisdem defatigetur. Ita in *Deutſcher allg. Bibl.* 5. *Band.* 1. *St.*

Antonius de Störck. V. *pag.* 161.

Georg. Lud. Alefeld *de aneuryſmate arteriæ cruralis in cartilaginem & os mutato.* Giess. 1763. 4. cum oſſe in cordis baſi. Mors ſucceſſit poſt fruſtraneam amputationem. Symptomata ſero eruperunt. Haller. V. *obſt. art.*

J. Theophilus Gibellet. Ejus diſp. *de aneuryſmate.* Argent. 1757. 4.

Sabatier. Ejus & Caron diſp. *de poplitis aneuryſmate.* Paris 1773. 4. Exemplum ſubnatæ gangrænæ, deſtructæ arteriæ, mali ſanati. V. *prolapſ. uteri.*

Christian Lud. Rolof. V. *pag.* 165.

Josephus Bianchi. V. *pag.* 167.

Laugier. V. *pag.* 169.

Rudolph Augustin Vogel. V. *pag.* 170.

Carolus Young in *Hiſt. de l'Acad. des ſc.* a. 1760. aneuryſma aortæ cum dolore lateris.

Chemin. V. *pag.* 172.

Deslandes. V. *pag.* 173.

Richardus Pultney in *Phil. Tranſ. Vol.* LI. P. II. inſolitam cordis dilatationem deſcribit.

Josephus Cavalini in *collezioni iſtoriche* &c. Tomo II. aneuryſma inciſæ arteriæ temporalis, inciſum, & ſanatum. V. *pag.* 179.

De la Combe. V. *pag.* 182.

Ludo-

Ludovicus Rouppe. V. *pag.* 185.

Antonius Portal in *précis de Chir.* &c. aneuryſma preſſione potius, quam vinculo injecto curat. V. *pag.* 186.

Bourienne. V. *pag.* 187.

Beaussier. V. *pag.* 188.

Aurran. V. *pag.* 188.

Franciscus Biumi. V. *pag.* 189.

Benjamin Gale. V. *pag.* 189.

Nolleson. V. *pag.* 189.

Dorilai (Caldani). V. *pag.* 191.

Josephus Jacob. Plenck in *Sammlung* &c. T. II. V. *pag.* 195.

David van Gesscher in *verhandeling* &c. exemplum aneuryſmatis mollientibus excepti & funeſti. V. *pag.* 333.

Bayford. V. *pag.* 197.

Thompson. V. *pag.* 197.

Jac. Burchall. V. *pag.* 197.

Joseph. Else. V. *pag.* 197.

Eduardus Sandyfort *Nov. Eph. N. C. Vol. obſ.* 2. retulit de aneuryſmate naſcentis aortæ rupto. Haller. V. *pag.* 202.

Anton. Mich. Hiefinger *diſp. ſiſtens hiſtoriam hydropis pectoris cum aneuryſmate cordis.* Viennæ 1770. 8.

John Hill. V. *pag.* 216.

Matth. Franc. Alix. V. *pag.* 218.

Pieter van Esch. V. *pag.* 226.

Johannes Franc. Spaventi, Tyrolenſis Tridentinus, vir doctus, & acuti ingenii, qui Leopoli in Polonia medicinam facit, & noſodochii medicus eſt ordinarius, in diſp. *de frequentioribus cordis, majorumque vaſorum morbis internis* Viennæ 1772. 8. agit etiam de aortæ aneuryſmate.

Jacob. Verbrugge diſp. *de aneuryſmate oblata notabili aortæ aneuryſma divulgandi occaſione.* Leid. 1773. 4. Primum agit de aneuryſmate in univerſum, deque ejus curatione. Deinde caſus aneuryſmatis in aortæ arcu per jugulum erumpentis, & denique lethali eventu diſſilientis. Sternum perforatum. Haller.

J. Leberecht Schmucker. V. *pag.* 230.

Cramer. V. *pag.* 235.

In diario Cl. Rozier a. 1774. aneuryſma arteriæ cruris funeſtum, ruptum, ſanguis in celluloſam telam effuſus. Haller.

Le. Blanc. V. *pag.* 311.

Gooch. V. *pag.* 242.
Sue. V. *pag.* 247.
Michel. V. *pag.* 255.

ANI FISTULA. Vide *Fiſtul.*

ANTHRAX
SIVE
CARBO, CARBUNCULUS, IGNIS PERSICUS, PRUNA.

A. Cornelius Celsus in L. V. cap. 25. de carbunculis. Walth. V. *pag.* 287.

Dioscorides *de med. facile parabil.* Argent. 1565. 8. in libro I. cap. 199. 200. ad carbunculos remedia. Walth. V. *medicam. chir.*

Galenus in *meth. med.* libro XIV. cap. 10. de carbunculo. Waltherus. V. *pag.* 264.

Oribasius in *ſynopſis* libro 3. cap. 12. de carbunculo.

Idem *de morb. curat.* L. III. cap. 27. de carbunculo. Waltherus. V. *pag.* 264.

Theodorus Priscianus in L. I. cauteria ad carbunculos admovere jubet. Haller. V. *atreſiam.*

Aetius in *tetrabibl.* II. ſect. 3. cap. 20. de carbunculo in palpebris. *Tetrabibl.* IV. ſect. 2. cap. 58. de carbunculo. Carbunculorum cruſtas verbenæ rectæ folia cum adipe trita & appoſita mirifice eximere. Waltherus. V. *pag.* 265.

Paulus Ægineta *de re medica* L. IV. cap. 28. de carbunculo. Walth. V. *pag.* 293.

Avicenna in L. IV. fen. 3. tract. 1. cap. 10. de anthrace ſive carbunculo & cura. Walth. V. *pag.* 267.

Albucasis in *practicæ* libro tract. 29. cap. 6. de igne Perſico. Cap. 12. de anthrace. Walth. V. *pag.* 267.

Constantinus in *commun. loc. med.* L. VIII. cap. 19. de carbunculo. V. *pag.* 268.

Brunus in *Chirurgiæ magnæ* L. II. cap. 5. de cura carbunculi anthracis & ignis Perſici. Walth. V. *pag.* 2.

Guilielmus de Saliceto in *Chirurgiæ* L. edit. a. 1546. fol. pag. 318. bonam peſtilentis carbunculi curationem tradit. Pag. 322. b. carbunculos

culos peſtilentes fere omnes ſe ſanaſſe reſecto malo & uſto. HALLER. V. *pag.* 268.

BERNARDUS GORDON in L. *Medicinæ* part. 1. rubric. 1. de anthrace & carbunculo. WALTH. V. *pag.* 270.

GUI DE CHAULIAC in *Chirurgiæ magnæ* edit. VENET. 1546. fol. pag. 11. anthracem ſæpe cauterio actuali conatus eſt exſtinguere; in ambitu etiam anthracis ſcarificabat, ut etiam nunc ſolet, & alias, & id facilius putat; erodentem pulverem ſanam inter & corruptam carnem ponebat. HALLER. V. *pag.* 297.

LEONARDUS DE BERTAPALIA in *practicæ* cap. 4. de igne Perſico. Cap. 10. de carbunculo. WALTH. V. *pag.* 3.

SYMPHORIANUS CHAMPIER in *practicæ* &c. L. V. agit de anthrace. WALTH. V. *pag.* 300.

GODOFREDUS STEGHIUS in *Med. pr.* libro XII. cap. 31. carbunculi ratio & curatio. WALTH. V. *pag.* 334.

PETRUS DE BAYRO *de medendis corp.* &c. in libro XX. cap. 8. de carbunculo, carbonibus peſtilentialibus. Cap. 10. de carbunculo cum febre peſtilenti. WALTH. V. *pag.* 5.

PETRUS ANTONIUS RUSTICUS, Placentinus, Profeſſor Ticinenſis. Ejus *tabulæ de peſte, febre peſtilenti, igne perſico* &c. PAPIÆ 1521. fol. De igne peſtilentiæ, anthrace. HALLER (a).

JOH. STOKERUS *pract. morb. particul.* cap. 95. curatio ignis S. ANTONII, carbunculi, prunæ & ignis Perſici. WALTH. V. *pag.* 270.

GUILIELMUS DE VARIGNANA in *ſecret. ſublim.* tract. 4. ſerm. 3. cap. 9. de anthrace & carbunculo. WALTH. V. *ulcera.*

PHIL. THEOPHRAST. PARACELSUS in *groſſen Wundarzney* L. III. *Bertheoneæ* cap. 3. anthrax.

Idem in L. VI. de ulceribus *von offenen Schäden* pag. 396. (b) de igne Perſico. Pag. 432. de anthrace. Pag. 572. de anthrace. WALTHERUS. V. *pag.* 272.

NICOLAUS MASSA in *tractatu de febr. peſtilent.* VENET. 1650. 4. cap. 8. de cura carbunculi. WALTH. V. *pag.* 273.

ANTONIUS FUMANELLUS in operibus omnibus *de compoſit. med.* cap. 72. carbunculorum remedia. WALTH. V. *cauter.*

JOH. TAGAULT in *inſtit. chir.* L. I. cap. 7. de carbunculo. WALTHER. V. *pag.* 6.

VIDUS VIDIUS *de curatione* &c. L. V. cap. 4. de carbunculo. V. *pag.* 14.

(a) In *Bibl. Med. pract.* T. I. p. 493. (b) Edit. STRASB. 1605. 4.

AMBROSIUS PARÆUS in *operum chir.* L. XXI. *de peſte* cap. 32. 33. de carbunculo peſtilenti. Radicem raphani in taleolas ſectam ſæpiusque carbunculis impoſitam potenter attrahere venenum. Ad carbunculorum ardores, dolores, & ſuppurationem promovendam ſæpe ſe feliciter uſum eſſe fuligine & ſale in pollinem redactis, & cum vitellis ovorum ad pultis conſiſtentiam agitatis, tepideque carbunculo impoſitis. WALTH. V. *pag.* 301.

FRANCISCUS PEDEMONTANUS in *ſupplement. in Meſuen* &c. parte 2. ſect. 2. cap. 6. de carbone ſ. pruna & igne Perſico. WALTHER. V. *pag.* 273.

AMATUS LUSITANUS in *centuria* VI. carbunculus palpebræ curatus. HALLER. V. *pag.* 314.

FRANCISCUS VALERIOLA in *obſerv.* L. VI. obſ. 3. mulier deterrimo carbone circa os & labra correpta ſanata: loco prius ſcarificato ſequens appoſuit: ℞. *Succi ſymphiti maj. ſcabioſæ & calendulæ* a unc. j. *Theriacæ* ſcr. jv. *Sal. comm.* drach. j. *Vitell. ovi* n. jj. M. Hoc medicamentum tanquam ſuum arcanum, quod ipſum nunquam ſe feſelliſſe commendat. WALTH. V. *pag.* 273.

JACOBUS SYLVIUS, vero nomine DU BOIS, Ambianus, ex pago LOUVILLY, Profeſſor Pariſinus veteranus, magnus Græcorum admirator, GALENI etiam potiſſimum, novorum contemtor inventorum, acerbus VESALII adverſarius, vir doctus, ut tamen ad veterum morem fere in generalibus ſe continuerit. Ejus *de peſte libellus Latine factus* PARIS. 1557. 16. inexperti auctoris conſilia vana alia, quædam & noxia continet. Bubonis & carbunculi curatio. Ita HALLER (c).

CONRADUS GESNER, Tigurinus, vir ſummus, eruditione, plantarum cognitione, in omnes bonas artes ardore, pietate, admirationem gnarorum meritus, & pertefus imbellis ſui ævi Medicinæ, ad maſcula auxilia veterum medicos revocavit. Edidit *de Chirurgia ſcriptores optimos veterum & recentiorum* TIGURI 1555. fol.

In ſuis *epiſtolis* editis a C. WOLFIO TIGURI 1577. 4. carbunculos igne & medicamento cauſtico aperuit. HALLER (d).

ANTONIUS CHALMETHÆUS in *enchirid. chir.* cap. 3. de anthrace & carbunculo: laudat cataplaſma ex malo punico acido dulci, vel ex duobus altero acido altero dulci in aceto ſatis coctis. WALTH. V. *pag.* 274.

IODOCI LOMMII *obſervationum medicinalium* L. III. ANTVERP. 1560. 8. AMSTERDAM 1720. 8. In L. II. pag. 234. carbunculus. WALTH.

GABRIEL FALLOPIUS in L. *de tumoribus* cap. 25. de carbunculo. WALTH. V. *ulcera*.

FELIX.

(c) In *Bibl. Med. pract.* T. II. p. 44. (d) In *Bibl. Med. pract.* p. T. II. p. 52.

Felix Wurtz in L. III. agit de anthrace, quem ſpiritu vini camphorato adgreditur. Haller. V. *pag.* 8.

Antonius Miraldus in *alexicopo ſtaureliari & in med. horto* Lutetiæ 1570. 8. carbunculis, inquit, & bubonibus peſtiferis aliisque tumoribus contagioſis ſalubriter adhibetur ruta contuſa & cum fermento acri & adipe ſuillo, ut & cepa & ficubus cocta adjecto Ammoniaco, calce viva, ſapone, cantharidum & theriacæ momento præſtantiſſimum conficiet emplaſtrum affectæ parti tempeſtive apponendum: confeſtim tumores diſrumpet. Waltherus.

Antonius Saporta in ll. *de tumoribus* agit etiam de carbunculo. Haller. V. *tumor.*

Horatius Augenius in *tract. de febribus* Francof. 1604. fol. in L. VIII. cap. 10. pag. 332. ſcabioſa particulari quadam proprietate maturat carbunculos: ſumitur viridis & contunditur deinde addito uno ovi vitello, axungia porci veteri & cum ſale bene tritis momento cataplaſma efficax fit: vidi, inquit, hoc cataplaſmate carbunculum peſtilentem quinque horarum ſpatio perfecte ſuppuratum evictumque. Walth. V. *calcul.*

Franciscus Alphanus, medicus Salernitanus, in opere *de peſtilentia, febre peſtilentiali* &c. Neapoli 1577. 4. carbunculos amburi jubet. Haller (e).

J. Baptista Carcanus, Mediolanenſis, in *opuſculo de peſte, in quo denominatio, deſcriptio cauſæ, ſigna* &c. Mediolani 1577. 4. carbunculo ſcarificando circumſcribit, auripigmentum imponit, eſcharæ lapſum mollientibus adjuvat. Haller (f).

Germanus Courtin in *leçons anatomiques* &c. agit & de carbone. Haller. V. *pag.* 11.

Rembertus Dodonæus in *praxi medica* Amsterdam 1616. 8. 1640. 8. in peſte anni 1602. ſe carbunculos absque ſenſu profunde ſcarificatos vidiſſe, absque tumore vel phlegmone. Haller (g).

J. Baptista Gemma, medicus Venetus, Trincavelli diſcipulus. Ejus *methodus rationalis nova atque dilucidiſſima curandi bubonis carbunculique peſtilentis, in qua morbi eſſentia, cauſæ, ſigna, prognoſticum, præcautio atque curatio oſtenditur.* Gratz 1584. 4. Gedani 1587. 4. 1599. Francof. 1603. 8. Venet. 1602. 4. quæ editio dicitur locupletior eſſe. Carbunculum oleo fervente amburit, cucurbitulam toti applicat, ſcarificat, circulum incidit, & carbunculum exſtirpat. Haller (h).

Gregorius Horst in *obſervat. med.* libro II. part. 2. obſ. 28. anthraces egregie tritico a ſanis maſticato & illito, mitigari. Walther. V. *pag.* 276.

Petrus

(e) In *Bibl. Med. pract.* T. II. p. 208. (f) Ibid. pag. 209. (g) Ibid. pag. 229. (h) Ibid. pag. 256.

Petrus Forestus in L. VI. *de febribus publice graſſantibus* Leid. 1588. 8. 1591. 8. exemplum anthracis feliciter ſponte delapſi. Haller (i). V. *pag.* 13.

Eustachius Rudius in *artis med.* &c. L. V. de tumoribus cap. 13. 14. de carbunculo. Walth. V. *pag.* 13.

Hieronymus Fabricius in *Chirurgiæ* L. I. *de tumoribus* part. 1. cap. 18. de carbunculo. Walth. V. *pag.* 13.

Andreas de Zamudo y Alfaro. Ejus *ordine para la cura y preſervation de las viruelas y carbunculos.* Madritt 1599. 8. Haller (k).

Udalric. Binder in *epiphanior. Medic.* Venet. 1603. 4. epiphan. 3. pag. 193. de carbunculo, pruna, igne Perſico & horum cura. Walth.

Franciscus Sylva & Olivera *diſcorſo de providecia, e curacion de ſecas y carbunculos con contagio.* Granada 1603. 8. Haller.

Duncan Liddel in libro *de febribus* cap. 7. de curatione bubonum, & carbunculorum. Walth. V. *pag.* 16.

Rudolphus Goclenius in *Experimentirbuch* Frankfurt 1644. cap. 25. de carbunculo: laudat cataplaſma ex radice lilii albi, althææ, ſemin. lini, chamæmel. verbaſc. hyper. & ficubus, cum lacte coctis. Walth. V. *vulnera.*

Claude Chanvel in *chaſſe verole des petits enfans* Lyon 1610. 12. morbillos, carbunculos, petechias fere perinde curat, ſudorem movet. Haller (l).

Sebastianus Cortilio in *pract.* L. I. cap. 2. de carbunculo.

Idem in *inſtitut. chirurg.* L. II. cap. 15. de carbunculo: contundatur conſolida major & minor inter lapides & applicentur carbunculo. Mirabile hoc eſſe, & haberi pro ſecreto. Walth. V. *pag.* 17.

Daniel Sennertus in L. V. part. 1. cap. 13. de carbunculo: varia ab aliis laudata medicamenta recenſet, ſcabioſam nempe; ſucciſam ſ. morſum diaboli viridem tritam & impoſitam, vel in vino coctam & bibitam; cataplaſma ex nuc. jugland. veter. rancid., caricis & uvis paſſis, ſale communi, & vitellis ovorum; emplaſtrum ex theriac. Mithrid., fermento, terebinthina, melle roſaceo, butyro recenti, ſale, ſapone Saracenico, cera, & vitellis ovorum. In L. IV. *de febribus* cap. 4. carbunculi peſtilentes. Cap. 6. emplaſtrum ex fuligine camini, fermento, terebinthina, butyro, ſapone Veneto, ſale, theriaca Mithrid. & vitellis ovorum. Walth. V. *pag.* 17.

Wolfgangus Gabelchoverus. Ejus *curat. med. centuria* I. II. Tubingæ 1611. 4. *Centuria* III. IV. Francof. 1612. 4. *Centuria* V. VI. Tubingæ 1627. 8. In cent. V. curat. 93. 94. 95. 98. carbunculus peſtilens, anthrax. Walth.

J. de

(i) Ibid. p. 240. (k) Ibid. pag. 223. (l) Ibid. p. 414.

J. DE GORIS & GUIL. DUVAL *ergo carbunculo ſaphyrus.* PARIS 1611. 4.

CHRISTOPHORUS MEURER. Ejus *de carbunculo contagioſo.* LIPSIÆ 1613. 4.

JOHANNES VIGIER in *operum med. chir.* L. I. cap. 4. de carbunculo: ſummopere laudat unguentum ex calce viva & ſapone molli. WALTH. V. *ulcera.*

FELIX PLATERUS in *obſervat.* tract. *de doloribus* cap. 17. anthracis cura. WALTH. V. *pag.* 322.

THEODORUS COLLADO, Biturigis, in *adverſariis ſ. commentariis medicinalibus, criticis, dialecticis* &c. GENEV. 1615. 8. capit. 95. de carbunculo. WALTH.

FRANCISCUS PECCETTI *de tumoribus* L. I. cap. 4. de carbunculo. WALTH. V. *pag.* 18.

HENRICUS PETRÆUS in *handbüchlein* &c. tract. 9. cap. 16. de carbunculo. WALTH. V. *pag.* 18.

M ANTONIUS TOSSI, a SERA ſ. Quirinus Saxoferratenſis. Ejus *de anthrace ſ carbunculo tractatus.* VENET. 1618. 4. Bonæ notæ ſcriptor. Carbunculum malignum a peſtilente carbunculo recte diſtinguit, ſigna dat, quibus a furunculis, periculoſiſſimo errore confundendis, carbunculus ſeparetur, eſchara nempe, abſentia ſuppurationis, ulcere depaſcente. Carbunculus peſtilens conjunctam habet febrem magnam. In utroque carbunculo commendat venæ ſectionem, ut ſanguis ad deliquium usque animæ fluat: etiam hirudines, & veſicantia. Interne dat lenientia & ſerum lactis caprilli. Carbunculum ſcarificat, hirudines ei admovet, limitem circularem circumſcribit: cataplaſmata conſumentia & ſiccantia imponit, quæ pus non moveant, iisque ferrum candens præfert. Eſcharæ lapſum lilii radice & calidis ſiccantibus adjuvat: ea remota abſtergentia conferre, & cum melle terebinthinam. Hæc fere in utroque carbunculorum genere. Ita HALLER.

MICH. DROUYN & JOH. DE BOURGES *ergo anthraci peſtifero phlebotomia.* Ita HALLER absque loco & anno. Puto PARIS. 1619. 4.

JEAN EMANUEL LABADIE, chirurgus, TOLOSÆ ad peſtilentiæ curam conductus. Ejus *traité de la peſte, remedes, obſervations notables.* TOLOSÆ 1620. 12. Etiam anthracis curatio. Carbunculus ſub ungue cum ſphacelo & carie. HALLER (m).

JOH. BAPTISTA V. HELMONT in libro *de magnetica vulnerum* &c. pag. 599 ſaphyr, inquit, cœruleo colore ſatur, ſi anthracem peſtiferum attigerit, & aliquamdiu affrictus fuerit, mox vero auferatur, virus totum attrahit, modo fiat viribus nondum debilitatis. WALTH. V. *vulnera.*

EPIPHA-

(m) Ibid. p. 494.

EPIPHANII FERDINANDI, medici Meſſapienſis ex Salentinis, *centum hiſtoriæ, ſ. obſervationes & caſus medici* VENET. 1621. fol. Pluſculi caſus chirurgici intercedunt. Anthrax in manu natus funeſtus. HALLER.

FRANCISCUS CITESIUS, veriori nomine CITOIS, Pictavienſis, medicus. Ejus *avis ſur la peſte & ſur les moyens de s'en préſerver.* PARIS 1623. 8. 1640. 8. Carbonem cucurbitula adtrahendum, & cepa, & elevatum paulum tumorem cauſtico aperiendum. HALLER (n).

PETRUS FABRUS *Chirurgiæ ſpagyr.* cap. 9. de carbunculo. Laudat ſpiritum ſalis communis. WALTH. V. *pag.* 19.

ARNOLDUS WEIKARDUS in *theſauro pharmaceutico ſ. tract. pr.* FRANCOF. 1626. fol. in L. IV. cap. 1. pag. 547. de carbunculo anthrace: traducitur carbunculus in altum locum ubi minus nocere poteſt, ſi ſcabioſa contuſa in loco ſano alligetur, & interim athanaſia carboni imponatur, quod longe facilius fit, ſi poſtea radix hellebori intra carbunculum peſtilentialem cuticula prius diſſecta infigatur. WALTH.

VALERIUS MARTINI. Ejus *oraz. della curazione della peſte, carboni* &c. VENEZIA 1628. 4. HALLER.

ZACUTUS LUSITANUS in *praxis medicæ admir.* L. III. obſ. 122. carbone affectus juxta cubitum ex ipſo cubito ſanguine extracto curatur. WALTH. V. *pag.* 20.

PIERRE BIENASSIS *brieve methode pour ſe conſerver en tems de peſte* TOULOUSE 1629. 16. ſuperſtitioſus auctor. Arcanum SCALIGERI adverſus carbones. HALLER (o).

M. AURELIUS SEVERINUS in *Chirurgiæ* libro I. pag. 32. (p) de carbunculo. WALTH. V. *pag.* 276.

JOH. PHARAMOND RHUMEL in *Kriegsarzney* &c cap. 19. de carbunculorum & anthracum cura Galenica & magica, quæ talis eſt: imponantur ranæ maculis nigris, quibus mortuis aliæ imponantur, quæ poſtea igne comburantur. WALTH. V. *medicam. chir.*

J. ZEIDLER *de carbunculo peſtilenti.* LIPS. 1633. 4.

JOH. AGRICOLA in *commentar.* in POPPIUM tr. *de arſenico*, tincturam arſenici in carbunculo ſummam eſſe medicinam externam & internam.

Idem in *Chirurgiæ parvæ* tract. 5. de carbunculo. WALTHER. V. *pag.* 21.

J. DE VIANA, Giennenſis. Ejus *tratado de peſte ſus cauſas y curacion, y el modo que ſe a tenido en curar las ſecas y carbuncos peſtilentes, que an opprimido la cuidad de Malaga el* a. 1637. LISBONA 1637. 4. HALLER (q).

Con-

(n) Ibid. pag. 350. (o) Ibid. p. 565. (p) Edit. FRANCOF. 1664. 12. (q) In *Bibl. Med. pract.* T. II. p. 616.

Concerning the conſtitution of the air and how to know plague ſores and carbuncles. OXFORD. 1644. B. BODL.

THOMAS BARTHOLINUS in *hiſtoriis anat.* cent. 6. hiſt. 27. ſmilax aſpera pro carbunculis. WALTH. V. *pag.* 337.

JOSEPH. SCHMID in *Spiegel der Wundarzney* L. III. part. 3. carbunculus. WALTH. V. *pag.* 23.

LAZARUS RIVERIUS *curat. med.* cent. 4. obſ. 9. carbunculus. WALTH. V. *pag.* 24.

DOMINICUS PANAROLI in *pentecoſte* IV. furunculus (anthrax) in dorſo lethalis. HALLER. V. *pag.* 25.

JOHANNES SCULTETUS in *centuria obſerv.* tradit carbunculorum curationem. HALLER. V. *inſtrum. chir.*

PETRUS BORELLUS in *centuria* II. obſ. 12. ſpecies admiranda carbunculi. WALTH. V. *pag.* 25.

SAMUEL HAFENREFFERUS in L. II. cap. 9. de carbunculo. WALTH. V. *pag.* 316.

JACOBUS PRIMEROSIUS in *enchiridio med.* pag. 10. anthrax pruna. WALTH. V. *pag.* 337.

ALBERTUS KYPERUS, Boruſſus Regiomontanus, Profeſſor Leidenſis, in *inſtitutionibus medicis* &c. AMSTERDAM 1654. 4. In L. VI. cap. 1. artic. 8. de carbunculo. WALTH.

JOH. PRÆVOTIUS in L. *ſelect. remed.* PATAVII 1657. 12. pag. 108. ad peſtem & carbunculum caro cydoniorum contuſa carbunculo impoſita eum feliciſſime ſanat. WALTH. V. *medicam. chir.*

JOH. JONSTONUS in *ideæ med.* L. VI. cap. 1. artic. 8. carbunculus. WALTH. V. *pag.* 316.

PHILIPPUS GRULING in *medic. pract.* L. V. part. 3. cap. 22. de anthrace & carbunculo. WALTH. V. *pag.* 316.

EBERHARDUS GOEKEL in *centuria* I. conſ. 53. anthrax in dorſo cum ingenti carnis ſubjectæ & partium adjacentium corruptione curatus. Anthrax circa orificium ventriculi periculoſiſſimus feliciter curatus. ALBERTI V. *pag.* 29.

FRIDER. HAMMERICUS (vel HAMMERIN). Ejus *de carbunculo peſtilenti.* LEID. 1666. 4. HALLER.

DENIS FOURNIER. V. *gangræn.*

NICOLAUS CHESNEAU in *obſervat. med.* carbunculi varii absque peſte. HALLER. V. *pag.* 34.

GEORGIUS FRANK. Ejus *de carbunculo.* HEIDELBERG. 1682. 4. V. *decorat.*

AUGUSTINUS HENR. FASCHIUS. Ejus diſp. *de anthrace peſtilenti.* JEN. 1681. 4. V. *veſicant.*

MATTHIAS GODOFR. PURMAN in *aufrichtigen* &c. a carbunculis diſtinguit veſiculas, earumque peſſimum genus, quod vocat *Pfefferkörner.* Carbunculis præter emplaſtra Saturnina vix opponit quidquam. HALLER. V. *pag.* 45.

J. FRISCHMUTH. Ejus *ep. de anthrace, carbunculo, bubone & altauna.* JEN. 1681. 4. HALLER.

PETRUS van de STYLLE in *chirurgiſchem Handbuche* &c. part. 2. cap. 3. de carbunculo. WALTH. V. *pag.* 48.

In *Actis Erud. Lipſienſ* a. 1701. Nov. p. 513. anthracum anatome. A. 1709. Mart. p. 132. anthracis per inciſionem curatio. ALBERTI. V. *pag.* 49.

RUDOLPH. JACOB. CAMERARIUS. Ejus *de bubone & carbone.* TUBING. 1713. 4. V. *calcul.*

VITUS RIEDLIN in *lineis med.* anno 4. Jul. obſ. 5. anthrax in ſexagenaria cachectica curatus. ALBERTI. V. *pag.* 52.

PETRUS DIONIS in *cours d'operations* &c. anthracem in collo regis natum ſanatum eſſe, qui valde doluerit. HALLER. V. *pag.* 304.

PANCRATIUS WOLF. V. *pag.* 279.

J. BAPT. MONRANEDA (r) y MOLINA *paradoxa ſobre la curacion local del carbunco maligno con un appendice, que trada de las aquas acidulas de Marmolejo del Reyno de Jaen, en* JAEN 1701. 4. HALLER.

HERMANNUS BOERHAAVE in *prælectionibus* ab ignoto auctore editis, male crudos bubones & anthraces MASSILIÆ in peſtilentia fuiſſe exciſos. V. *pag.* 79.

ANTONIUS DEIDIER in *diſſertatione medico-chir.* &c. agit de carbone, malo aliis in regionibus minus noto. HALLER. V. *tumor.*

J. DAVID. MAUCHART. V. *pag.* 85.

J. QUINNONES *de las langoſtas, del carbunclo.* MADRIT 1720. 4.

HENRICUS FRANCISCUS LE DRAN in *obſervations de Chirurgie* &c. anthraces aliqui curati ſolutione mercuriali. HALLER. V. *pag.* 103.

FRANCESCO JOSEPH de los RIOS CARDANES y CABRERA *carta eſcrita ſobre la curacion de carbunco peſtilente.* CORDUBÆ 1731. 4.

ABRAHAM TITSINGH in *verdonkerde heelkonſt* &c. anthrax dorſi in ſola cute reſidens. V. *pag.* 106.

PAULUS GOTTLIEB WERLHOF. Ejus *diſquiſitio medica & philolog. de variolis & anthrace.* HANNOVERÆ 1735. 4. SWIETEN. V. *hern.*

JOHANNES GODOFREDUS HAHN *carbo peſtilens a carbunculis, ſive variolis veterum diſtinctus* &c. VRATISLAVIÆ 1736. 4. SWIETEN.

FR.

(r) Dubitat celeberrimus HALLER, ne vitioſe ſcriptum ſit.

Fr. Bailly & J. Jac. Belletete *E. in peſte ut carbunculi ſic & bubones ſtatim ab initio ferro adgrediendi.* Paris 1738. 4.

J. Claud. Adr. Helvetius & Lud. Baude de la Cloy *E. amputatione tutius quam decuſſata ſectione anthrax ſerpens curandus.* Paris 1740. 4.

Car. Gianella in *diſſ. decade* I. Venet. 1748. 8. in decima agit de anthrace, ejusque in celluloſa tunica ſede. Haller.

Guilielmus Bromfield. V. *pag.* 121.

Geofroi, chirurgus, in *traité des cauſes, des accidens & de la cure de la peſte* Paris 1744. 4. ſuas obſervationes habet, in quibus de carbonibus & bubonibus diſſeruit. Haller.

Angelus Nannoni in *trattato chirurgico ſopra la ſemplicità* &c. V. *pag.* 134.

Franciscus Boissier in *noſologiæ methodicæ* T. II. agit etiam de anthrace. In anthrace oppiduli Roquecourbe ægroti perinde ut tarantati novem dies totidemque noctes ſaltare conantur. Carbunculus non peſtilens. Haller. V. *pag.* 139.

Franciscus Imbert in *tractatu de tumoribus* &c. de carbunculo Languedociæ endemio. V. *tumores.*

Le Maitre. V. *pag.* 164.

Josephus Cavallini. V. *pag.* 179.

Toussaint Bordenave. Ejus & Robin diſp. *de anthrace.* Paris 1765. 4.

Richard de Hautesierk. V. *pag.* 192.

Joh. Fournier *obſervations & experience ſur le charbon malin, avec une methode aſſurée de le guérir.* Lyon 1769. 8. Carnem gangræna corruptam ſcalpello mavult auferre: vulnus decocta cum cortice Peruviano cumque ariſtolochia aqua fovet &c. Ita Haller. V. *cariem.*

Marquetus in Buchodz *manuel medical* Paris 1770. 12. ad carbunculum ſedum acre laudat. Haller.

J. J. H. Bücking *de carbunculo benigno.* Helmst. 1771. 4.

Fridr. Joseph. Wilh. Schroeder, Profeſſor Marburgenſis. Ejus *nova carbunculorum, variolarum, & morbillorum invenienda ratio.* Marburg. 1776. 4.

ARTERIOTOME
SIVE
ARTERIOTOMIA.

Aretæus ipſemet arteriotomen exercuit. Vide *pag*. 291.

Galenus in L. VI. *de locorum adfectorum natura* agit de arteriotome antiquorum. V. *pag*. 264.

Oribasius in compendio majori *magnæ collectionis* L. I. agit de arteriarum ſectione, quas medici in temporibus, & pone aures incidunt. Haller. V. *pag*. 264.

Paulus Ægineta in L. VI. arteriotomen in temporibus deſcribit. V. *pag*. 293.

Johannes Actuarius, Zachariæ filius, ab officio Actuarius dictus: idem in codicibus paſſim Archiatri nomine venit. Constantinopoli artem exercuit ſeculo XIII. vel XIV. Galenum in breve compendium contraxit. Ejus *methodi medendi* L. VI. prodierunt, vertente Corn. Henr. Mathisio, Venet. 1554. 4. Paris 1556. 8. Codex ſeculi XIV. eſt in Bibl. Vindobonenſi Lamb. L. VI. p. 110. alius eſt in B. R. P. n. 2304. in Bibl. Bodleyana, in Bibl. Medicea Bandini III. p. 156. 158. 164.

In libro III. agit de arteriarum ſectione. Haller.

Haly Abbas in L. IX. arteriotomen, ſed ex Græcis deſcribit. Haller. V. *pag*. 295.

Hieronymus Cardanus. V. *pag*. 300.

J. Fernelius in *therapeutices* L. II. agit de arteriarum ſectione. V. *pag*. 273.

Ambrosius Paræus in *collectionis latinæ* L. XVI. arteriotomen feliciter exercuit, neque reperit difficilem eſſe. Haller. V. *pag*. 301.

Conradus Gesner in *epiſtolis* a C. Wolfio editis Tiguri 1577. 4. arteriotomen, animoſum auxilium, in amico ſuo Felice Wurtz ob cephalæam primus ab hominum memoria molitus eſt optimo eventu. Haller. V. *pag*. 350.

Felix Wurtz in L. VI. refert de propria cephalæa, quam ſola demum arteriotome ſuperaverit, ſuadente C. Gesnero, manum mutuante Johanne Waser. Ita Haller. V. *pag*. 8.

Stephanus Gourmelen in libro II. *chirurgicæ artis* &c. arteriotomes novam rationem deſcribit. Haller. V. *pag*. 8.

Horatius Augenius. V. *venæ ſect.*

Jacques

Jacques Guillemeau in *Chirurgie Françoiſe* &c. arteriam temporalem poſſe ligari, incidi omnino ad venæ modum, & ſe vidiſſe feliciter ſuccedere. Haller. V. *pag.* 11.

Prosper Alpinus in *Medicinæ Ægyptiæ* libro II. agit de variis ſanguinem mittendi modis. Ægyptii in univerſum plurimum indulgent venarum in capite ſectioni, quod frequentiſſimas ophthalmias patiantur: arterias æque frequenter in oculis, fronte, auribus manibusque incidunt, faciliime coalituras, a nummo impoſito compreſſas. Haller. V. *pag.* 13.

Thomas Fienus in L. VII. *de præcipuis artis* &c. agit de arteriotome. V. *cauter.*

J. Baptista Cortesius, Bononienſis, chirurgus, deinde medicus, & Profeſſor Medicinæ primarius Meſſanenſis, in *miſcellaneorum medicinalium decade* VII. edit. Messanæ 1625. fol. agit de arteriotome & variis ſanguinis mittendi modis. Haller (a). V. *ſteatoma.*

Melchior Sebiz. Ejus *de arteriotomia*. Argent. 1620. 4. V. *venæ ſect.*

Ludovici Robillard & Thom. Gamare *E. vertigini arteriotomia.* Paris 1621. 4.

J. Hornung in *ciſta medica* &c. de arteriotomia funeſta, ex qua repetitæ hæmorrhagiæ. V. *pag.* 315.

Pierre Heurtault agit etiam de arteriotomia. V. *venæ ſect.*

J. Rudolphus Camerarius in *ſylloge memorabilium* &c. centuria XX. part. 75. commoda arteriotomiæ, & part. 76. ex imprudenti arteriotomia mors. Alberti. V. *pag.* 19.

Johannes Maria Castellani. V. *venæ ſect.*

Tiberius Malfi in *nova prattica* &c. L. II. quædam de ſectione arteriarum: inſtrumenta varia, nonnulla ridicula. Caſus varii infelices. Haller. V. *pag.* 20.

J. Akakia & Ant. Biquet *E. phrenitidi arteriotomia.* Paris 1630. 4.

M. Aurelius Severinus in L. *de efficaci medicina* agit de arteriotome: eam ipſe exercuit. Maniam eo præſidio ſuſtulit, epilepſiam mitigavit, ut majora fierent intervalla. Haller. V. *pag.* 276.

Guilielmus Ballonius in *epidemiorum & ephemeridum* L. II. Paris. 1640. 4. aliqua etiam de utilitate arteriotomiæ in capitis doloribus. Haller (b). V. *calcul.*

Nicolaus Tulpius in *obſervationum med.* L. I. c. 48. de gravi capitis dolore arteriotomia ſublato. V. *pag.* 22.

J. Benedictus Sinibaldi. Ejus *γενεανθρωπειας ſ. de hominis generatione decateuchon.* Romæ 1642. fol. Francof. 1669. 4. Haller (c).

In

(a) In *Bibl. Med. pract.* T. II. p. 437. (b) Ibid. p. 451. (c) Ibid. p. 683.

In L. III. tr. 3. c. 2. arteriotomia antiquis frequentior, quam noſtris temporibus. ALBERTI.

THOMAS BARTHOLINUS in *Act. Hafn. Vol.* I. *obſ.* 4. arteriotome tentata ob dolorem immanem capitis, ſummo cum levamine. HALLER (d). V. *pag.* 23.

GUIDO PATINUS in *epiſtolis* PARIS. 1685. 12. 1692. 12. 1718. 12. a morte viri excuſis, arteriotomen in cephalæa probat. HALLER (e). V. *calcul.*

DOMINICUS PANAROLI in *iatrologiſ.* arteriotomes auxilio ſervati phrenitici. HALLER (f). V. *pag.* 25.

JAC. ISRAEL. V. *venæ ſect.*

PAULUS BARBETTE in *Anatome practica* &c. de arteriotome deſperat. HALLER. V. *pag.* 26.

J. JACOB WEPFER in *obſervationibus medico-practicis* &c. p. 131. 175. arteriotomia præſentiſſimum remedium in hemicrania; p. 145. arteriotomiæ cautelæ obſervandæ; p. 315. in phrenitide commendatur. ALBERTI. V. *pag.* 27.

CHRISTOPH. THEOPHILUS SCHEUR *de arteriotomia.* NÜRNBERG 1666. 8.

GOTTH. BEYER *an arteriotomia, ſ. arteriarum ſectio tuto, absque periculo non ſiſtendæ hæmorrhagiæ, & aneuryſmatis inſtitui poſſit.* JEN. 1673. 4.

RUDOLPH. WILHEL. KRAUSE. Ejus *de arteriotomia.* JEN. 1699. 4. V. *hern.*

JOHANNES DOLÆUS. V. *pag.* 40.

ANTONIUS NUCK in *operationibus & experimentis* &c. arteriotomen laudat. V. *pag.* 56.

PETRUS DIONIS in *cours d'operations* &c. arteriotomen molitus eſt, raram eo ævo adminiſtrationem. Exemplum chirurgi, qui arteriam inciſam preſſione ſola & diuturna deligatione ſanavit. Undecies in uno anno celebrem chirurgum arteriam pro vena incidiſſe. HALLER. V. *pag.* 304.

PETRUS VERDUYN in *obſervationibus* &c. de arteria temporali ad curandum intolerabilem capitis dolorem feliciter inciſa. V. *pag.* 69.

MARTIN agit quoque de arteriotomia: in maximis malis arteriam radialem jubet incidere, quoties ſanguinis iter ab arteriis in venas impeditur. V. *venæ ſect.*

SAM. FRID. NÖTHIGER, infelix juvenis. Ejus diſp. *de arteriotomia ejusque uſu & injuſto neglectu.* ARGENT. 1747. 4. Ita HALLER.

SYLV. ANT. LE MOINE & ANNA CAR. LORRY *E. arteriotomia aliquando inſtituenda.* PARIS 1748. 4.

GUILIEL-

(d) Ibid. p. 662. (e) Ibid. p. 560. (f) Ibid. p. 680.

GUILIELMI BUTTER. Ejus diſp. *de arteriotomia:* EDINBURG 1761. 4.

ATRESIA
SIVE
ATRETI, IMPERFORATI.

HIPPOCRATES in L. *muliebrium* II. refert de clauſo utero & ejus medela. Vide *pag.* 286.

A. C. CELSUS *de re medica* L. VII. cap. 28. de vulvæ clauſura. WALTH. V. *pag.* 287.

THEODORUS PRISCIANUS, Archiater VALENTINI II., diſcipulus VINDICIANI. Ejus libri III. prodierunt BASIL. 1532. 4. Primus & tertius ad Chirurgiam ſpectat. Liber III. eſt de muliebribus, cujus in cap. 4. de atretis agit. Alia eſt etiam editio, ſed quatuor librorum, quam cum præfixo nomine OCTAVII HORATIANI HERMANNUS de NEUENAAR, vir nobilis, literarum cupidus edidit cum titulo *de curatione omnium fere morborum corporis humani* &c. ARGENTORATI 1532. fol. Ad eam editionem emendationes dedit REINESIUS. Alia eſt melior editio, cum nomine THEODORI PRISCIANI ad TIMOTHEUM fratrem BASIL. 1532. 4., curante SIGISMUNDO HALENIO. Libri hic tantum tres numerantur, neque quartus adeſt. HALLER.

AETIUS in L. XVI. *tetrabibl.* 4. *ſect.* 4. cap. 96. uterum imperforatum ferro aperit. V. *pag.* 265.

JUDÆUS agit (a) de incidenda membrana virginis imperforatæ. V. *medicam. chir.*

PAULUS ÆGINETA *de re medica* L. VI. cap. 54. de glandis clauſura. Cap. 72. de non perforatis. Cap. 81. de ano non perforato. WALTH. V. *pag.* 293.

HALY ABBAS in *practicæ* L. IX. cap. 63. de ani cura, cum illi foramen non erit. Cap. 56. de vulvæ clauſæ curatione. WALTHER. V. *pag.* 295.

AVICENNA L. III. fen. 21. tr. 4. cap. 12. de clauſura & cura. Cap. 13. de modo adminiſtrandi hanc ſectionem. WALTH. V. *pag.* 267.

ALBUCASIS in libro *practicæ* ſect. 2. cap. 19. de clauſura pudendi. WALTH. V. *pag.* 267.

LAN-

(a) Apud RHAZEUM L. IX. cap. 4.

Lanfrancus in *Chirurgiæ magnæ* doctr. 3. tract. 3. cap. 9. de clauſura matricis. Walth. V. *pag.* 2.

J. Michael Savanarola in *pract. major.* tract. 6. cap. 21. rubr. 9. de clauſura oris matricis. Walth. V. *pag.* 3.

Antonius Benivenius, Florentinus, primus mortalium ſalutare conſilium cepit, non integrum artis ambitum undique ex priorum ſcriptis conſarcinare, ſed ea ſola conſignare calamo, poſteriſque communicare, quæ mererentur ab iis legi. Ejus liber *de abditis rerum cauſis* multo gravior rebus eſt, quam integri ante eum ſeculi compilatitii labores. Prodiit Florentiæ 1507. 4. Basil. 1528. fol. 1529. 8. Harderovici 1621. 8. & alias. Miſti argumenti opus eſt, magna tamen pars chirurgici eſt argumenti. Memorabiles quæ hic continentur curationes omnes ipſius ſunt Benivenii, dictio pura & comta. Agit cap. 28. de atretæ puellæ vagina cultro reſerata. Haller. Et cap. 7. de glande imperforata. Cap. 30. natus ano clauſo. Walth.

Nicolaus Rocheus *de morbis mulierum* &c. de clauſis locis muliebribus. Haller. V. *obſt. art.*

Caspar Hoffmannus in *inſtitutionibus medicis* Lugd. 1545. in L. III. cap. 241. de imperforatis. Walth.

Ambrosius Paræus in collectionis latinæ L. XXIII. refert de atreta manu curata. Haller. V. *pag.* 301.

Amatus Lusitanus in *curationum med. centuria* I. curat. 23. de glande clauſa. Walth. V. *pag.* 314.

Christoph. a Vega *de arte medendi* Lugd. 1564. fol. in L. III. ſect. 10. cap. 16. de clauſura uteri. Walth. V. *caruncul.*

Johannes Wier in *medical obſerv.* ut clauſum uterum, neque ſemel, aperuerit, cum inſtrumentis eo ſpectantibus. Anus clauſus ejusque curatio; glans penis clauſa, & ejus curatio. Haller. V. *pag.* 8.

Hieronymus Mercurialis *de puerorum morbis* Venet. 1583. 4. in L. I. cap. 9. de imperforato pene. Walth. V. *pag.* 9.

Jacques Guillemeau in L. *de la groſſeſſe* &c. de atreta fœmina gravida, & iterum, quæ vaginam cicatricibus clauſam habebat. V. *obſt. art.*

Petrus Forestus in *obſervationum* L. XXVIII obſ. 55. vagina clauſa cultro aperta. Haller. V. *pag.* 13.

J. Posthius, Profeſſor Heidelbergenſis & Archiater, Italorum & Rondeleti diſcipulus, in *obſervationibus anatomicis* Francof. 1590. 8. 1593. 8. atreti pueri. Haller (b).

Hercules Saxonia, Patavinus, Venetiis medicinam fecit, & in patria Academia, Maximiliani etiam II. curam geſſit, quem dicitur ſanaſſe (Tomasin). Non felix medicus, qui uxorem tanquam mola laborantem curaverit, cum gravida eſſet. Ejus *pantheum Medicinæ ſelectum*, *ſ. Me-*

(b) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 291.

Medicinæ practicæ templum omnibus fere morborum inſultibus commune, edente PETRO UFFENBACH ejus diſcipulo, FRANCOF. 1603. fol. HALLER (c). In L. IV. cap. 8. de coaleſcentia. WALTH.

HIERONYMUS FABRICIUS in *pentateuchis* &c. hymen incidit, ſanguinem menſtruum retentum emiſit. HALLER.

Idem in *tract. de operat. chir.* (d) pag. 81. ad aperiendam glandem tectam; pag. 84. de glande non perforata; pag. 95. de glutinatis vulvæ labiis; pag. 100. de ano non perforato. WALTH. V. *pag.* 302.

GUILIELMUS FABRICIUS *obſervationum &c. centuria* I. obſ. 43. ani clauſi curatio & aperitio in infante. *Centuria* III. atretæ virgines cultro curatæ. *Obſ.* 60. ex imperforato utero graviſſima ſymptomata. *Obſ.* 61. de colli matricis clauſi aperitione. WALTH.

Idem in *epiſtolis* &c. ſanatus, qui ano imperforato natus erat. HALLER. V. *pag.* 274.

VIDUS VIDIUS *de curatione* &c. L. XI. cap. 10. cura hypoſpadicorum. Cap. 19. curatio phimoſis pudendi. WALTH. V. *pag.* 14.

LUDOVICUS MERCATUS in *operibus omnibus* T. III. L. I. cap. 6. de his, quæ clauſa habent genitalia. WALTH. V. *pag.* 14.

M. AKAKIA *de morbis mulier.* edit. in SPACHII libro *gynæciorum* ARGENTINÆ 1597. fol. in libro I. cap. 11. de agglutinatione uteri. WALTH.

FRANCISCUS RANCHIN in *opuſculis medicis* &c. tract. de morbis virginum ſect. 3. cap. 1. de clauſura virginali uteri. WALTH. V. *pag.* 315.

JOHANNES JESSENIUS a JESSEN in *inſtit. chir.* &c. pueri ano impervio curato, & fœminæ, cui vulva clauſa erat. HALLER. V. *pag.* 16.

BARTH. CABROL in *alphabet anatomique* &c. ferro reſtituta fœmina, cui clauſa vagina ſanguis collectus erat. HALLER. V. *pag.* 275.

JUL. CÆSAR CLAUDINUS in *empiricæ rationalis* BONON. 1653. fol. libro IV. ſect. 2. tract. 2. part. 1. cap. 3. de clauſura & anguſtia uteri. WALTH. V. *pag.* 336.

RODERICUS a CASTRO, Luſitanus. Ejus *de univerſa morborum Medicina*. HAMBURG. 1603. fol. 1628. 4. 1662. 4. Pars ſecunda huc ſpectat in qua agitur de atretis, de morbis uteri &c. HALLER.

JEAN GIRAULT in *quelques traités* &c. HONORATI BARBIER ſpeculum vaginæ, quo fœminam curavit, cui vagina minimo poro patebat. HALLER. V. *pag.* 303.

DANIEL SENNERTUS in *practicæ* L. III. part. 2. ſect. 1. cap. 3. ani coalitus; part. 9. ſect. 1. cap. 10. de glande imperforata. L. IV. part. 1. ſect. 1. cap. 3. de atretis. WALTH. V. *pag.* 17.

GREGORIUS HORST in *obſervationum med.* L. IV. obſ. 16. genitalia non perforata. *Obſ.* 55. coalitiones pudendorum. WALTH. V. *pag.* 276.

(c) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 295. (d) Edit. PATAV. 1643. fol.

Felix Platerus *obſerv.* L. II. podicis foramen ab ortu nullum. In tract. *de vitiis* cap. 1. uteri januæ anguſtationis cura. Uteri coaliti penitus in muliere, quæ peperit, hiſtoria rara. Walth. V. *pag.* 322.

Henricus Petræus in *Handbüchlein* &c. tract. 9. cap. 1. coalitus ani, & uteri clauſura. Walth. V. *pag.* 18.

Melchior Sebiz in *manuali*, *ſ. ſpeculo Medicinæ in uſus tyronum* in Tomo II. edito Argent. 1661. 8. parte 4. ſect. 10. cap. 5. de glande imperforata. Walth. V. *venæ ſect.*

Paulus Zacchias in *quæſtionibus medico-legalibus* &c. L. II. tit. 3. quæſt. 13. de atretis. L. III. tit. 1. quæſt. 7. de imperforatis. L. VIII. tit. 2. quæſt. 4. in uteri clauſura an ſectio adhibenda; ani clauſuram ſectione ſanare an liceat? L. IX. tit. 3. quæſt. 6. glandis occultatio & imperforatio. Walth. V. *chirurg. forenſ.*

Henricus ab Heers, medicus Londinenſis. Ejus *obſervationes medicæ oppido raræ in Spa & Leodii animadverſæ* Leodii 1622. 8. Leidæ 1685. 12. & alias. Omnino legi merentur, quæ noſter in ægris vidit. Atreta, aperta ſub glande urethra. Haller.

Zacutus Lusitanus *praxis medicinæ* &c. L. III. obſ. ano imperforato ſtercus per virgam excretum. Obſ. 96. puella imperforata in virum verſa. Walth. V. *pag.* 20.

M. Aurelius Severinus *de efficaci med.* parte 2. cap. 47. de imperforatis. Walth. V. *pag.* 276.

Nicolaus Tulpius *obſervat. med.* L. IV. cap. 35. coles ſine urethra. Walth. V. *pag.* 22.

Thomas Bartholinus in *hiſtoriis anatomicis* &c. *centuria* V. 42. *hiſt.* uteri clauſi apertio. *Hiſt.* 43. vulvæ clauſæ ſpontanea curatio.

Idem in *obſerv. med. tranſmiſſ.* Hafniæ 1665. 8. obſ. 13. vulva clauſa inciſa. Walth. V. *pag.* 23.

Johannes v. Horne in μικροτεχνη &c. infantem imperforato ano per chirurgum curavit. Haller. V. *pag.* 23.

Lazarus Riverius in *praxis med.* cap. 14. de uteri clauſura. Walth. V. *pag.* 24.

Ysbrand de Diemerbroeck in *Anatome* &c. atreta inciſione levata, ut parere potuerit. Haller. V. *pag.* 24.

Dominicus Panaroli in *jatrolog.* pentecoſte 2. gallus ſine ano & pene quotidie ſine noxa ſtercus evomens. Walth. V. *pag.* 25.

Johannes Scultetus in *armamentario chir.* pag. 159. de vulva clauſa aperta; pag. 161. de foramine in glande clauſo; pag. 165. anus recens natorum occluſus.

Idem in *obſ. chirurg.* 78. anus non ſatis perforatus. Walth. V. *inſtrum. chir.*

Pe-

Petrus Borellus in *obſerv. medico-phyſ. centuria* I. obſ. 77. pueri imperforato podice nati. Obſ. 78. de virgine imperforata. *Centur.* III. obſ. 9. anus imperforatus. Walth. V. *pag.* 25.

Jacobus Primerosius in *enchirid. med.* &c. part. 2. pag. 222. phimoſis ſ. ani coalitus.

Idem *de mulierum morbis & ſymptomatibus* Roterd. 1657. 4. in L. II. cap. 1. de clauſura uteri. Walth. V. *pag.* 337.

Caspar Reies Franco in *Elyſio jucundarum* &c. agit de atretis puellis. Haller. V. *pag.* 27

Philippus Gruling in *curationum dogmatico-hermeticarum centuria* Northus. 1662. 4. centuria 4. de imperforato utero in puella trium annorum. Walth. V. *pag.* 316.

Henricus v. Roonhuysen *genees en heelkonſtige* &c. C. III. de atretis, & imperforato ano, tum urethra & vulva. Haller. V. *pag.* 28.

Henricus a Möinichen in *obſervat. medico-chir.* &c. atreta puella ab Antonio Trullio ferro aperta. Haller. V. *pag.* 29.

Job. van Meekren in *heel en genees* &c. atretarum omnis generis curatio. Haller. V. *pag.* 30.

Henricus Volgnad. V. *pag.* 31.

Simon Schulze. V. *pag.* 32.

Ehrenfried Hagedorn in *obſervationum & hiſtor.* &c. penis imperforatus feliciter apertus. V. *pag.* 33.

Georgius Wolfgang. Wedel. Ejus diſp. *de atretis.* Jen. 1709. 4. V. *pag.* 34.

Salomon Reisel. V. *pag.* 35.

Daniel Ludovici. V. *pag* 36.

Caspar Kölichen. V. *pag* 37.

Gerardus Blasius in *obſervationibus* &c. vulva clauſa aperta. Haller.

Idem in *Medicinæ univerſæ therapeut. ſpecim.* Amsterdam 1673. 4. parte 2. ſect. 42. cap. 13. de coalitu ani. Part. 6. ſect. 46. cap. 15. de clauſura uteri. Part. 13. ſect. 5. cap. 10. de glande imperforata. Walth. V. *pag.* 42.

Samuel Ledel. V. *pag.* 43.

Stephanus Blancard in *collectaneis* &c. atreta aperta, & emiſſi menſes. Haller. V. *pag.* 45.

Rudolph. Jacob. Camerarius. V. *pag.* 50.

Michael Bernard Valentini. V. *pag* 51.

Theodorus Zwinger in *pædoiatreia practica* &c. habet etiam atreſias. Haller. V. *pag.* 52.

Martin. Joh. Haesbart. V. *pag.* 55.

Josephus Lanzoni. V. *pag.* 59.

Georg. Tobias Dürr. V. *pag.* 60.

Fridericus Ruysch in *obſervationum anatomico-chirurgicarum centuria* &c. hymen nimis perfectum in partu inciſum. Haller. V. *pag.* 63.

Bartholomæus Saviard in *nouveau recueil* &c. anus cœcus pueri nuper in lucem editi feliciter apertus; ſic vulva, cum hymen collectum ſanguinem menſtruum retineret. Haller. V. *pag.* 64.

Georg. Frid. Frank. V. *pag.* 65.

J. Georgius Hoyer. V. *pag.* 68.

Henricus v. Sanden. V. *pag.* 70.

Justus Fridericus Dillenius. V. *pag.* 73.

In *hiſtoria morborum Vratislav.* &c. infans pene & ano deſtitutus. Haller. V. *pag.* 75.

J. Ludovicus Petit in *Mem. de l'Acad. de Chirurgie* T. I. egit de pueris ano imperforato natis, deque ejus mali curatione. Anguſtia vitioſa urethræ, alias inciſione ſanata, alias immiſſis cereis. Haller. V. *oſſ. morb.*

J. Rud. Lavater. Ejus diſp. *de atretis ſ. hypoſpadiæis.* Utrecht 1708. 4.

Hermannus Boerhaave in ſuis *aphoriſmis* &c. ubi agit de morbis virginum. V. *pag.* 79.

Daniel Turner in *treatiſe on the diſeaſes* &c. tractat etiam atreſias. Haller. V. *pag.* 80.

Laurentius Heister in *Eph. N. C. cent.* IV. *obſ.* 193. de ano infantis clauſo cum inteſtini recti defectu. *Vol.* X. *obſ.* 3. atretæ retentos menſes inciſione expedivit. Haller. V. *pag.* 82.

In *Breslauer Samml.* T. III. V. *pag.* 91. & 98.

John Morton in *natural hiſtory of Northamp-tonshire* London 1712. fol. inter rariora provinciæ aliqua adfert ad Chirurgiam facientes hiſtorias. Atreta ſanata, ut tamen urinæ & fæcum itinera confluerent. Haller.

J. P. Wagret (an Wagner?) in *obſervations de Medecine* &c. anus, qui infanti nullus erat, a natura ſuppletus. V. *pag.* 89.

Guilielmus Mauquest de la Motte in *traité complet* &c. aliqua exempla conferventis vaginæ. V. *pag.* 90.

Martinus Schurig in *chylologia* Dresd. 1725. 4. de atreto ano.

Idem in *gynæcologia* ibid. 1730. aliqua de atretis. Haller. V. *pag.* 307.

Anto-

Antonius Benevoli in *diſſertazioni ſopra l'origine dell'ernia* &c. exemplum vaginæ patiente manu ſenſim apertæ. Per vaginam membrana clauſam ferro aperuit, & peranguſtam dilatavit. Haller. V. *hern.*

Girolamo Marini in *prattica* &c. puella atreta ut membrana minimo foramine pateret. V. *pag.* 307.

Benedictus Gulmann. V. *pag.* 102.

J. Christianus Fritsch in *ſeltſame* &c. T. III. de atretis, obque id vitium ſolutis matrimoniis. V. *chirurg. forenſ.*

Jacob Denys in *verhandelingen over het ampt* &c. atretæ variis in vagina impedimentis. V. *obſt. art.*

Carolus Fridericus Kaltschmidt. In ejus *de virginitate.* Jen. 1750. 4. puer ano imperforato, fæces per urethram emittens, recto inteſtino in veſicam patente. In cane ſimile exemplum. Haller. V. *vuln.*

Samuel Schaarschmidt. V. *pag.* 115.

Cornelius Trioen in *obſervationum chirurg.* &c. ani clauſi hiſtoria. V. *pag.* 118.

Gottwald Schuster in *mediciniſchem Journal* &c. atretam mulierem vetat cultro medicari. V. *pag.* 119.

Gerardus v. Swieten in T. IV. ubi agit de morbis virginum. V. *pag.* 123.

Joachim Frider. Henkel in *neue mediciniſche* &c. V. *pag.* 128.

Philip. Adolph. Boehmer in *obſervationum anatom.* &c. membrana in puero nuper nato claudens exitum inteſtini recti perforata: cum tamen ægrotus periret: inteſtinum rectum peramplum, colon inteſtinum ſideratum viſum. Os uteri clauſum cum vagina connatum. Haller. V. *obſt. art.*

Christian Frid. Eschenbach. V. *pag.* 133.

J. Stock *de uteri concrementis.* V. *obſt. art.*

Phil. Samuel Giering in *ſelectis Francof.* T. IV. Vol. II. de ſanato ano clauſo per repetitam inciſionem. Haller.

Henr. Frider. Delius in *Fränkiſcher Samml.* T. VI. uterus clauſus. V. *pag.* 137.

Antonius de Haen in part. VI. fœmina, cui membrana vaginam claudebat, inciſione reſtituta. V. *pag.* 140.

Joseph Warner in *caſes in Surgery* &c. ab hymene urethra pene clauſa: ſic mictus difficilis ob duas quaſi in urethra valvulas, quas auctor inciſa paulum urethra feliciter abſtulit. Haller. V. *pag.* 142.

Andreas Jac. Kirsten. V. *pag.* 144.

Gerh. Andr. Müller diſp. *de atretis.* Giess. 1761. 4.

Bonafos. V. *pag.* 165.

Bulex. V. *pag.* 168.

Garnier L'Agree. V. *pag.* 172.

Franc.

Franc. Guil. le Vacher. Ejus & H. L. Francisci Didier qui auctor eſt, diſp *de ani imperforatione.* Paris 1765. 4. Haller.

J. Caspar Cestari. V. *pag.* 191.

Aubrai, junior. V. *pag.* 201.

Franc. Arand. V. *pag.* 208.

La Mare. V. *pag.* 210.

Doneau. V. *pag.* 225.

Car. Jos. Oehme in L. *de morbis recens natorum* &c. atretæ feliciter apertæ. V. *obſt. art.*

Molmy. V. *pag.* 228.

Finney. V. *pag.* 243.

Wright. V. *pag.* 243.

J. A. Hemman. V. *pag.* 256.

Asper, chirurgus caſtrenſis in Stralsund, retulit (e) de membrana craſſa, muſculoſa orificium vaginæ penitus claudente, cultri ope aperta, & ſanguine menſtruo copioſo per annum integrum in utero collecto, atque graviditatem mentiente evacuato feliciter, ut & menſes regulariter decurrerent, & fœmina poſtea nupta utero gereret.

AURIUM MORBI.

Hippocrates in L. *de locis in homine* agit de aurium morbis eorumque curatione.

Idem in *prognoſtico* de aurium morbis, eorumque præſagiis.

Idem in *prædic. Coac.* L. II. agit de aurium doloribus. Haller. Vide *pag.* 286.

A. Cornelius Celsus in L. V. cap. 6. de auribus fractis (cum cartilago eorum rumpitur). In L. VI. cap. 1. & 7. de morbis aurium. Ad aurium vermes &c. Walth. V. *pag.* 287.

Dioscorides *de med. facile parabil.* L. I. cap. 57. 59. 60. 62. 63. 64. 65. 66. medicamenta varia ad varios aurium adfectus. Cap. 68. ſi lapillus vel aliud quid in aurem inciderit. Walth. V. *medicam. chir.*

Cælius Aurelianus *de diuturn. morb.* L. II. cap. 3. de auriculæ dolore & humoris fluore per auditorias cavernas. Walth. V. *pag.* 293.

Galenus *de compoſ. med. ſec. loc.* L. III. cap. 1. de gravi auditu. De dolore auris ex variis cauſis. Vermes & aliæ res in aures illapſæ. Ad fractas aures.

Idem in L. *de remed. facile parabil.* cap. 7. de aurium inflammationibus, doloribus. Cap. 9. ad gravem auditum. Walth. V. *pag.* 264.

Ori-

(e) In Cel. Richteri *chirurgiſcher Bibl.* 4. *Band.* 4. *St.* p. 763.

Oribasius in *ſynopſis* L. V. cap. 26. ut ne gravis auditus fiat.

Idem *de loc. affect. curat.* L. IV. cap. 34. de difficili auditu. Cap. 36. de aqua, quæ in auribus continetur. Cap. 39. ad aures fractas & relaxatas. Ad lapillos, fabas aut tale quid, aut parva animalcula, quæ in aures inciderunt. Cap. 40. de vermibus aurium. Walth. V. *pag.* 264.

Aetius in *tetrabibl.* I. ſect. 4. cap. 12. ad inflammationes & humiditates aurium. *Tetrabibl.* II. ſect. 2. cap. 73. 74. 75. 76. ad dolores aurium. Cap. 78. de ſonitu aurium. Cap. 79. ad auditus difficultatem. Cap. 80. de aurium inflammatione. Cap. 82. ad fœtorem aurium. Cap. 85. ad excreſcentias carnoſas in auribus. Cap. 86. ad ſanguinis ex auribus eruptiones. Ad vermes aurium. Cap. 88. ad affectiones aurium extra meatum. Ad lapillos aut quidpiam aliud, quod in aurem inciderit. Walth. V. *pag.* 265.

Alexander, a patria, Phrygiæ urbe, vulgo Trallianus dictus, diſcipulus patris ſui Cosmæ, pariter medici, *Jatroſophiſta*, ſive medicus eruditus, ex melioribus certe Græcæ antiquitatis, Justiniani ævo Romæ vixit, & in Italia, in Thuscia, inque Ægypto. Aetio quem citat nuperior, prior Paulo, a quo citatur. Galeni theoriam & Hippocraticam praxin ſequitur.

Magni operis non rara ſunt exempla M. S. In Scorialenſi Bibliotheca Montfaucon I. p. 616. In Bibl. Medicea Plut. 75. In B. Bandini III. p. 95. 96. 138. In B. Brit. n. 950. in B. Cai. Gonv. & libri tantum tres ibid. n. 977. In B. Fonteblaudenſi: in B. R. P. Græce n. 2201. & in alio codice n. 2200. Latine n. 6882. 6887. In B. D. Marci. In Bibl. Guil. Pelisserii Montfaucon II. p. 1199. liber I. & initium ſecundi eſt in B. R. P. n. 2203. Latine Trallianus cum gloſſis Jacobi de Partibus & Simonis Januensis prodiit Lion 1504. Papiæ 1520. 8. Venet. 1522. fol. Porro editio imperfecta & parum plena Albani Torini, libris tantum quinque numeratis, prodiit Basil. 1533. fol. Alia eſt editio cum titulo Albani Torini *paraphraſes* (a) *in libros omnes* Alexandri Tralliani, *recens in lucem editæ* Basil. 1541. fol. Latine ex verſione Guintheri cum notis Ant. Molinæi, Lion 1560. 12. 1575. 12. 1576. 12. Argentor. 1570. 8. Redit in collectione H. Stephani in principibus. Græce Paris. 1548. fol. nitide cum notis Jacobi Goupyli & emendationibus. Græco-Latine Basil. 1556. 8. interprete Johanne Guinthero. Denique editio Lausann. 1772. 8. 2. vol. ad editionem Basil. 1556. paulum emendata eſt. In ea Freindii & Halleri compendium eorum exſtat, quæ Trallianus propria habet. Ita Haller (b).

In

(a) In eam ſunt animadverſiones Reinesii in epiſtolis ad Daumium. (b) In *Bibl. Med. pract.* T. I. p. 303.

In L. I. cap. 24. de aurium morbis; contra aurium dolores anodynum medicamentum ex ſevo anſerino ſeu pulli, lachryma papav., myrrha, croco, compoſitum, ſedulo illitum, valde eximium eſſe. Cap. 25. contra diuturnos aurium tinnitus & ſibilos euphorbium cum oleo cyperino liquatum, & in aurem injectum præſtantiſſimum eſſe remedium. Cap. 28. ad ea, quæ in aures inciderunt, extrahenda. Cap. 29. adverſus aurium vermes oxelæum in aurem inſtillatum, & capparis ſuccus & neptæ ſuccus, quo non eſt aliud præſtantius. Cap. 31. de ſanguinis profluvio ex auribus. Cap. 32. de ſurditate & gravi auditu. Cap. 33. ad ſurditatem medicamenta. Cap. 70. de aurium morbis. L. III. cap. 1. de aurium affectu. Cap. 2. 6. 9. de ſurditate. Cap. 3. de aurium dolore ex frigida cauſa. Cap. 4. de dolore ex calida cauſa. Cap. 7. de dolore ex defluxione. Cap. 5. de inflammatione auris. Cap. 8. ſi ſanguis ex auribus fluat.

Idem *de arte med.* L. III. cap. 1. de aurium affectu. Cap. 2. de inflammatione meatus auditorii. Cap. de tinnitu aurium: de aqua, lapillis &c. in aurem illapſis. WALTH.

PAULUS ÆGINETA *de re medica* L. I. cap. 30. ut ne gravis ſit auditus. In L. III. cap. 23. de auditus difficultate, dolore, & ſurditate; de ſonitu aurium; ad ſordium duritiem; de auditoriis meatibus non perforatis. Cap. 24. de his, quæ in meatum illabuntur. WALTH. V. *pag.* 293.

JOHANNES ACTUARIUS *de methodo med.* L. II. cap. 8. de aurium affectibus. L. IV. cap. 10. iterum de aurium affectibus. L. VI. cap. 3. de aurium affectibus: de animalculis &c. in aures illapſis. WALTH. V. *pag.* 358.

JOHANNES filius MESVES *de ægritudine aurium*, ſumma VI. cap. 1. de dolore aurium. Cap. 3. de apoſtematibus aurium. Cap. 4. de ſonitu & tinnitu aurium. Cap. 5. de debilitate auditus & ſurditate. Cap. 6. de ulceribus aurium. Cap. 7. de vermibus aurium. Cap. 8. de ingreſſione aquæ in aures. WALTH. V. *medicam. chir.*

RHAZEUS in opere ad ALMANSOREM L. IX. tit. de gravedine auditus. De dolore, qui fit in auribus. De ulcere auris. De ſonitu & tinnitu. De his quæ in aures cadunt. WALTH.. V. *pag.* 265.

HALY ABBAS in *theoriæ* L. IX. cap. 14. & 18. de paſſionibus aurium. In *practicæ* L. V. cap. 62. de dolore aurium. Cap. 64. de ſanguinis & ſaniei, quæ ab aure exeunt, medela. Cap. 65. de oppilatione aurium & ejus medela. Cap. 66. de ſuſurrationis & tinnitus aurium cura. Cap. 67. de ſurditatis medela. L. VIII. cap. 63. de auris apoſtematibus. L. IX. cap. 30. de auris imperforatæ cura. WALTH. V. *pag.* 295.

AVICENNA in L. III. fen. 4. tract. 1. cap. 3. 4. 5. de nocumentis auditus, ſignis & cura. Cap. 6. 7. 8. de auris dolore, ſignis & cura. Cap. 9. 10. 11. de ſonitu, tinnitu, ſibilo, ejus ſignis & cura. Cap. 12. de cura ulcerum auris. Cap. 13. 14. de ruptione ſanguinis in aure & ejus cura. Cap. 15.

de

de cura ſordis, & ab hac natæ obſtructionis. Cap. 18. de attritione & contuſione auris. Cap. 20. 21. 22. 23. de introitu aquæ & animalium &c. in aures, & generatione vermium in iisdem, & curatione. WALTH. V. *pag.* 267.

ALBUCASIS in L. *practicæ* tract. 3. cap. 1. de gravitate auditus. Cap. 3. de dolore auris. Tract. 4. de ſonitu aurium. Cap. 5. de exitu ſanguinis ex aure. Cap. 7. de fluxu aquæ turbidæ ab aure. Cap. 8. & 9. de apoſtematibus aurium. Cap. 10. de his, quæ in aures incidunt. Tract. 26. cap. 16. de liquore fluente ex auribus pueri. WALTH. V. *pag.* 267.

LANFRANCUS *Chirurgiæ magnæ* doctrina III. tract. 3. cap. 2. de morbis aurium. WALTH. V. *pag.* 2.

BERNARDUS GORDON in L. *med. pract.* III. cap. 8. de paſſionibus aurium (ſurditate). Cap. 9. de tinnitu & ſibilo. Cap. 10. de dolore auris & apoſtemate intrinſeco. Cap. 11. de ulcere aurium & ſanie. Cap. 12. de ſanguine fluente ex auribus. Cap. 13. de oppilatione auris a re incidente in eam. WALTH. V. *pag.* 270.

ARNALDUS DE VILLANOVA in *breviarii* L. I. cap. 33. de ſurditate, tinnitu & ſonitu aurium. Cap. 34. de dolore auris ob caliditatem & frigiditatem, vel ſanguinis repletionem, vel apoſtema ibi natum. Cap. 35. de vermibus in aure natis, & de caſu lapilli, grani, vel pulicis, vel hujusmodi in aurem, & quomodo debeant extrahi. Ad vermes, inquit, evocandos ſemen hyoſcyami cum pauca cera confice, & ſuper ardentes prunas pone, & per embot. fumum patiens in aurem ſumat, ſuppone vas, in quo ſit aqua, quia pro certo videbis vermes cadere in aquam. Ad enecandos autem vermes ſequens commendat: ℞. ol. amygdal. amar. vel nucleor. perſic. expreſſ. cum ſucco rutæ, abſinthii, perſicariæ &c. & pulvere aloes; omnia parum bulliant, colentur, & de hoc liquore parum in aures immitte. WALTH. V. *pag.* 296.

NICOLAUS BERTRUCCIUS, Lombardus, floruit circa annum 1312. (c). In ejus *methodi cognoſcendorum tam particularium quam univerſalium morborum* MOGUNTIÆ 1534. vel 1543. 4. L. I. pag. 41. 42. 43. 44. ſurditas, dolor aurium, tinnitus &c. WALTH. Conf. *pag.* 2.

GUILIELMUS DE VARIGNANA. Ejus *ſecreta ſublimia ad varios curandos morbos* VENET. 1520. 8. LION 1522. 4. 1526. 8. 1539. 8. BASIL. 1597. 8. hic caſtigatus, curante C. BAUHINO. Scripta ſunt. HALLER (d). In tract 5. cap. 1. de dolore aurium. Cap. 2. de humiditatibus aurium, ſanie, ulceribus, & exitu ſanguinis. Ad ejusmodi ulcera nihil melius, quam ſuccus foliorum ſalicis. Cap. 3. de vermibus aurium: urina hominis jejuni in aure poſita, ut & oleum ſcorpionum ſtatim eos educit. WALTH.

GUY DE CHAULIAC in *Chirurgiæ* tract. 6. doctr. 2. cap. 2. de ægritudine aurium: de gravitate auditus, ſurditate; de lapillo, vel nucleo, vel beſtiola, vel quocunque ingrediente aurem. WALTH. V. *pag.* 297.

Aaa 2 J. MAT-

(c) HALLER in *Bibl. Med. pract.* T. I. p. 442. (d) Ibid. p. 443.

J. MATTHIAS DE FERRARIIS, vulgo de GRADIBUS, non a GRATE, a patria *grado*, Profeſſor Ticinenſis, dicitur obiiſſe a. 1460., quod falſum eſt, vixit enim a. 1471. (e). Ejus *practicæ pars I. & II. vel commentarius textualis cum ampliationibus in nonum* RHAZIS *ad* ALMANSOREM *cum textu*. PAPIÆ 1497. fol. LION 1527. 4. VENET. 1521. fol. 1560. fol. cenſore JANO MATTHÆO DURASTANTE. Editionem literis Gothicis a MICH. de CAPELLA Lugdunenſem curatam absque anno apud MATTHÆUM citat FALCON. Seorſim prodierat pars I., pars II. PAPIÆ a. 1471. Ita HALLER (f). In parte I. cap. 31. de dolore aurium. Cap. 32. de ulceribus auris. Cap. 33. de ſonitu & tinnitu aurium. Cap. 34. de gravedine auditus ſ. ſurditate.

Idem in ſuo *conſiliorum ſecundum vias* AVICENNÆ *ordinatorum utili repertorio*. VENET. 1514. fol. LION 1521. fol. 1535. fol. PAPIÆ 1571. fol. conſil. 26. de diminutione auditus. Conſil. 27. pro dolore auris cum apoſtemate & ulcere. WALTH.

BARTHOLOMÆUS DE MONTAGNANA, Profeſſor Bononienſis. Ejus *conſilia & varii tractatus inter opera ſelectiora*. VENET. 1497. fol. 1514. fol. LION 1525. fol. *Conſilia* ſeorſim prodierunt a. 1565. fol. FRANCOF. 1604. fol. Ad ægritudines totius corporis etiam chirurgicas ſpectant. Ejus operis codex eſt in Bibl. CAIO GONV. n. 973. PETRUM vocat PORTALIUS, & PETRUM de MONTAGNANA laudat JOHANNES a KETHAN. Sed BARTHOLOMÆI nomen *conſiliis* præfixum eſt, quem virum ſummum fuiſſe Chirurgiæ operatorem GERHARDUS BOLDERIUS in propria epiſtola teſtatur. Ita HALLER. In *conſilio* 65. agit de exitu humiditatis corruptæ ab aure. *Conſ.* 66. de nocumento ablationis, & corruptionis auditus. *Conſ.* 67. 68. 69. 70. de ſibilo & ſonitu aurium. WALTH.

ANTONIUS GUAINERIUS, Papienſis, ſeculo omnino XV. vixit, qui opus ſuum PHILIPPO MARIÆ SFORTIÆ Duci Mediolanenſi dicaverit, cujus mors cadit in a. 1447.; idem JACOBI de FOROLIVIO diſcipulus, & PHILIPPI Mediolanenſis. Ejus eſt *opus medicum practicum* ſ. potius *omnes tractatus*, quos ad diverſas corporis humani ægritudines, uti ad ægritudines capitis, oculorum, aurium &c. edidit PAPIÆ 1497. fol. 1498. fol. 1508. fol. 1516. fol. PAPIÆ cum JOH. FALCONIS additionibus 1518. 4. LION 1525. 4. HALLER (g). Cap. 3. & 4. agit de gravi auditu, de tinnitu aurium &c. WALTH.

ANTONIUS CERMISONUS. Ejus *conſilia medica* fere ubique cum MONTAGNANA prodierunt, ut VENET. 1497. fol. 1499. fol. 1514. fol. 1518. fol. LION 1525. 4. NORIBERG. 1652. fol. Medicamentorum ſeries fere eſt, absque morbi hiſtoria, perinde ad omnia a capite ad calcem mala. HALLER

(e) CORTE. (f) In *Bibl. Med. pract.* T. I. p. 463. (g) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 460.

LER (h). *Conſilium* 14. contra debilitatem auditus. *Conſil.* 15. contra manationem ſaniei ex aure. WALTH. Conf. *pag.* 3.

J. MICHAEL SAVANAROLA, Patavinus, LEONELLI Ducis Ferrarienſis medicus, infelicis illius HIERONYMI avus, CERMISONI diſcipulus. HALLER (i). *In practicæ majoris* VENET. 1497. 1561. fol. LION 1560. fol. tract. 6. cap. 4. rubrica 1. de auditus diminutione; rubr. 4. de tinnitu & ſibilo aurium; rubr. 5. de aurium dolore; rubr. 6. de iis, quæ aures ingrediuntur ab extra. WALTH. Conf. *pag.* 3.

JOHANNES BAVERIUS de BAVERIIS *conſilium* 13. de exitu ſaniei ab aure. *Conſil.* 34. de dolore auris. WALTH. V. *pag.* 3.

JOHANNES ARCULANUS aut HERCULANUS, Veronenſis, BONONIÆ, PATAVII demum artem medicam docuit a. 1457. Ejus *practica medica, quæ omnium morborum & ſymptomatum cenſus & remediorum præſagia exponit, ſ. expoſitio in* RHAZIS *librum IX. ad* ALMANSOREM. VENET. 1493. fol. 1497. fol. 1502. fol. 1557. fol. 1560. fol. BASIL. 1540. fol. Spiſſus eſt & verboſus liber, multum ſermocinationis continet, multa & ſæpe ſubleſtiſſimæ fidei medicamenta, boni & proprii omnino nihil. Ita HALLER (k). Capite 3. de dolore aurium. Cap. 36. de aurium ulcere & ſanie. Cap. 39. de gravedine, imminutione ſ. ablatione auditus. Cap. 40. de vermibus aurium. Cap. 41. de his, quæ in aures extrinſecus cadunt. WALTH. Conf. *pag.* 4.

ALEXANDER BENEDICTUS in L. III. cap. 6. 7. 8. 9. 10. &c. fuſe agit de ſurditate, tinnitu, dolore, inflammatione, aurium, de iis, quæ in aures incidunt extrahendis; de ſanguinis fluxu ex auribus &c. WALTH. V. *pag.* 300.

SYMPHORIANUS CHAMPIER, Archiater Lotharingicus, qui poſterioribus ſuæ vitæ annis ſe CAMPEGIUM dixit, ipſe ſibi vero nomen *aggregatoris* impoſuit, non indoctus homo, polygraphus & collector, ſemibarbarus tamen. Ejus *practica nova de omnibus morborum generibus* LION 1517. 8. & cum alio titulo 1525. 8. 1522. fol. BASIL. 1547. Compilatio nullo cum ſelectu, & immenſa cum farragine medicamentorum. Id placet, quod Græcorum conſilia ſeparet ab Arabum placitis, horum a nuperis. Ita HALLER (l). In L. II. cap. 14. de ægritudine aurium: de gravi auditu, ſurditate &c. WALTH. Conf. *pag.* 300.

GALEACIUS de S. SOPHIA. Ejus *opus Medicinæ practicæ antehac nunquam impreſſum in nonum tractatum L.* RHAZIS *ad* R. ALMANSOREM *de curatione morborum particularium* &c. HAGENAU 1537. fol. HALLER (m). Cap. 31. de dolore auris. Cap. 32. de ulcere auris. Cap. 33. de ſonitu aurium. Cap. 34. de gravitate auditus. Cap. 35. de vermibus aurium, & par-

(h) Ibid. pag. 459. (i) Ibid. pag. 461. (k) Ibid. pag. 462. (l) Ibid. pag. 494. (m) Ibid. pag. 451.

vis animalibus ipſas ingredientibus. Cap. 36. de eo, quod in aure figitur ab exterioribus ingreſſum. WALTH.

GODOFREDUS STEGHIUS in *Medicinæ pract.* L. VIII. Cap. 13. ſurditatis & gravis auditus ratio & curatio. Cap. 14. tinnitus & ſibili aurium ratio & curatio. L. XII. cap. 16. inflammationis aurium ratio & curatio. L. XIII. cap. 25. de aurium ulceribus. WALTH. V. *pag.* 313.

JOH. STOCKERUS, qui a. 1520. ſcripſit *Regiment für den Gepreſten der Peſtilenz.* NÜRNBERG. 4. Ejus *praxis aurea ad corporis humani morbos tum internos tum externos cura* ADR. TOLL. LEID. 1657. 12. 1634. 12. 1654. 16. 1659. 12. Formulæ antiquiſſimi ſaporis. HALLER (n). In L. I. cap. 13. de dolore, apoſtemate, ulcere, & ſanie aurium. Cap. 15. de ſurditate. Cap. 19. curatio doloris aurium. Cap. 20. curatio ulcerum auris: laudat medicamentum ex oxymelle & viridi æris; etiam ſuccum virgæ paſtoris. Cap. 21. curatio vermium in auribus. Cap. 22. curatio tinnitus aurium. WALTH.

PETRUS DE BAYRO, Taurinenſis, magnus clinicus. Ejus *opus poſthumum de medendis corporis humani malis enchiridion vulgo vade mecum* prodiit etiam FRANCOF. 1612. 12. Ita HALLER (o). In L. IV. cap. 1. de dolore aurium. Cap. 2. de auribus doloroſis & ſaniem manantibus. Cap. 4. de ſonitu, tinnitu & ſibilo aurium. Cap. 5. de extractione aquæ in aure. Cap. 6. de extrahendis vermibus ex aure. Cap. 8. de ſurditate. WALTH. Conf. *pag.* 5.

PHILIPPUS THEOPHRASTUS PARACELSUS in parte 3. & 5. agit de doloribus aurium. WALTH. V. *pag.* 272.

HIERONYMUS CARDANUS, vel CASTILIONEUS, ut in primis ſcriptis ſuis ſe dixit, nothus, medicus, mathematicus, aſtrologus, polyhiſtor & polygraphus, vir mirifici ingenii, ad inveniendum in difficillimis mathematicis quæſtionibus idoneus, ſed inſtabilis & irrequietus, bis de catalogo medicorum patriorum rejectus, inque ſuis adnotationibus non ſemper cautus, vanus idem & περιαυτολογος, aliquamdiu BONONIÆ ſupra ordinem Profeſſor fuit. Scripſit adeo rapide, ut librum de medicamentis ſimplicibus intra 15. diem abſolverit. Ita HALLER (p). In L. *de cauſis, ſignis, & locis morborum* BASIL. 1582. 8. pag. 132. agit de aurium vitiis. WALTH. V. *pag.* 300.

ALOYSIUS MUNDELA, Brixianus. Ejus *epiſtolæ medicinales, variarum quæſtionum & locorum* GALENI *difficilium expoſitionem continentes* BASIL. 1538. 4. 1543. 4. Cum natura quidem ipſa vix conſuevit, laudari tamen meretur, quod ab Arabibus ad Græcos legendos ſuos coetaneos revocaverit. HALLER (q). In *Epiſtola* 20. habetur auditus gravedine laboranti conſilium. WALTH.

ANDREAS

(n) Ibid. p. 507. (o) In *Bibl. Med. pract.* T. I. p. 493. (p) Ibid. T. II. p. 18. (q) Ibid. p. 39.

Andreas Vesalius, Bruxellæ natus, patre Germano, magnus inciſor, etiam manu medicinam fecit, inter Archiatros fuit Caroli V. & Philippi II. Bella ſecutus eſt, Caroli V. comes, vir melancholicus, & de ſua valetudine ſæpe conqueſtus. Ejus eſt *paraphraſis in nonum librum* Rhazæ *ad* Almansorem *de adfectuum ſingularum corporis partium curatione.* Basil. 1537. 8. Wittenberg. 1586. 8. Compendium Medicinæ practicæ, ſuo ævo claſſicum. Aliqua, non multa, ſua interpoſuit. Ita Haller (r). Cap. 31. de aurium dolore. Cap. 32. de aurium ulcere. Cap. 33. de ſonitu & tinnitu aurium. Cap. 34. medicamenta ad gravem auditum, & tinnitum aurium. Cap. 36. ad ea, quæ in meatum auditorium inciderunt evellenda. Walth.

Ejus *Chirurgiam magnam* Prosper Borgaruccius edidit Venetiis 1568. 8. in ſeptem libros digeſtam, quam audacter Vesalio tribuit, eoque viro negat indignam eſſe. Nihil tamen habet, quod Vesalii gravitatem referat, nimis multas citationes Arabiſtarum, & refutationes, ad quas Vesalius non deſcendebat, contentus Galenum emendare, quem unum reliqui exſcripſerant. Integra capita Borgarucciani operis ex Fallopio ſumta eſſe Cocchius adnotavit (s). Neque putat celeberrimus Haller ſpiritus Vesalii adeo humiles fuiſſe, ut ex Tagaultio icones eſſet imitatus. Non adeo inutilis liber. Ita Haller (t).

Sebastianus Austrius, Rubeaquenſis prope Colmariam. Ejus *de ſecunda valetudine tuenda in* P. Æginetæ L. *explanatio*, *univerſalem ſuper hac re materiem complectens* Argent. 1538. 4. Basil. 1540. 4. Haller (u). Cap. 12. contra aurium humectationes infantum. Cap. 30. adverſus gravem auditum. Walth.

Idem in L. *de infantum ſ. puerorum morborum* &c. Basil. 1540. 8. Lion 1549. 8. Argent. 1590. 8. *Morb.* 21. aurium dolor. *Morb.* 22. aurium humiditates. *Morb.* 23. aurium purulentia. Walth.

Johannes Fernelius in *Medicinæ univerſæ* L. V. de part. morb. cap. 6. aurium morbi cauſæ & ſigna. Walth. V. *pag.* 273.

Antonius Fumanellus, Veronenſis. Ejus *opera cum ad tuendam ſanitatem tum ad profligandos morbos plurimum conferentia* Tiguri 1557. fol. Paris 1592. fol. In tract. *de compoſitione medicam.* cap. 23. de variis aurium affectibus. Haller (x).

Vidus Vidius, ſenior, Florentinus, Francisci I. Archiater, & Profeſſor Pariſinus, deinde Piſanus, Parisiis a. 1544. fol. ſplendidam dedit editionem *Chirurgiæ a Græco in Latinum converſæ;* neme Hippocratica opera omnia de ulceribus, fiſtulis &c.

Ejus

(r) Ibid. pag. 32. (s) Ad Nicetam. (t) In Bibil. chir. T. I. pag. 193. (u) In *Bibl. Med. pract.* T. II. p. 42. (x) Ibid. p. 30.

Ejus *de curatione generatim Pars I. qua rerum præter naturam ad humanum corpus pertinentium cognitio ac curatio in univerſum traditur.* FLORENTIÆ 1587. 4. *Partis II. Sectio II.* VENET. 1586. fol. 1594. fol. nempe libri XXV. ante mortem ab auctore editi, undecim vix inchoati, & a nepote VIDO VIDIO elaborati prodierunt FRANCOF. 1596. fol. *Opera omnia* FRANCOF. 1626. fol. Ita HALLER (y). In L. IV. *de curatione membratim* cap. 10. de communibus & propriis præceptis ad curandas aures pertinentibus. Cap. 11. de inflammatione, & curatione obſtructionis aurium; de exeuntibus ab aurium cavitatibus, ut pus, ſanies, ſanguis. Cap. 12. de curandis ſymptomatibus; de pertinentibus ad tangendi & audiendi ſenſum. WALTH.

JULIUS ALEXANDRINUS a NEUSTAIN, Tridentinus, Archiater Cæſareus. Ejus *enantiomata ſexaginta quatuor* GALENI, *cum encomio* GALENI. VENET. 1548. 8. Contrarias GALENI ſententias conatur conciliare. De medicanda aurium phlegmone. HALLER (z).

AMBROSIUS PARÆUS in *operat. chir.* L. XII. c. 16. de aurium ulceribus. L. XVI. de aurium meatu occluſo, & rerum in ipſas illapſarum eductione. WALTH. V. *pag.* 301.

BENEDICTUS VICTORIUS, Faventinus, LEONELLI nepos, magnus clinicus, primarius Profeſſor Patavinus, inde Bononienſis. Ejus *empirica Medicina de curandis morbis totius corporis & febribus* &c. VENET. 1550. 8. 1555. 8. LION 1572. 12. FRANCOF. 1598. 8. Liber JULIO III. dicatus, omnino empiricus. Morbi recenſentur a capite ad pedes; ad eos farrago medicamentorum ſæpe vaniſſimorum. HALLER (a). In L. I. cap. 7. ad ſurditatem. WALTH. Conf. *pag.* 7.

CHRISTOPHORUS A VEGA in *artis medendi* LION 1565. fol. L. III. ſect. 3. cap. 1. de aurium dolore & inflammatione. Cap. 2. de aurium ulcere. Cap. 3. de aurium ſonitu. Cap. 4. de ſurditate & gravi auditu. WALTH. V. *caruncul.*

DONATUS ANTONIUS ab ALTOMARI, Profeſſor Neapolitanus. Ejus *ars medica*, *ſ. de medendis corporis humani malis.* NEAPOLI 1553. 4. 1661. 4. VENET. 1550. fol. 1559. fol. 1560. 4. 1565. 4. 1597. 4. 1670. 4. LION 1559. 8. HARDEROV. 1656. 8. quæ legi, inquit celeberrimus HALLER (b), ex veteribus collecta utilitate carent, etſi ſint fuſiſſima. Cap. 33. de aurium dolore. Cap. 34. de aurium ſonitu & tinnitu. WALTH.

LEONHARDUS GIACCHINUS, Emporienſis, medicus Florentinus, poſtea Piſanus. Ejus *commentaria emendatiſſima in nonum L.* RHAZIS *ad* ALMANSOREM, BASIL. 1564. 4. 1579. 8. LION 1575. 8. 1577. 8. 1622. 8. HALLER (c). Cap. 20. de aurium dolore. Cap. 21. de aurium inflammatione.

(y) Ibid. p. 73. (z) Ibid. p. 84. (a) Ibid. pag. 27. (b) Ibid. pag. 80. (c) In *Bibl. Med. pract.* T. I. p. 538.

tione. Cap. 22. de ulceribus aurium. Cap. 23. de tinnitu aurium. Cap. 24. de gravi auditu. WALTH.

J. (aut PETRUS) PAUL. PERNUMIA. Ejus *therapeutice, ſ. nova & ſingularis medendi ratio affectus omnes præternaturales* L. VIII. VENET. 1504. 4. 1574. 4. FRANCOF. 1596. 8. edente TRYPHONE PERNUMIA J. C. In hoc opere generalia ſunt & collectanea ex veteribus. Ita HALLER (d). In L. VII. agit de aurium morbis. WALTH.

GUILIELMUS RONDELET, Monſpelienſis, clinicus, inciſor, cultor rei naturalis, Cancellarius, vir minime vulgaris, etſi valetudinarius. Ejus *methodus curandorum omnium morborum corporis humani* L. III. *De cognoſcendis morbis. De febribus. De morbo Italico. De externis & internis* &c. LION 1575. 8. 1583. 8. 1585. 8. PARIS. 1576. 8. FRANCOF. 1592. 8. MONSPEL. 1601. 8. GENEV. 1608. 8. Compendium praxeos ad omnes morbos internos & externos. Curationes. Plurimus eſt in formulis; paſſim tamen in L. *de cognoſcendis morbis* etiam adnotationes habet & cadaverum inciſiones. Ita HALLER (e). In L. I. cap. 64. de gravi auditu: maxime commendatur medicamentum ex foliis rutæ, fraxini, & radice hellebori albi cum oleo amygdalarum amararum coctum. Cap. 67. de aurium dolore; de ulceribus auris. Cap. 68. medicamentum ad aurium tinnitum. WALTH. Conf *pag.* 8.

HIERONYMUS MERCURIALIS, Forolivienſis, bono loco natus, vir doctus, & magnæ auctoritatis, qui etiam ad MAXIMILIANUM II. curandum vocatus, Cæſarem ſanavit. HALLER (f). Ejus *prælectiones de oculorum & aurium adfectibus* FRANCOF. 1584. 8. 1591. 8. Cap. 2. de gravi auditu & ſurditate. Cap. 3. de tinnitu & ſurditate. Cap. 4. de dolore aurium; res alienæ quomodo extrahendæ. WALTH.

Idem *reſponſionum & conſiliorum medicinalium* T. I. VENET. 1579. 4. 1587. fol. BASIL. 1587. 8. edente MICHAELE COLUMBO. Tom. II. Accedit *collegiandi ratio*, curante iterum COLUMBO, VENET. 1589. fol. 1590. fol. Deinde Tomi III. VENET. 1597. fol. HALLER (g), *conſil.* 54. 78. 83. de gravi auditu & ſurditate. WALTH.

Idem in *Medicina practica ſ. de cognoſcendis, diſcernendis, & curandis omnibus corporis humani adfectibus prælectionum Patavinarum L. V.* opera PETRI de SPINA edita FRANCOF. 1602. fol. LION 1618. 4. 1623. 4. VENET. 1627. fol. curante GUIL. ATHENIO, quæ editio dicitur tertia parte aucta eſſe. Plenus liber diſceptationum & ratiociniorum. Medicamenta ſolet dare leniora. HALLER (h). In L. I. de affectibus capitis, cap. 40. de ſurditate & difficili auditu. Cap. 41. de tinnitu & ſonitu aurium: fumus, ait

(d) Ibid. pag. 149. (e) Ibid. pag. 110. (f) Ibid. pag. 169. (g) Ibid. (h) Ibid.

ait auctor, a me inventus eſt præſtantiſſimus: ℞. cumini, aniſi a. unc. j. flor. chamæm. fœn. græci ana pug. j. aq. commun. lib. jj. aceti unc. j. M. bulliant. Cap. 42. de dolore aurium; de cura illapſorum in aurem. WALTH. Conf. *pag.* 9.

VICTOR TRINCAVELLUS (TRINCAVELLA), Venetus, Profeſſor Patavinus. Ejus *enchiridion medicum de ratione curandi particulares corporis humani affectus prælectiones in XII. libros diſtinctas* edidit BELISARIUS GADALDINUS VENET. 1575. fol. BASIL. 1588. 8. HALLER (i). In L. IV. cap. 2. & 3. de aurium dolore & ejus curatione. Cap. 4. de ulceribus aurium. Cap. 5. & 6. de affectibus, ex quibus læditur actio ſenſus auditus & ejus cura. WALTH.

Ejus *conſilia medica poſt editiones Venetam & Lugdunenſem acceſſione CXXVIII. conſiliorum locupletata* &c. BASIL. 1587. fol. Conſilia ſæpe non ſolius ſunt TRINCAVELLI, ſed FRISIMELICÆ etiam, BELLACATI, FRACANZANI, CAPIVACCII. Paſſim tamen TRINCAVELLUS, ut expertus, loquitur. HALLER (k). *Conſilium* 72. de gravi auditu. *Conſ.* 73. de loquendi & audiendi difficultate. WALTH.

Ejus *libellum ſ. commentarium in* GALENI *L. de compoſitione medicamentorum* HIPPOCRATIS, *& in prognoſtica* HIPPOCRATIS *poſthumum* edidit G. HIERONYMUS WELSCH, ULM 1676. 4. HALLER (l). Cap. 14. de medicamentis ad aurium adfectus curandos. Cap. 15. de medicamentis auditui laboranti accommodatis, ut gravis auditus, & ſurditas. WALTH. Conf. *pag.* 10.

DOMINICUS LEONUS. Ejus *ars medendi humanos, particularesque morbos a capite ad calcem* prodiit etiam BONON. 1583. fol. FRANCOF. 1597. 8. 1627. 8. Longum opus, ad morem veterum ſcriptum; continet etiam morbos oculorum, aurium &c. Anatomen partium adfectarum cum morbis conjungit, Arabes potiſſimum ſequitur, formulasque veterum repetit, neque boni vel proprii quidquam ſe reperiſſe teſtatur HALLER (m). Sect. I. L. I. cap. 2. de auditu imminuto ob res præternaturales, vermes, lapillos &c. in iis hærentes. L. V. cap. 2. & 4. ſurditas, & ad id malum medicamenta: laudat pinguedinem & fel anguillæ ſimul mixta & in aurem inſtillata. Cap. 3. de ſonitu aurium. Cap. 6. de aurium ulcere. Cap. 7. de ſanguinis fluxu ex auribus. WALTH. Conf. *pag.* 10.

JOH. RIOLAN, pater, medicus Pariſinus, Galenicus. Ejus *generalis & particularis medendi methodus.* GENEVÆ 1589. 8. PARIS. 1598. 8. 1629. 8. Generalia, deinde morbi ſinguli cum ſuis medicamentis, & frequentibus formulis. HALLER (n). In ſect. 1. tract. 3. de dolore & inflammatione aurium; de illapſis in aurem; de ſurditate & gravi auditu; de tinnitu aurium; de ſuppurata aurium phlegmone: non contemnendum eſſe MAR-

CELLI

(i) Ibid. pag. 46. (k) Ibid. (l) Ibid. (m) Ibid. pag. 138. (n) Ibid. pag. 792.

CELLI experimentum; miſce, inquit, lactis vaccini unc. jj. cum unc. j. mellis & infunde, mox lana aurem occlude, & etiam ſi ulcus ſit cancrodes, nihilominus miraculoſe ſaneſcet. WALTH.

BARTHOLOMÆUS CARRICHTER de RECHINGEN, medicus MAXIMILLIANI II., ex ſecta Paracelſica. Ejus *practica von allerhand Leibskrankheiten, vom Urſprung der offenen Schäden.* STRASBURG 1579. 8. 1590. 8. 1597. 8. 1619. 8. 1621. 8. 1752. 8. HALLER (o). Cap. 17. contra gravem auditum. Cap. 29. de rebus in aures illapſis. WALTH.

GUALTHER DE BRUELE (aut BRUEHL) alias BRANT (p), in *praxis medicæ theoricæ & empiricæ*, (in qua farraginem incomtam medicamentorum ASTRUCIUS carpit) pag. 130. medicamenta ad gravem auditum. WALTH. V. *pag.* 11.

Reinerus Solenander in *conſiliorum medicorum* ſect. IV. *conſ.* 14. condiendi funus medicati ratio. In Italia hic ordo ſervatur: primum pharmacopolam jubent, ut hæc ſimplicia adornet, quorum poſtea in conditura uſus erit. ℞. *roſar. rubr.*, *abſinthii*, *lavendulæ*, *nuc. cupreſſ.*, *ſalviæ*, ana m. *iij. calam. aromat.*, *ſpicæ nard.*, m. *j. myrrhæ*, *maſtic.*, *aloes*, ana unc. *j*ß. *cinnamomi*, *macis*, *nucis moſchatæ*, *caryophyl.*, *croci*, ana unc. *j. aluminis rochæ*, *acaciæ* ana unc. *ij. ſal. communis* lib. *j. cumini*, *furfuris torrefacti*, ana lib. *j.* Contuſa omnia groſſo modo ſerventur ad conditur am. ℞. *aquæ vitæ* lib. x. *aceti acerrimi* lib. *xv. ſtup. cannab.* vel *cotti* lib. viij. *ſpongias magnas* no. jv. Iſta omnia parata habere decet; adminiſtratio autem conditurae hac ratione perficitur: inciſo ventre longitudinaliter, atque lati udinaliter, detracto etiam ſterno, & ſerra ablato cranio, auferuntur omnia interanea omnium trium cavitatum; poſtea totum corpus intus aqua frigida primo eluitur, ac ſpongiis abſtergitur; ſecundo aceto acerrimo; tertio aqua vitæ diligentiſſime. Deinde facta cum ſicca ſpongia abſterſione, pulvis inſperſus infricatur ea ratione, qua ſuillam carnem ſale condimus. Tandem faldellæ ex ſtupa, aut cotto, aqua vitæ immerſæ, & rurſus manu expreſſæ undequaque carni applicantur, inſperſo una pulvere, quibus cavitas ventris, pectoris, & capitis tota impletur, ac demum conſuitur cutis. Poſtremo omnium linteo incerato calente adhuc cadaver obvolvitur ita tamen, ut digitus a digito ſit ſeparatus; denique cadaver linteo incerato involutum pro colophone pice navali illinitur. Conſervatur cadaver hac ratione conditum ad decem vel duodecim annos; quodſi diutius adſervari velis, omnes muſculi totius corporis longitudinaliter inciſi, & præſcripto modo eloti, pulvere erunt inſpergendi, & apprimendi. Ita paratur linteamen inceratum ℞. *ceræ novæ* lib. ij. *reſinæ pini*, *terebinthin.* ana lib. j. *gummi Arabici* unc. vij. Colliquatis omnibus immerge linteamen, vel tantum telæ lineæ quantum ſufficit ad involutionem totius corporis, quo extracto, inſperge *cumini pulveriſati* unc. viij. *ſalis communis* unc. jv. ℞. *picis nigræ*, *reſinæ pini*, ana lib. jv. *ſtyrac. liquid.* unc. ij. Solutis omnibus ad ignem illinatur totum corpus linteamini incerato jam involutum. Hac ratione, inquit auctor, & hoc modo ipſe aliquoties & vidi in Italia & feci noſtrorum Principum corpora condiri. Burnetus. V. *pag.* 383.

Petrus Forestus in *obſervationum & curat. med.* L. XXI. *obſ.* 29. agit de cuſtodiendis corporibus mortuis. Walth. Conditura, qua uſus eſt Forestus in condiendo corpore D. de Abbenbroek talis eſt: ℞. *ſal. comm.* lib. vi. cum lib. iij. *aloes caballinæ*, *vitrioli* lib. *ij. myrti* lib. *j. myrrhæ* quart.

quart. *j. boli* lib. v. *cort. aurantiorum* unc. *v. flor. chamæmel.*, *lavendulæ*, *anthos*, *majoranæ*, *origani*, *pulegii*, *calaminthæ*, *abrotani*, *menthæ*, *meliſſæ*, *mentaſtri*, *thymi*, *abſinthii*, *rutæ*, *ſalviæ* ana m. v. Fiat pulvis pro conditura. Aperiantur mortuorum cadavera, & viſcera omnia extrahantur, & cavitates pulvere ſuperius dicto impletæ claudantur. LANZONI. V. *pag.* 381.

FRANCISCUS RANCHIN in *opuſculis medicis* in tract. de morbis puerorum pag. 347. de præſervatione cadaverum a putredine & verminatione. WALTH. V. *pag.* 315.

JOH. JESSENIUS in *inſtitutionum chirurgicarum* ſect. 4. in appendice de condiendorum corporum artificio. WALTH. V. *pag.* 384.

JULIUS CÆSAR BARICELLUS a S. MARCO, medicus Neapolitanus, qui jam anno 1603. edidit libellum *de lactis ſeri & butyri facultatibus & uſu* NEAPOLI 4. Ejus vero *hortulus genialis*, *ſ. arcanorum valde admirabilium in arte medica & philoſophica compendium* prodiit ibid. 1617. 4. COLON. 1620. 16. (vel in 12.) Plurima fabuloſa: plurima ad miraculum augendum ficta, ridicula etiam & vana. Obſervationes tamen aliquæ propriæ. Ita HALLER (c). Pag. 261. (edit. Colon.) gallinæ adipem ſaccharo obvolutum a corruptione præſervari, ubi ait Magnatum corpora condienda melius ſaccharo impleta, quam aromatibus poſſe præſervari; pag. 264. Ægyptiorum mos condiendi cadavera. WALTH.

Ein neues Arzneybuch von natürlichen Geſchwulſten ſammt noch drey Tractaten I. von den Schwachheiten der Kinder, *II. von der Kunſt die todten Körper zu balſamiren*, *III. von dem Scharbok* vertente P. UFFENBACH.... 1605. fol. HALLER (d).

PETRUS PIGRAUS in *Chirurgiæ* L. IV. cap. 18. pag. 401. agit de condiendo cadavere. GARMANN. V. *pag.* 17.

GREGORIUS HORST in *obſervationum med.* L. III. de morbis pectoris, obſ. 9. in appendice methodum, qua nobilium cadavera condiuntur, tradit ſequentem: accipiatur primo vinum ſublimatum ad menſuras duas pro abluenda poſt exenterationem tota cavitate pectoris, & abdominis, quæ poſt factam ablutionem terebinthina undique aſpergatur, ut pulveres & herbæ injiciendæ melius adhæreant. Poſtea ſequentibus impleatur: ℞. *fol. roriſmarini*, *lauri*, *hyſſopi*, *abſinthii*, *ſerpilli*, *pulegii*, *menthæ*, *rutæ*, *ſalviæ*, *origani*, *ſcordii*, *flor. anthos*, *lavendulæ*, *chamomillæ*, *ſtæchad.*, *ſpicæ communis* ana m. ij. *ſemin. carvi*, *fœniculi*, ana lib. *jß.*, *rad. gentianæ*, *caryophyllatæ*, *angelicæ*, *valerianæ*, ana lib. j. Omnia incidantur craſſo modo; deinde ℞. *aloes lotæ* lib. *ij. myrrhæ* lib. *ß. maſtich.*, *thuris*, ana unc. *ij. benzoin.*, *ſtyrac.*, *calamit.*, *ladan.*, *cinnamom.*, *caryoph.*, *nuc. moſch. macis*, *croci*, ana unc. *j. mumiæ* unc. *ijß.* Craſſo modo contuſa miſceantur cum

(c) In *Bibl. Med. pract.* T. II. p. 367. (d) Ibid. pag. 377.

cum præcedentibus, & hæc omnia in cavitates dentur, eæque poſtea ſuturis occludantur; corpus vero totum inungatur his oleis: ℞. *olei abſinthii*, *ſpicæ*, *rutæ*, *chamomillæ*, ana unc. *jv. olei juniperi*, *laurini*, ana unc. *ij. petrolei* unc. *jß olei terebinth.* unc. *j.* Miſceantur. Ad incerationem induſii, quo corpus poſt inunctionem induatur, ſequens: ℞. *terebinth.* lib. *iij. ceræ* lib. xv. Diſſolve cum oleo pro cerato. Tandem pro implenda narium & aurium cavitate: ℞. *olei nucis moſch. expreſſi* unc. ß. *olei deſtill. caryophyl.* unc. *jß.* Miſceantur. BURNETUS. V. *pag.* 276.

LUD. REMMELIN *balſamochreſia*, *ſ. Unterricht innerlich- und äuſſerlich vornehmſter* 24. *Balſamen.* AUGSPURG...12. Ad annum 1617. refert Ill. HALLERUS (e).

ULYSSES ALDROVANDUS. Ejus *de animalibus inſectis* libri VI. FRANCOF. 1618. In L. VI. cap. 2. cadavera condiendi modum apud Europæos adſignat his verbis: Reges noſtri Europæi magnatesque ſua cadavera condiri curant medicis & chirurgis, qui primum exenterant corpus, corde ſeorſum habito, ut per ſe conſanguineorum arbitrio condiri poſſit; cerebrum deinde, ſerra diviſo cranio, avellunt; hinc profundis plagis ſecundum brachiorum, femorum, crurum, & dorſi, lumborum, ac narium longitudinem diducunt, præſertim qua parte venæ majores, & arteriæ excurrunt: primum quidem ut ſic exprimatur ſanguis, qui alioquin corrumperetur, & putredinis initium reliquo corpori præberet, deinde ad aromaticos pulveres inſpergendos lavant ſpongia madefacta in aqua vitæ, aut acri aceto, in quo abſinthium, aloe, colocynthis, ſal commune, & alumen incocta fuerint; deinde ventres tres, plagas, ductusque corporis infarciunt aromatibus ſequentibus craſſiuſcule tritis: ℞. *pulv. roſarum*, *chamæmel.*, *melilot.*, *balſam.*, *menthæ*, *anethi*, *ſalviae*, *lavendulæ*, *roriſmar.*, *majoranæ*, *thymi*, *abſinthii*, *cyperi*, *calami arom.*, *gentianæ*, *iridis flor.*, *aſſæ fœtidæ*, *caryophyl.*, *nucis moſc.*, *cinnamom.*, *ſtyrac.*, *calam.*, *benzoes*, *myrrhæ*, *aloes*, *ſantalor. omnium*, q. ſ. Conſuunt plagas, & hiatus, ne quid decidat, mox totum corpus inungunt terebinthina liquefacta cum oleo chamæmellino, & roſaceo, additis oleis aromaticis per quintam eſſentiam extractis, iterumque conſpergunt pulvere commemorato, inde tenuiſſimo involvunt linteo, mox tela cerata; ubi vero aromatum non adeſt copia, calce extincta, ac querno cinere utuntur, fortique aceto, & lixivio cadaver lavant, ac loco frigidiori reponunt, ſi æſtas ferveat. LANZONI.

PAULUS ZACCHIAS in *quæſtionum med. legal.* libro IV. tit. 1. *quæſt.* 20. de cadaverum incorruptibilitate, ſ. de cadaverum a putredine præſervandi ratione. WALTH. V. *Chir. forenſ.*

PHILIBERTUS GUIBERT. Ejus *medicus domeſticus* prodiit COLON. 1628. 12. deinde ſæpe alias, & PARIS. 1649. 8. ubi tamen dicitur nunc primum

(e) Ibid. pag. 470.

mum Latine prodire, vertente SAUVAGEON. Titulus eſt *opera medici officioſi.* Gallice eadem collectio excuſa eſt PARIS. 1631. 4. 1634. 12. 1679. 8. 1691. 12. cum titulo *le medecin charitable*, tum LION 1659. 8. 1667. 8. 1670. 8. niſi hic error ſubeſt ROUEN 1661. 8. Editio Lugdunenſis collectio eſt pluſculorum opuſculorum, inter quæ & tract. ſeu *ars condiendi corpora mortua.* Ita HALLER (f).

ANTONIUS SANTORELLUS. Ejus *poſt. praxis medica ſ. de medicando defuncto.* NEAPOLI 1629. fol.

WOLFGANGUS HOEFER in *Herculis medici* libro V. de vitiis cutaneis cap. 3. pag. 248. de cadaverum conditura. WALTH. V. *pag.* 390.

THOMAS BARTHOLINUS. Ejus *de anatome conſilium.* HAFNIÆ 1674. 4. Agit etiam de balſamatione. HALLER (g). V. *pag.* 23.

PETRUS van de STYLLE in *Chirurgiæ* part. 57. de cadaverum balſamatione. WALTH. V. *pag.* 48.

BALDASSAR TIMÆUS in *epiſtolarum* libro VI. epiſt. 10. de conditura funerum. WALTH. V. *pag.* 26.

CASPAR REIES in *campo Elyſio jucundarum quæſtionum* quæſt. 34. pag. 413-417. balſamationis cadaverum ratio. ALBERTI. V. *pag.* 27.

LUDOVICUS de BILS in fine ſui operis impreſſi ROTERODAMI 1661. 4. cui titulus *ſpecimina anatomica*, promittit brevem atque compendioſam hiſtoriam eorum, quæ ſpectant artem, ac ſcientiam condiendi cadavera. Verum titulo verba non reſpondent: narrat enim in paucis illis paginis controverſiam habitam pro cadavere condiendo; ſed nullum docet modum, nullamque exhibet formulam, qua poſſint condiri cadavera: quare lectores non inſtruit, ſed decipit. Ita LANZONI.

PHILIPPUS JACOBUS SACHS in *ampelographiæ* L. II. ſect. 8. cap. 2. pag. 542. conditura, ſ. balſamatio cadaverum. WALTH. V. *calcul.*

CINTIO D'AMATO. V. *pag.* 31.

CHRIST. FRID. GARMANN. Ejus *de miraculis mortuorum* maxima collectio prodiit.....a. 1670. 4. DRESDEN 1709. 4. HALLER. In L. III. tit. 2. §. 94. ſcriptores de cadaverum condituris. ALBERTI. (L. CHRIST. FRID. GARMANN, Martisburgenſis, phyſicus Chemnicenſis, qui a. 1708. 15. Julii obiit CHEMNITII, parvum libellum edidit *de miraculis mortuorum* LIPSIÆ 1670. 4. Ni fallor, eſt tantum diſputatio. Denique a morte viri prodiit maxima ejus collectio *de miraculis mortuorum* nempe libri III. editi a L. IMMANUELE HENRICO GARMANNO, auctoris filio, Poliatro Schneebergenſi, cum iconibus, DRESDÆ & LIPSIÆ 1709. 4. In L. III. tit. II. fuſe agit de cadaverum incorruptibilitate & mumiis. Auctores, quos §. 94. citat, ſunt ſequentes: AMBROSIUS PARÆUS, PETRUS FORESTUS, REINERUS

(f) Ibid. pag. 558. (g) Ibid. pag. 653.

NERUS SOLENANDER, NICOLAUS REUSNER (h) in *obſervat. med.*, a nobiliſſimo G. H. WELSCHIO edit., 200. p. 108., PETRUS PIGRAUS, ANTONIUS SANTORELLUS, PETRUS BELLONIUS, BALTHASAR TIMÆUS, GABRIEL CLAUDER & JOSEPHUS LANZONI). Ita lego in opere ipſo GARMANNI.

In *Actis Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* VIII. *obſ.* 205. balſamatio cadaverum etiam majorum ſine eviſceratione nonnulla. ALBERTI.

JOH. DANIEL GEYER in *Miſcel. Acad. Nat. Curioſ. Decur.* II. *ann.* VIII. *obſ.* 137. modum docet facilem ad conſervanda animalium corpora, qui talis eſt: ℞. *ſpirit. vini rectific.* lib. *j. ſuccini albi* unc. *ij.* digere in B. M. per 48. horas, adde *pulver. ſandarachæ albæ, maſtich.*, ana unc. *j. terebinthinæ Venetæ* unc. *jß.* & itidem B. M. impone per 24. horas, donec omnia ſint ſoluta, dein accipe animalia probe exenterata, immitte ſpirit. vini rectific. mixto ſaccharo clarificato per aliquot dies, deinde obduc, aut inunge vernice, usque dum inſtar vitri albi ſplendeſcant, ſic ad longum tempus durabunt. LANZONI.

GEORG. TOBIAS DÜRR in *Miſcel. Acad. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* VIII. *obſ.* 170. ſequentes medicamentorum deſcriptiones pro conditura cadaveris adſignat poſt debitam corporis exenterationem, & optimam purgationem: ℞. *aceti acerrimi* lib. *xij.* ℞. *aloes ſuccotrinæ* lib. *ij. myrrhæ, thuris*, ana lib. *j. nuc. cupreſſ., gallar.* ana lib. *j. flor. acac., nuc. moſc.* ana unc *jv. ſantalor. omnium, ligni aloes*, ana unc. *ij. ſem. cumini* lib. *j.* m. f. pulvis ſubtiliſſimus, & cum *reſinæ pini, & terebinthinæ*, ana lib. *jv., picis navalis* lib. *ß. olei ſpicæ & juniperi* ana q. ſ. m. f. unguentum. ℞. *herbæ majoranæ, lavendulæ, ſpicæ, lauri, ſcordii, pulegii, abſinthii, roriſmarini, ſalviæ, menthæ, calaminthæ, origani* ana m. x. inciſa groſſo modo miſce. ℞. *olei ſpicæ.* lib. *ij. terebinthinæ* lib. *jß. olei nuc. moſch. expreſſi* unc. *j. olei caryophyllor. drach. ß.* m. f. linimentum. ℞. *terebinthinæ de Cypro* unc. *ijß. olei cinnamom. drach. j. olei ſpicæ* unc. *ß. zibethi* drach. *ß. moſchi* ſcrup. *j.* miſce pro unguento. LANZONI.

GEORG. WOLFGANG. WEDEL. Ejus *exercitationum medico-phyſiologicarum centuria* I. & II. JEN. 1702. 4. In *Dec. V. exercitat.* 6. balſamatio cadaverum. *Exercit.* 7. balſamatio corporis *CHRISTI.* ALBERTI. V. *pag.* 34.

GABRIEL CLAUDER. Ejus *methodus balſamandi corpora humana.* ALTENBURG. 1674. 4. Quid ſit balſamatio; balſamationis ortus & progreſſus in genere; de balſamatione Ægyptiorum & Judæorum ſpecialiora; balſamationis inventum, Ægyptiis natales; cur Ægyptii balſamatione defunctorum corporibus ſplendidam exhibuerint reverentiam; balſamatio Ægyptiorum

(h) An potius HIERONYMUS REUSNER? Nullum enim NICOLAUM REUSNERUM invenire potui, neque in Bibliotheca Cæſarea.

rum quot diebus fuerit abſoluta & quomodo hi procedant; balſamandi ritus aliorum veterum; balſamando Ægyptii tripliciter corpora præpararunt; balſamatio in melle & cera olim facta; balſamandi materia & modus recentiorum exenteratione factus; de balſamatione varia; balſamatio Bilſiana nova; balſamandi methodus ſine omni exenteratione & deſciſſione abſolvenda. Ita Alberti. Methodum balſamandi corpora ſine prævia eviſceratione communicavit in hocce ſuo tractatu Clauderus, mediante liquore ſpirituoſo & penetrante ex ſale ammoniaco, & cineribus clavellatis; verum in *Miſcel. Acad. Nat. Curioſ.* Decur. II. ann. VIII. ipſe Clauderus loco cinerum clavellatorum ſubſtituit calcem vivam, cum alcalica hujus contumacia, uniuscujusvis aeris injuriam eludat, & notum non minus eſſe ait hic auctor, D. Kerkringium, virum de Medicina optime meritum oſtendiſſe curioſis fœtum humanum ſuccino mollificato obductum. Ita Lanzoni.

Stephanus Blancard in fine ſuæ *Anatomiæ practicæ* tractatum adjecit de balſamatione, in quo duplicem modum balſamandi corpora notat, humidum nempe, & ſiccum. Humide balſamari poteſt per muriam vel lixivium fortiſſimum, ex marino ſale, & alumine; vel per oleum terebinthinæ; vel per ſpiritum ex myrrha, olibano, maſtiche, ſuccino, & ſpiritu vini deſtillatum, quem ob eximium in Medicina uſum ſpiritum matricalem vocat ipſe Blancardus; vel per immiſſionem balſamicorum liquorum ope ſiphonis per os in corpus. Sicce balſamari poteſt cadaver per infumigationem, quod fit ſuſpenſis ſupra ignem quidem carnibus, ſed ita, ne flamma contingere poſſit; vel ſiccatio fit, monente Casparo Hofmano, cum cadaver ſervatur in loco ſicco. Modum egregium, atque ſane ſingularem ſiccæ balſamationis Blancardus exponit loco citato, ubi & modum tradit balſamandi viſcera præcipua corporis humani, ut ſunt: jecur, lien, pulmo, &c. ut poſſint quovis tempore in publicis anatomiis repræſentari. Lanzoni. V. *pag.* 45.

In *Actis Eruditorum Lipſienſium ann.* 1682. *Jan.* pag. 2. & *ann.* 1683. *Jul.* pag. 270. & *ann.* 1687. *Mart.* pag. 164. balſamatio cadaverum. *Ann.* 1696. *Jun.* pag. 270. 271. cadaverum humanorum conſervatio Ruyſchiana. *Ann.* 1717. *Maj.* pag. 234. balſamandi cadavera ritus. In *ſupplem.* III. pag. 326. balſamatio cadaverum. In *ſuppl.* VI. pag. 21. balſamatio gravidæ cum fœtu anceps. Alberti. V. *pag.* 49.

Joh. Helfricus Jungken, Marburgenſis Haſſus. Ejus *medicus præſenti ſeculo accommodandus per veram Philoſophiam ſpagiricam.* Francof. 1682. 8. Capite IV. *de carne,* varias veterum balſamandi methodos recenſet, quas inter & ſuam (pag. 114.) interponit, quam, prouti lego, ad verbum refero: balſamandi, inquit, methodus verior & magis legitima talis eſſe poterit: primo poſtquam homo ultimum moriendi terminum nunc transgreſſus obiit, loco ſicco reponatur, ac ſtatim horis aliquot imprimis æſtate præterlapſis balſamator, corpore convenienter aperto, viſcera extrahat cum

inteſtinis, & ſanguinem quoad poſſibile e venis majoribus inciſis exprimat; cerebrum vero artificioſe, ne faciem lædat, inſtrumentis extrahat. Cavitates diligenter & peroptime eluantur aqua ſalſa, forti aceto, vel vino ardenti, ſpongiis adhibitis. His ita diligenter peractis aſpergantur omnes cavitates terebinthina cocta, & maſtichis vel ſuccini pulvere, tunc pro replendis cavitatibus præſto ſit hic pulvis: ℞ *aloes*, *myrrhæ*, *coloph.*, ana partem unam. *benzo.*, *aſphalti*, *cinnamomi*, *caryophyll.*, *croci*, ana p. ſemis. *ſalis optimi* p. unam ſemis. Hiſce pulveriſatis impleatur tota corporis cavitas, & conſuatur rurſus artificialiter. Hoc peracto, more Ægyptiis uſitato imponatur corpus vaſi aptato, & ſale condiatur per dies ſeptuaginta, tum abluatur cadaver aceto acerrimo & ſpiritu vini, in quo camphora ſoluta fuerit, atque tum totum cadaver inungatur ſequenti linimento: ℞. *olei terebinth.* lib. *ij. lavendulæ* unc. *v. ſuccini* lib. *β. ſpicæ* unc. *ij. caryophyllorum* unc. *β.* M. ſuperafunde ſulphuri cum ſale tartari cocto, ut extrahatur tinctura & fiat balſamum nobile, quod illinatur fortiter univerſæ cuti, ut penetret. Tunc totum corpus ſervatis artuum figuris obducatur faſciis involvendo, quæ ſequenti liquori balſamico oleoſo intinctæ ſint: ℞. *reſinæ pini ſiccæ* lib *iij. coloph.* lib. *jβ. maſtich.*, *ſuccin.*, ana lib. *β.* unc. *iij. olei laurini*, *juniperi*, *ſpicæ*, ana unc. *viij. petrolei* unc. *jv. lavendulæ* unc. *ij. ceræ* q. ſ. Miſta liquefiant igne moderato, & huic liquori faſciæ intingantur corpori obducendæ; quo legitime peracto, tela, ſi lubet, cerata circumdatur corpus, & feretro imponatur variis aromaticis conſperſo, & ſervetur in loco quoad poſſibile ſicco, atque hoc modo durabit corpus diutiſſime in multa ſecula.

Moyses Charas in *pharmacopée Royale* Galeni. Paris 1682. 8. libro II. nobilem balſamandi formam tradit. Ita Lanzoni.

Vitus Riedlin in *lineis medicis ann.* I. *Jan. obſ.* 16. pag. 19. de balſamatione. Alberti. V. *pag.* 52.

Josephus Donzellus etiam in *petitor. Neapolit.* pag. 279. methodum balſamandi cadavera deſcripſit. Cum autem ipſum auctoris opus invenire non potuerim, ea tantum, quæ Lanzonius ex eo depromta in ſuo libello Italice ad verbum ſuppeditavit, hic Latine refero: cadaver, inquit, vino tepefacto lavetur prius, ut ab omni ſorditie externa liberetur; deinde aperto thoracis cavo viſcera contenta eximantur, ut juxta conſanguineorum lubitum ſeorſim condiri poſſint. Sanguis venæ cavæ & aortæ expreſſus ſpongiis abſorbeatur. Poſtea abdominis cavitas aperiatur, & extractis viſceribus, omnique pinguedine, diligenter ſpongia detergatur, & exſiccetur. Tandem cranio ſerra ablato cerebrum auferatur; atque deinde omnes tres cavitates ſpongiis ſpiritu vini, lixivio, vel ſalis muria madidis diligenter abluantur & exſiccentur. Muſculi vero majores profunde incidantur, & eodem modo laventur. His peractis cavitates omnes repleantur ſequenti pulvere Francisci Ranchin: ℞. *calami aromat.*, *cyper.*, *irios Florent.*, *ariſtol. rot.*, *ſtyracis*, *calam.*,

lam., *benzo.*, *ladan.*, *myrrhæ*, *aloes*, ana lib. ß. *caryophyll.*, *piper.*, *nucis moſch.*, *cinnamomi*, ana unc. *iij. fol. ſiccorum majoranæ*, *origani*, *calaminthæ*, *ſcordii*, *pulegii*, *abſinthii*, *ſalviæ*, *roriſmar.*, *lavend.*, ana m. *jv. roſar.*, *balauſtiorum*, ana pug *vj. aluminis*, *ſalis*, *calcis vivæ*, *gypſi*, ana lib j m. f. pulvis. Hoc pulvere cavitates repletæ conſuantur, totumque corpus terebinthina liquefacta cum oleo roſaceo vel oleo deſtillato thymi, ſalviæ, lavendulæ, caryophyllorum, illiniatur, & aſperſo prius prædicto pulvere tenuiſſimo, tela cerata involvatur, plumbeoque feretro includatur.

JOSEPHUS LANZONI. Ejus *tract. de balſam. cadav.* FERRARIÆ 1693. 12. Brevis, ſed eruditus libellus, plurima continens collecta auctorum loca ad ſcopum facientia. Errores tamen typi plurimos excuſes. Cap. 1. de antiquitate & nobilitate balſamationis; 2. de balſamationis utilitate & cadaverum conditorum duratione; 3. de balſamationis definitione, cauſis, fine &c.; 4. de mortuorum unctione; 5. de libitinariis, pollinctoribus, & unguentariis; 6. de cœna pollinctura, ſeu funerali; 7. de variis condiendi cadavera modis apud veteres; 8. de mumia; 9. de recentibus balſamandi cadavera modis. Clariſſimum P. ANDR. MATTHIOLUM, & SIMONEM PAULI teſtari, ſcordium optimum eſſe remedium ad incorrupta ſervanda corpora; referunt enim multi celebres viri, quod cum in prœlio interemtorum cadavera multos ad dies inſepulta jacuiſſent, quæcunque ſupra ſcordium forte fortuna ceciderant, multo minus aliis computruerint, ea præſertim ex parte, qua herbam attigerant. MICHAELEM SAVANAROLAM in ſuo libro *de viribus aquæ ardentis* oſtendere, ſpiritum vini a putrefactione cadavera præſervare. Se a CAROLO PATINO per litteras certiorem factum fuiſſe, ſpiritum vini egregie conſervare molliora corpora, ut infantum &c. In Anonymi manuſcripto ſe inveniſſe balſamationis formulam, quam Italice, uti reperit, exponit, quæ ſequens eſt: ℞. *terebinthinæ* unc *vj. thuris* unc. *ij. aloes ſuccotrinæ*, *maſtiches* ana unc. jß. *caryophyll.*, *galangæ*, *cinnamomi*, *croci*, *nucis moſch.*, *cubeb.*, ana unc. *j. Gummi ficus* unc. *j. gummi hederæ* unc. *iij.* Groſſo modo contuſa ponantur in retorta vitrea, & fiat deſtillatio in balneo arenæ; oleo, quod poſt phlegma inde ſtillabit, inungatur cadaver conſueto more jam præparatum, muſculi etiam incidantur, ut oleum profunde penetret, atque ſic omnem arceri putredinem. Ex amico ſe habuiſſe, plurimum facere ad cadaverum conſervationem balſamicam quintam eſſentiam roriſmarini, ſpiritum vini camphoratum, & aquam Reginæ Hungariæ dictam. Ultimo catalogum plurimorum auctorum, quorum in hoc tractatulo fit mentio, adjecit. V. *pag.* 59.

LOUIS PENICHER *traité des ebaumemens*, *ſelon les anciens & les modernes*, *avec une deſcription de quelques compoſitions balſamiques & odorantes.* PARIS 1699. 12. Libellus iſte approbationem medicorum Pariſinorum meruit, in quo breviter primo de balſamis; deinde balſamationis hiſtoria; recentior balſamandi methodus; variæ ſpirituum balſamicorum, pulve-

rum, linimentorum, & balſamorum compoſitiones. Etiam de mumia. Hæc omnia non inutiliter quidem, nimiis tamen verbis pertractantur, quin vix ulla illorum auctorum, qui hac de re prius ſcripſerunt, fiat mentio.

BDELLÆ. Vide *hirudines.*

BRONCHOTOMIA, SIVE LARYNGOTOMIA, TRACHEOTOMIA.

ASCLEPIADES, Bithynus, ex Cio (a), quam civitatem poſteri PRUSIAM dixerunt, homo eloquens, & propriæ qui ſectæ auctor fuerit, ad ultimum ſenium integerrima valetudine ROMÆ vixit, coævus MITHRIDATI, cui librum dicavit. Scripta ejus exſtabant non pauca. Fragmentum vide apud NICETAM. Non penitus omiſit Chirurgiam, etſi manu curaſſe vix probabile ſit, qui PLINIO (b) teſte, ex rhetore ſubito medicus evaſerit. Bronchotomes primus (c) putatur auctor eſſe, nempe profuiſſe adminiſtrationem, quam ipſe tamen nunquam tentaverit. HALLER.

THEMISON laryngotomiam probavit (d). HALLER. V. *hirudines.*

ARETÆUS in *acut. cur.* L. I. cap. 7. bronchotomen improbat. HALLER. V. *pag.* 291.

CÆLIUS AURELIANUS *chron.* L. III. cap. 4. laryngotomen damnat. HALLER. V. *pag.* 293.

ANTYLLUS, chirurgus, ignoratæ ætatis ſcriptor. Ejus plura loca habet ORIBASIUS. Fragmentum ex ANTYLLO eſt in Bibl. Vindobonenſi. Totam bronchotomes rationem tradit (e): quæ fit tribus ſub larynge annulis & inter annulos. Ita HALLER.

PAULUS ÆGINETA in L. VI. agit de bronchotome fuſe ex ANTYLLO. Ita HALLER. V. *pag.* 293.

ALBUCASIS in L. II. bronchotomen audacter ſuſcepit, poſtquam vidit ſanatam eſſe fœminam, quæ ſibi aſperam arteriam præſciderat. HALLER. V. *pag.* 267.

ANTONIUS MUSA BRASSAVOLUS in *commentariis ad Hippocratis aphoriſmos* BASIL. 1541. fol. in *comment. ad L. de morb. acut. victu* bronchotomen laudat addendo aliqua ſanatorum exempla. HALLER.

AMBRO-

(a) GALENUS *introd.* (b) L. VII. cap. 37. (c) CÆLIUS AURELIANUS *auctorum* L. III. cap. 4. (d) Apud CÆLIUM AUREL. acut. L. III. cap. 4. (e) Apud AETIUM L. VI. cap. 33.

Ambrosius Paræus in collectionis Latinæ L. VII. bronchotomen docet, adminiſtraſſe tamen non videtur. Ita Haller. V. *pag.* 301.

Jacques Dalechamp in *Chirurgie Françoiſe* &c. qua totus liber VI. Pauli Æginetæ cum multis tum propriis tum aliorum adnotationibus continetur, bronchotomen locum poſſe habere adfirmat. Haller. V. *pag.* 9.

Hieronymus Fabricius in *pentateuchis* bronchotomen metuit, etſi laudat Haller. V. *pag.* 302.

Thomas Fienus in libro *de præcipuis artis* &c. IV. pro laryngotome. Haller. V. *cauter.*

Jul. Casserius in libro *de vocis & auditus organo* Ferraræ 1600. fol. de bronchotome agit; ex variis collecta teſtimonia collegit; denique iconem dat, quæ inſtrumenta & modum exprimit, quo adminiſtretur. Cauterium peculiare invenit. Haller.

Nicolaus Habicot, celebris chirurgus Pariſinus, tonſor, collegio D. Cosmi ab a. 1610. vel 1611. (f) aggregatus: anatomica potius ſcripſit, quam chirurgica, inque iis celebrem illam hebdomadem anatomicam. Ad Chirurgiam pertinent *problêmes medicinaux & chirurgicaux* Paris. 1617. 8. Diſſertatiunculæ medicis & chirurgis Pariſinis dicatæ. Ejus *queſtion chirurgicale, par laquelle il eſt demontré, que le chirurgien doit pratiquer la bronchotomie* prodiit Paris. 1620. 8. Præſide Marescoto ſe laryngem inciſiſſe, vulnera aſperæ arteriæ ſanata vidiſſe, ſe ipſum bronchotomen eſſe molitum, ut œſophagum illapſo & hærente auro expediret, id ſe detruſiſſe in ventriculum, exiiſſe decimo poſt die: inciſiſſe etiam eandem arteriam cum ſuffocationis periculum a vulnere laryngis immineret. Haller.

Julius Guastavinus, Genuenſis, Profeſſor Piſanus. Ejus *locorum de Medicina ſelectorum liber.* Lion 1616. 4. Parce Medicinam tangit: aliqua habet de bronchotome, quam commendat, Paulique Æginetæ de ea locum expedit. Haller.

J. Maillard *de quæſtione utrum in angina tentanda ſit laryngotomia.* Basil. 1623. 4.

Sanctorius Sanctorius. Apud Malvicinum (vide *pag.* 48.) reperias, Sanctorium aſperam arteriam inter tertium & quartum annulum perforaſſe, eodem inſtrumento, quo ſub umbilico hydropicorum aquas educit, & ſine dolore. Tubulum in vulnere per triduum reliquit, ut ſuffocationis periculum auferret; tunc removit. Ita Haller. V. *pag.* 19.

M. Aurelius Severinus in L. IV. *de recondita abſceſſuum natura* ipſemet laryngotomiam exercuit. Haller. V. *pag.* 276.

Nico-

(f) *Second. mem. pour les DD. en Medecine,*

NICOLAUS FONTANUS in *obſervationibus raris* de laryngotomia, quam per ſocium ZAEVIUM in ſuffocato adminiſtrari juſſit felici eventu. HALLER. V. *obſt. art.*

THOMAS BARTHOLINUS in *epiſtolarum medicinalium centuria* I. II. bronchotomen diſuadet, in univerſum timidior. Contra RENATUS MOREAU eam adminiſtrationem in docta epiſtolà tuetur. HALLER.

Ejus *de angina puerorum Campaniæ Siciliæque epidemica exercitàtio* NEAPOLI 1653. 8. PARIS. 1646. 8. cum RENATO MOREAU *de laryngotomia*, eſt integer libellus ejusdem argumenti. V. *pag.* 23.

FRIDERICUS GNICHWIZIUS MONAVIUS, Profeſſor Greifswaldenſis. Ejus *bronchotomia.* REGIOMONT. 1644. 8. GREIFSWALD. 1654. 4. (dedicatio eſt anni 1652.) JEN. 1711. 8. Non abſurdus libellus. Exempla ſuffocatorum a corporibus laryngi impactis. Vulnera graviſſima laryngis & aſperæ arteriæ ſanata. Hinc commendata bronchotome, vel in angina, ut ſubitæ ſuffocationis metus tollatur; vel ad educenda corpora ſtrangulatoria, quæ in aſperam arteriam deſcendiſſent. Tota curationis ratio cum cultello & cannula. Exempla feliciter adhibitæ. Ita HALLER.

RENATUS MOREAU, Vir doctus. Ejus *epiſtola de laryngotomia ad* BARTHOLINUM. PARIS. 1646. 8. cum BARTHOLINI libello ejusdem argumenti. Felices ſe vidiſſe bronchotomes eventus. HALLER.

PAULUS BARBETTE in *Anatome practica* bronchotomen commendat. HALLER. V. *pag.* 26.

CORNELIUS SOLINGEN in *manual operation* bronchotomen deſcribit tubulumque planum. HALLER. V. *pag.* 304.

STEPHANUS BLANCARD in *collectaneis medico-phyſicis* centuria VII. refert SMALZIUM bronchotomen feliciter exercuiſſe. HALLER. V. *pag.* 45.

MATTH. GODOF. PURMAN in *Chirurgia curioſa* bronchotomen in gulæ inflammatione ſe feliciter adminiſtraſſe. HALLER. V. *pag.* 45.

J. BAPTISTA VERDUC in *traité des operations* narrat de feliciſſima BINARTI in cynanche bronchotome. HALLER. V. *pag.* 305.

In *Act. Erud. Lipſ. ann.* 1693. *Aug.* p. 342. qualis cannula ſit adhibenda in laryngotomia. ALBERTI. V. *pag.* 49.

GEORG. DETHARDING. Ejus diſp. *de methodo ſubveniendi ſubmerſis per laryngotomiam.* ROSTOCH. 1714. 4. V. *calcul.*

GODOFREDUS BIDLOO in caſtris & domi bronchotomen feliciter exercuit (g). HALLER. V. *pag.* 70.

POLYCARP GOTTLIEB SCHACHER. Ejus *de fiſtula ſpiritali, & bronchotomia.* LIPS. 1707. 4. V. *ocul. morb.*

J. B.

(g) WESTHOVEN *de angina.*

J. B. Morgagni in *diſſertatione anat.* IX. V. *pag.* 77.

Laurentius Heister in *Chirurgia* bronchotomen debere inſtitui ob illapſa in aſperam arteriam corpora peregrina. Haller. V. *pag.* 82.

J. Mart. Schiese diſp. *de bronchotomia.* Regiomont. 1715. 4. Haller.

Renatus Jac. Cresc. Garengeot in *traité des operations* &c. bronchotomen laudat, a ſe ipſo tamen non factam. Haller. V. *pag.* 306.

Chr. Ern. Clauder. V. *calcul.*

Henr. Franc. le Dran in *traité des operations* &c. in bronchotome duas facit inciſiones. Haller. V. *pag.* 308.

Samuel Sharp in *treatiſe on the operations* &c. bronchotomen facilem eſſe, & absque periculo adminiſtrationem. Haller. V. *pag.* 309.

Gerardus v. Swieten in Tom. II. V. *pag.* 123.

Antonius Louis. Ejus & Bened. Peyrilhe diſp. *de bronchotome.* Paris. 1768. 4. V. *pag.* 133.

Anton Bergier & Jac. Barbeu du Bourg *E. tracheotomiæ nunc ſcalpellum, nunc trifidus mucro.* Paris 1748. 4.

Jacobus Farion. V. *pag.* 140.

Petrus Paulus Tanaron. V. *pag.* 146.

Benjamin Gooch. V. *pag.* 149.

Du Verget in T. I. bronchotomen laudat, quæ ad illapſum in aſperam arteriam peregrinum corpus ſuſcipitur. Haller. V. *pag.* 151.

Christ. Gottl. Ludwig in *inſtit. chir.* bronchotomen ſcalpello rectius adminiſtrari. Haller. V. *pag.* 151.

Bauchot. V. *pag.* 162.

Vidal. V. *pag.* 184.

Mersenne. V. *pag.* 190.

Augvst Gottlieb Richter. Ejus *de herniis, & de tracheotomiæ lib. in Comm. Soc. Reg. Gott.* T. II. anni 1771. Tracheotomiam difficilem eſſe, multa ex inciſa glandula thyroidea ſymptomata ſequi, cannulam facile elabi. Quare loco quam humillimo aſperam arteriam aperiri debere, ante inciſionem accurate nudari, caveri ne ſanguis in eam arteriam defluat; cannulam inmitti depreſſam & incurvam; ad incidendum utendum eſſe lanceola in vagina occulta. Haller. V. *ocul. morb.*

Le Blanc. V. *pag.* 311.

F. Wendt, medicus & Archiater. Ejus *hiſtoria tracheotomiæ nuperrime adminiſtratæ.* Vratislaviæ 1744. 8. Memoratu dignum exemplum, quod alios ad imitandum invitare poteſt. Operatio difficultate non caruit, qua tamen glans feliciter ex aſpera arteria extracta fuit, & vulnus deinde ſanatum. Richter.

BUBONES.

(de bubonibus venereis. Vide *venercos morbos.*)

HIPPOCRATES in *epid.* II. agit de bubonum præſagiis. V. *pag.* 286.

ARETÆUS in *cauſ. acut.* L. II. cap. 3. bubonis peſtilentis meminit. HALLER. V. *pag.* 291.

ORIBASIUS *de morb. curat.* L. III. cap. 46. de bubonibus.

Idem in *ſynopſis* L. VII. cap. 31. de bubonibus. WALTHER. V. *pag.* 264.

PAULUS ÆGINETA *de re med.* L. IV. cap. 22. de tuberculo, bubone & panno. WALTH. V. *pag.* 293.

GUY DE CHAULIAC in *Chirurgiæ* tract. II. doctr. 2. cap. 5. de apoſtemate pectoris (& bubone ſub axillis). WALTH. V. *pag.* 297.

MARCELLUS CUMANUS, parum cætera notus, PETRI de ARGELATA diſcipulus, vixit exeunte ſeculo, & a. 1495. in caſtris NOVARÆ fuit. Ejus *obſervationes* medicas ex codice M. S. edidit G. HIERONYMUS WELSCH. ULM. 1668. 4. HALLER (a). Bubones levi alvi purgatione curat. HALLER.

JOHANNES DE VIGO in *Chirurgiæ* L. II. tract. 5. cap. 5. de apoſtematibus inguinum. Cap. 6. de apoſtemate inguinum, ſ. exitura, quæ ſolet evenire in febribus chronicis. WALTH. V. *pag.* 270.

ALEXANDER BENEDICTUS in libro *de obſervatione in peſtilentia* VENETIIS 1493. 4. BONON. 1516. fol. BASIL. 1538. cum aliis & *operibus omnibus* recuſo, narrat, ut bubonem peſtilentem impoſita cucurbitula & veſicatorio curaverit. HALLER. V. *pag.* 300.

GODOFREDUS STEGHIUS in *Medicinæ practicæ* L. XII. cap. 14. phygethli &c. (bubonum) ratio & curatio. WALTH. V. *pag.* 313.

JOH. STOCKERUS in *praxi aurea* morb. particul. cap. 89. curatio bubonis. WALTH. V. *pag.* 374.

PHILIP. THEOPH. PARACELSUS *von der groſſen Wundarzney* L. XVI. *von offenen Schäden* cap. 23. pag. 441. (b) de bubonibus. Cap. 28. pag. 590. de bubone. WALTH. V. *pag.* 272.

NICOLAUS MASSA in libro *de febre peſtilentiali* &c. VENET. 1540. 4. 1556. 4. 1721. 8. Italice *ſopra la peſtilenza* &c. VENET. 1556. 8. Bubones ſcarificat & amburit. HALLER (c). Cap. 6. de apoſtematibus peſtilentialibus, ſ. bubonibus. WALTH. V. *pag.* 273.

AMBRO-

(a) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 477. (b) Edit. STRASBURG. a. 1605. 4. (c) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 531.

Ambrosius Paræus in *operum chir.* L. XXI. de peſte, cap. 30. de bubone maligno. Ad bubones cucurbitulæ, veſicatoria. Bubones immaturi aperiendi. Haller (d). V. *pag.* 301.

Amatus Lusitanus in *curat. med. cent.* II. *cur.* 60. de bubone circa inguina. *Cur.* 97. de bubone curando. Walth. V. *pag.* 314.

Jacobus Sylvius. V. *pag.* 350.

Antonius Chalmetæus in *enchiridii chir.* L. I. cap. 36. de bubone non peſtilenti. Walth. V. *pag.* 274.

Gabriel Fallopius in *tract. de tumoribus* cap. 27. de bubone peſtifero. Walth. V. *ulcera.*

Alexius Pedemontanus *de ſecretis* L. I. pag. 70. ad maturandos inguinum bubones. Walth. V. *medicam. chir.*

J. Bapt. Gemma. V. *pag.* 351.

Joh. Crato *in epiſtolarum medicin.* L. V. pag. 356. (e) accipiendi ſunt flores ſambuci & cum his contundenda cicuta & fimus columbinus vel piper, fiat cataplaſma buboni applicandum. Walth. V. *pag.* 380.

Petrus Forestus in L. VI. *de febribus publice graſſantibus* Leid. 1588. 8. buboni cepas toſtas imponebat & acria. Haller. V. *pag.* 381.

Hieronymus Fabricius in *prælect. chir.* ad bubonum uſtionem, etiam cucurbitulas laudat. Haller. V. *pag.* 302.

Guilielmus Fabricius in *obſervat. chir. cent.* VI. *obſ.* 93. buboni peſtilentiali veſicatorium ſæpe cum fructu ſe applicuiſſe. Walther. V. *pag.* 274.

Germanus Courtin in *leçons anatomiques* &c. etiam de bubone agit. V. *pag.* 11.

Joh. Zecchius in *conſultat. med. conſ.* 32. de tumore inſigni in inguine (bubo). Walth. V. *pag.* 384.

Felix Platerus in tract. *de doloribus* cap. 17. pag. 824. bubonum curatio.

Idem in tract. *de vitiis* cap. 3. pag. 367. bubonum indolentium cura. Walth. V. *pag.* 385.

Rudolph. Goclenius in *Experimentirbuch* cap. 24. bubones & parotides. Cap. 79. bubones & ulcera pudendi. Walth. V. *pag.* 352.

Sebastianus Cortilio in *practicæ* L. I. cap. 5. de bubone. In bubone, inquit, frigido emplaſtrum hoc pro ſecretis habeo: ℞. *farinæ ſem. lini* lib. *ij. caſei antiqui triturati* lib. *j.* m. & bulliant in decoctione oſſium crurum porci q. ſ. F. emplaſtrum & applicetur. Walth. V. *pag.* 17.

Daniel Sennertus in *med. pract.* L. V. part. I. cap. 8. de bubone. Walth. V. *pag.* 17.

(d) Ibid. T. II. pag. 196. (e) Edit. Francof. 1595. fol.

Wolfgang Gabelchoverus in *curat. med. cent.* IV. *curat.* 79. uſque ad 89. bubo peſtilens. Walth. V. *pag.* 352.

Johannes Vigier in *oper. med. chir.* L. I. cap. 57. de bubone: in bubone maligno diachylum cum gummi & ſapone nigro apponendum, quo contumaciſſimi bubones ſuppurantur. Walth. V. *vulnera.*

Franciscus Peccetti in libro *de tumoribus* cap. 7. de bubone & ejus cura. Walth. V. *pag.* 18.

Henricus Petræus in *Handbüchlein.* tract. 9. cap. 7. de bubone. Cap. 8. de bubone Gallico. Cap. 10. de bubone peſtilentiali. Walth. V. *pag.* 18.

J. Poppius, chymicus Coburgenſis, non plenæ fidei homo. Ejus *giftig epidemiſcher Hauptkrankheit der peſtilenziſchen Gallenfiebern ſamt anderen Krankheiten ſo aus dem Haupt entſpringen, Beulen, derſelben curation aus* Paracelso, Arnoldo de V. N. *und eigener Erfahrung.* Leipz. 1623. 8. Coburg. 1623. 8. Haller (f).

Franciscus Citesius in *avis ſur la peſte* &c. bubones cucurbitula adtrahendos, & cepa, & elevatum paulum tumorem cauſtico aperiendum. Haller. V. *pag.* 354.

J. Donatus. Ejus *Bericht wie man diejenigen bey welchen die böſen und peſtilenziſchen Drüſen, bubones, apoſtemata, und carbunckel vermerket werden, mit äuſſerlichen Arzneyen verſehen und curiren ſolle.* Neiss 1625. 4. Haller.

Petrus Fabrus in *Chirurgiæ ſpagyricæ* ſect. I. cap. 10. de bubone. Walth. V. *pag.* 19.

Duncan Liddel. V. *pag.* 352.

Arnoldus Weickardus in *theſauro pharm.* L. IV. cap. 1. pag. 584. bubo frigidus. Walth. V. *pag.* 354.

Zacutus Lusitanus in *praxis med.* L. III. *obſ.* 123. de bubone peſtifero & ejus curatione.

Idem *de med. princip. hiſtor.* Tom. I. L. I. *obſ.* 29. gravidæ bubonem peſtiferum in inguine habentes, ſecta vena in talo tuto curantur. Walther. V. *pag.* 389.

Samuel Hafenrefferus, Profeſſor Tubingenſis. Ejus *πανδοχειον αιολοδερμον, in quo cutis eique adhærentium partium adfectus omnes traduntur* &c. Tubing. 1630. 8. Ulm. 1660. 8. Haller (g). In L. II. cap. 10. de ulceribus, ſ. bubonibus peſtilentialibus: magna cum utilitate medicum quemdam ſequens applicuiſſe: ℞. *diachyl. compoſ.* unc. *jß. cepar. toſtar., allior. aſſator.*, ana unc. *ij. caricar.* num. *xx. ferment., ſemin. ſinapi*, ana unc. *ß. rad. malvæ, alth.*, ana unc. *j. galbani, ammoniaci aceto ſol.*, ana drach. *iij. unguenti dialth.* unc. *jß.* Miſce. Walth.

Jaco-

(f) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 347. (g) Ibid. pag. 508.

Jacobus Primerosius in *enchiridii medico-pract.* parte I. pag. 61. bubo. Walth. V. *pag.* 337.

M. Aurelius Severinus *de efficaci medicina pyrotechn. chir.* L. II. parte 1. de exopyria cap. 79. de bubonibus peſtilentialibus. Part. 2. de ſectionibus cap. 26. de tuberculis (bubonibus) peſtiferis & malignis. Walther. V. *pag.* 303.

Johannes Agricola in *Chirurgiæ parvæ* tract. 5. pag. 49. de bubone. Walth. V. *pag.* 21.

Thomas Bartholinus in *hiſtor. anatom. cent.* IV. *hiſt.* 63. bubo peſtilens. Walth. V. *pag.* 23.

Johannes Johnstonus in *ideæ med. pract.* L. VI. cap. 1. art. 3. de bubone. Walth. V. *pag.* 391.

Balthassar Timæus in *caſuum medic.* L. V. *caſ.* 5. bubo ſimplex. Walth. V. *pag.* 26.

Oswald Grembs in *arboris integræ & ruinoſæ* L. I. cap. 7. pag. 39. curatio bubonis peſtilentis. Walth. V. *pag.* 27.

J. Jacobus Wepfer in *obſervation.* &c. pag. 94. quomodo bubones inguinales coalitum ilei cum peritonæo &c. cauſare poſſint; pag. 196. bubones inguinales quomodo curentur. Alberti. V. *pag.* 27.

J. Henricus Meibom. Ejus *de bubonibus.* Helmstadt 1671. 4. V. *off. morb.*

Denis Fournier. V. *gangræn.*

Paulus de Sorbait. V. *pag.* 33.

Georg. Wolfg. Wedel. Ejus *de bubone peſtilenti.* Jen. 1681. 4. V. *pag.* 34.

Nathanael Hodges in *peſtis hiſtoria* London 1672. 8. caſu primum compertum, veſicatorium buboni curando utile eſſe, inde in uſum veniſſe. Haller.

J. Nicolaus Binninger in *obſervat. & curat. cent.* IV. *obſ.* 88. bubo ſub axilla. Alberti. V. *pag.* 37.

Gerardus Blasius in *Medicinæ univerſæ therap. ſpecial.* part. 2. ſect. 1. cap. 3. de bubone: ad ſuppurationem promovendam ſumme laudatur Rulandi emplaſtrum diaſulphuratum. Walth. V. *pag.* 365.

Matthias Godofredus Purman in *aufrichtiger* &c. V. *pag.* 45.

J. Frischmuth. V. *pag.* 356.

In *Actis Eruditorum Lipſienſium ann.* 1716. *Apr.* pag. 190. bubones per topica ut tollendi. *Ann.* 1721. *Sept.* pag. 415. bubones peſtilentiales quid? Alberti. V. *pag.* 49.

Rudolph. Jacob. Camerarius. V. *pag.* 356.

Anweiſung wie man alle Arten der böſen peſtilenziſchen Drüſen curiren könne.... 1686. 8. HALLER.

JUSTUS VESTI. Ejus *de bubone.* ERFORD. 1707. 4. V. *calcul.*

CHRISTIANUS VATER. Ejus *hiſtoria*, & *curatio bubonis cum perforatione inteſtini & eruptione lumbricorum.* WITTEBERG 1693. 4. Pro hernia habitus, admotum bracherium, inteſtinum apertum, lumbrici eruperunt. Colo inteſtino rupto, abſceſſus natus, ſanatus. HALLER. V. *pag.* 62.

FRIDERICUS RUYSCH in *obſervat. anatomico-chir. obſ.* 41 læſo in aperto bubone vaſe lymphatico, plurimum ſeri profluvium, arcta preſſione tandem compreſſum. HALLER. V. *pag.* 63.

PANCRATIUS WOLF. V. *pag.* 279.

HERMANNUS BOERHAAVE in *prælectionibus* in aphoriſmos ab ignoto auctore editis, male crudos bubones MASSILIÆ in peſtilentia fuiſſe exciſos. HALLER. V. *pag.* 79.

MICHAEL ALBERTI in *ſyſtem. jurisprud. medicæ app.* pag. 187. bubonum cauſæ. ALBERTI. V. *pag.* 84.

THEODORICUS SPROEGEL in *ſelectis obſervationibus* bubone in peſtilentia ante tertium diem aperto neminem periiſſe. HALLER. V. *pag.* 94.

TRUMPHIUS in *Commerc. Litt. Nor.* 1737. *h.* 5. agit de bubone exulcerato, perforato, de quo vermes prodierunt. HALLER.

FR. BAILLY & J. JAC. BELLETETE. V. *pag.* 357.

GEOFROI. V. *pag.* 357.

GERARDUS van SWIETEN in T. I. *comment.* ad §. 416. V. *pag.* 123.

HUGO RAVATON in *traité des playes d'armes* bubones inguinales non aperiendos niſi maturos. HALLER. V. *vulnera.*

HONORATUS PETIOT. Ejus & CLERIADIS VACHER, auctoris diſp. *E. bubones critici in febribus malignis ſtatim incidendi.* PARIS 1756. 4.

LUD. GOTIF. KLEIN in *interprete clinico* tit. bubo. V. *pag.* 283.

MATTHÆUS THOMAS la CASSAIGNE & LUD. CLAUDIUS GUILBERT, auctor, *ergo bubones febribus malignis ſupervenientes immaturi cauſticis aperiendi.* PARIS 1766. 4. HALLER.

CALCULUS.

HIPPOCRATES in L. *de aëribus*, *aquis & locis* agit de calculi veſicæ ex aquis turbidis origine, exque lacte.

In aliis etiam libris minus certo HIPPOCRATICIS multa huc facientia occurrunt. Sic

In

In *prædictionibus Coacis* in L. II. agitur de calculi ſignis. In L. III. iterum aliqua de calculo.

In *Epid.* V. calculus ex utero emiſſus. In *Epid.* VI. dat ſigna calculi renalis; hic adultis frequentior, pueri veſicæ lapillus.

In L. *de morbis* IV. iterum de calculo ex lacte nato, ejusque ſignis. HALLER. Vide *pag.* 286.

A. CORNELIUS CELSUS *de re medica* L. VII. cap. 26. de urinæ reddendæ difficultate & curatione, pag. 475. (a) calculoſis quae curatio adhibeatur. Pag. 480. ſigna calculi. Pag. 481. de calculo fœminarum. Pag. 482. quæ curatio calculi evulſi adhibenda. WALTHERUS. V. *pag.* 287.

SCRIBONIUS LARGUS *de compoſ. medic.* 39. naſci in lapicidinis beſtiolas adhærentes ſaxis, quaſi vermes; has, numero quinque ex aquæ cyathis tribus ſuffuſas, per urinam extrahere lapides certum eſſe. WALTH. V. *medicam. chir.*

DIOSCORIDES in L. II. *facile parabilium*, cap. 119. 121. ad calculum veſicæ. In L. XII. cap. 110. ad nephriticos. WALTH. V. *medicam. chir.*

ARETÆUS *de cauſis & ſymptomatibus acut. morb.* L. II. cap. 9. de renum acutis adfectibus. Cap. 10. de acutis in veſica ægritudinibus.

Idem *de curatione acut.* L. II. cap. 8. curatio acuti morbi in renibus (calculo). Cap. 9. curatio acutorum veſicæ adfectuum.

Idem *de cauſis & ſignis morb. diuturn.* L. II. cap. 3. de renum adfectibus. Cap. 4. de veſicæ adfectibus (calculo).

Idem *de curatione diuturn.* L. II. cap. 3. curatio calculorum. WALTH. V. *pag.* 291.

C. PLINIUS in L. XXIX. XXX. agit de calculis. HALLER. V. *medicam. chir.*

CÆLIUS AURELIANUS *de morbis diuturnis* L. V. cap. 3. de renali paſſione. WALTH. V. *pag.* 293.

ARCHIGENES. Ejus *de calculo* fragmentum eſt in B. R. P. n. 2276. Porro de calculo renum fuſe agit apud AETIUM (b). HALLER. V. *pag.* 319.

RUFUS, Epheſius, inſignis ſcriptor, GALENI, in laude parci, elogia meritus; virum maximum ORIBASIUS vocat (c). Multa ſcripſit; pauca vero fragmenta ad poſteros pervenerunt. Supereſt *de renum & veſicæ morbis* libellus, ſed imperfectus, & in ipſa inciſione ulceris extus ſe efferentis abruptus. De calculi ſignis egerat in L. *ad vulgus* X. Hæc fragmenta Græce exſtant apud G. MORELLUM, PARISIIS 1555. 8. 1556. 8. Latine in collectione Principum. VENET. 1552. 4. BASIL. 1581. 4. J. P. CRASSO interprete, PARIS. 1554. Græce & Latine ex editione GUILIELMI CLINCH,

LON-

(a) Edit. PARIS. 1567. fol. (b) L. III. cap. 4. (c) Ad EUNAPIUM.

LONDIN. 1744. 4., quæ nitida eſt editio, etſi non valde caſtigata. MARTINI BOGDAN editio intercidit. Ita HALLER.

ANTYLLUS fuſe agit de calculo (d). De calculi origine; de mictu harenarum, & calculo molli, qui ſolvi poſſit; ut curetur, cui exiguus eſt calculus; adnaſci veſicæ lapidem, hinc a moto corpore dolorem ingraveſcere (e). HALLER. V. *pag.* 406.

ALEXANDER APHRODISEUS, GALENO fere coævus. Ejus ſunt *ιατρικα αποφθεγματα και φυσικα προβληματα*, quæ prodierunt cum ARISTOTELIS operibus VENET. 1495. fol. 1513. fol. FRANCOF. 1585. 4. Græce. Latine edita vertente G. VALLA, VENET. 1501. fol. 1513. fol. cum ARISTOTELE *de natura animalium*, BASIL. 1542. 8. FRANCOF. 1609. 8. GENEVÆ 1612. & alias. Cur pueris calculi veſicæ, ſenibus in rene. Codex M. S. eſt in Bibl. Vindobonenſi (f), & in B. Bodleyana n. 131., in Medicea Plut. LXXI., in BANDINI III. p. 162. Ita HALLER.

CLAUDIUS GALENUS in L. *VI. de ſanitate tuenda*, cap. 11. de cuſtodiendis iis, qui renum calculo laborare ſolent.

Idem in L. X. *de compoſ. med. ſec. loc.* cap. 1. nephritica medicamenta.

Idem in L. *de renum adfectibus* cap. 1. ſeq. de renibus & calculo renum & ejus curatione.

Idem in L. *de medicamentis facile parabil.* cap. 44. ad calculum & urinæ difficultatem. WALTH. V. *pag.* 264.

PHILAGRIUS. Ejus fragmentum *de calculo* reperitur in B. R. P. n. 2276. AETIUS hunc ſcriptorem ſæpe citat. Diæta eorum, quorum renes ex calculo laborant (g). Calculum in urethra hærentem inciſione facta volſella eduxit (h) Magni ad eum finem fecit ſanguinem humanum ſiccatum (i) & paſſerem troglodyticum (k). Ita HALLER.

ORIBASIUS in *ſynopſis* L. IX. cap. 25. de renum & veſicæ adfectibus ſ. calculo.

Idem *de locis adfect. cur.* L. IV. cap. 101. de renum & veſicæ adfectibus (calculo). WALTH. V. *pag.* 264.

AETIUS in *tetrabibl.* III. ſect. 3. cap. 4. 5. 6. 7. 8. 13. de calculoſis renibus, & cura renum calculoſorum. Cap. 11. ſequens medicamentum calculos per urinam celerrime pellere ait: ℞. *alliorum unguiculos ſ. nucleos* 7. *piper.* gr. *jx.* contere minutim & cum vino veteri pro una vice in balneo bibendum præbe. Cap. 9. 10. 11. 14. 15. de calculo veſicæ. *Tetrabibl.* IV. ſect. 4. cap. 99. 101. de calculo veſicæ muliebris. WALTH. Cap. 99. agit de calculo uteri. Eum educit inciſione facta, depulſum verſus veſicæ collum. HALLER. V. *pag.* 265.

ALE-

(d) Apud RHAZEUM *cont.* L. IV. cap. 2. (e) Apud AETIUM. L. VII. cap. 2. (f) LAMBEC. VI. pag. 88. (g) Apud AETIUM L. XI. cap. 4. (h) Ibid. cap. 5. (i) Ibid. cap. 12. (k) Ibid. cap. 8.

Alexander Trallianus *de arte med.* L. IX. cap. 2. de affectu renum & veſicæ (calculo).

Idem in *paraphraſ.* L. III. cap. 34. de calculo: ℞. Sanguinem hirci panniculo inditum & miſtum in mortariolo cum frumento hordaceo, & cataplaſmatis modo loco dolenti ſuperimpone. Summe enim & mirabiliter ad calculum & tophos, qui in renibus & veſica naſcuntur, facit. Cap. 39. Si renum calculi duriores minusve friabiles extiterint, & inde propter obſtructionem lotium ſupprimatur, ſumme prodeſt glycyſis, hoc eſt herba pæoniæ ex vino & melle epota. Summe facit ad idem decoctum quinque folii, radicibus in aqua elixis. In calculo, veſicæ ſanguis hirci principem locum habet, qui, ſi calidus injiciatur vel illiniatur, admirando quodam modo confringit lapidem; præfertur vero, ſi fuſus ſuper veſicæ regionem illiniatur. Optimum autem ſi in calido balneo veſicam hoc ſanguine perfundas, & perungas, idque ſæpius repetatur. Walth. V. *pag.* 369.

Paulus Ægineta *de re medica* L. III. cap. 45. de calculo. In L. VI. cap. 60. de calculis. Walth. V. *pag.* 293.

Johannes Actuarius *de methodo med.* L. I. cap. 27. de morborum, qui partes genitales corripiunt, dignotione (ut calculus). Walth. V. *pag.* 358.

Johannes Serapionis filius in L. IV. lapidem Judaicum in calculo veſicæ inutilem eſſe. Haller. V. *pag.* 265.

Rhazeus in L. X. de renum & veſicæ calculo: dolorem in viis urinariis intolerabilem compreſſit dato ſemine hyoſcyami. Ex ſale calculum conſiſtere, ſeque in urina pueri plurimum vidiſſe. Vidiſſe calculos de porcis decedere; vidiſſe in equo; eſſe ubi pomi æqualis in homine fuerit. Farrago medicamentorum lithontripticorum. Haller. V. *pag.* 265.

Haly Abbas in *theor.* L. IX. cap. 32. de paſſione veſicæ (calculo). Cap. 33. de paſſionibus renum, ut calculo. In *practicæ* L. VII. cap. 47. de calculi veſicæ medela. Cap. 49. de renum calculorum medela. In *Arioponti pract.* L. III. cap. 61. de lithiaſi. Walth. V. *pag.* 295.

Avicenna in L. III. *fen.* 18. tract. 2. cap. 16. 17. 18. 19. de calculi renum ſignis & curatione. *Fen.* 19. tract. 1. cap. 5. 6. 7. de lapide veſicæ. Walth. V. *pag.* 267.

Avenzoar in L. II. de oleo *alquiſcemin*, quo pater calculum ſolverit. Viridi eſſe colore, limpidum, odore forti & aromatico. Se balſamo de Mecca calculoſis profuiſſe. Si lapillus in urethra impactus fuerit, adamante jubet erumpere, quem in ſtilo præfert.

Ejus *libellus de curatione lapidis ad eundem* Haly filium Joseph, a quo & ipſe pater in carcerem fuit conjectus. Remedia indicat, quibus genera-

neratio calculi prohibetur. Prodiit Venetiis 1497. fol. cum corrupto nomine Alquazir Albuleizor. Ita Haller. V. *pag.* 295.

Albucasis in L. *practicæ* tract. 20. cap. 9. 10. de calculo renum. Tract. 21. cap. 11. de lapide veſicæ. Walth. V. *pag.* 268.

Constantinus Africanus *commun. loc. med.* L. IV. cap. 36. de renum affectibus (& eorum calculo). Walth. V. *pag.* 263.

Gariopontus in *totius corporis* &c. etiam de renum & veſicæ morbis & de calculo agit. Walth. V. *pag.* 296.

Eros ſcripſit *de paſſionibus mulierum*, qui & ipſe libellus ſit Salernitani medici, non certe Juliæ liberti, qui Cophonem (l) citet, & Mag. Theodoricum (m). Prodiit cum *gynæciis* Basil. 1566. 4. 1586. 4. & ſeorſim *Trotulæ* nomine. Agit etiam de calculo; ubi reperias, nonnemini poſt longam fomentationem calculum ſugendo fuiſſe extractum, per foramen factum circa peritonæum: ſed perinæum legi debere putat celeberrimus Haller.

Gentilis de Fulgineo (Foligno), Thaddæi diſcipulus, cujus ætas incerta eſt. Thaddæus videtur ejus ætatem ad initia ſeculi XIV. definire, & ea eſt ſententia R. Moreau, eademque Mandosii, qui a. 1348. peſte dicit exſtinctum de vita deceſſiſſe. Verum Montagnanam citat, tanto nuperiorem: niſi alius fuit vetuſtior Montagnana parum notus. Quare omnibus computatis, nihil novare viſum eſt. Cæterum ejus *expoſitiones in comment.* IV. Avicennæ prodierunt Venet. 1484. fol. 1486. fol. 1492. fol. Papiæ 1510. fol. 1519. fol.

Ejus vero *conſilia peregregia ad quædam morborum corporis humani genera* Venet. 1503. fol. 1518. fol. cumque iis tractatus *de herniis*, cujus eſt codex M. S. in Bibl. Bern. Ita Haller (n). *Conſil.* 2. pag. 5. (o) ad lapidem veſicæ. *Conſil.* 12. pag. 70. ad lapidem renum. Walth.

Lanfrancus in *Chirurgiæ magnæ* doctr. III. tract. 3. cap. 8. de lapide renum & veſicæ. Walth. V. *pag.* 2.

Bernardus Gordon in *libro Medicinæ* part. 6. cap. 8. de paſſionibus renum. Cap. 12. de renum calculo. Walth. V. *pag.* 270.

Franciscus de Pedemontio. Ejus *ſupplementum in ſecundum librum remediorum* J. Mesves prodiit cum omnibus illis Mesves editionibus plenioribus, etiam Venet. 1602. fol. Fuſum opus & verboſum ex Arabibus ſumtum. Ita Haller. De ægritudine renum & veſicæ *ſumm.* I. *particul.* 4. cap. 2. de oppilatione renum & veſicæ & medicinis ejus. Walth.

Anonymi *tractatus de calculo, ejusque remediis in IV. partes diviſus ſeculi* XIV. eſt in B. R. P. n. 7016.

Reme-

(l) Pag. 950. Edit. 1566. (m) Cap. 72. (n) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 445. (o) Edit. 1518. fol.

Remedium adverſus calculum. Ibid. n. 2276.
Cures of the ſtone ſtrangury &c. in Bibl. Bodley. n. 2077.
De lapide renum, & ejus remedio. Ibid. n. 2136.
De lapide in veſica. Ibid. n. 2063. Haller.

Arnaldus de Villanova in *breviarii* L. II. cap. 32. de vitio lapidis renum & veſicæ: cum dolor fuerit maximus multum mitigabitur, ſi accipiantur duæ vel tres cepæ minutim ſciſſæ & ſupra tegulam calidam calefiant, tunc cum vino albo aſpergantur, & ſupra renes vel perinæum ponantur. Ad ſolvendum calculum laudat radicem aſparagi, arundinis, ſaxifragæ, virgæ aureæ, milium, acetum ſcylliticum, ſuccum limoniorum, polium montanum. Walth. V. *pag.* 296.

Ejus codex M. S. *de calculo* eſt inter ll. Bruscough n. 7676. Haller.

Nicolaus Bertruccius, in *methodis cognoſcendorum tam particularium quam univerſalium* &c. pag. 131. calculus & urina alba vel rubra. Walth. V. *pag.* 371.

Guilielmus de Varignana in *ſecretor. ſublim.* tract. 3. cap. 2. de renum lapide: ſuccum parietariæ cum vino albo mane epotum mirifice renes a calculo mundificare. Tract. 14. cap. 4. de lapide in veſica. Walth. V. *pag.* 371.

Johannes de Gaddesden in *roſa Anglica* &c. pag. 122. b. in ore patris ſui calculum ſub lingua vidit, quem lapillum conſervavit, inque ſcholis oſtendit, patremque ſuum ſanavit. Haller. V. *pag.* 2.

Guy de Chauliac in *Chirurgiæ* tract. 6. doctr. 2. pag. 67. de lapide veſicæ. Walth. V. *pag.* 297.

Johannes de Tornamira, Monſpelienſis. Ejus *clarificatorium ſuper* Almanzoris IX. Lion 1501. 4. Venet. 1521. fol. Calculum membrana obductum vidit. Haller.

J. Matthæus de Gradibus in *practicæ* parte I. (vel II.) cap. 14. de lapide renum & veſicæ.

Idem in *conſiliorum ſecundum vias* &c. *conſil.* 60. de calculo renum. *Conſil.* 62. de patiente punctionem urinæ a præſentia arenularum. Walth. V. *pag.* 372.

Bartholomæus de Montagnana. In ejus *conſiliis* intercedunt de calculo uteri, renum & veſicæ. Haller. V. *pag.* 372.

Antonius Guainerius in L. II. fuſe agit de calculo renis & veſicæ; eum lamellis factum vidit. Haller. V. *pag.* 372.

Antonius Cermisonus in *conſil.* 10. contra lapidem in veſica. Walth. V. *pag.* 372.

J. Mich. Savanarola in *pract. major.* tract. 6. cap. 18. rubr. 6. de lapide renum. Cap. 19. rubr. 2. de lapide veſicæ. Walth. V. *pag.* 373.

JOH. BAVERIUS in *conſilio* 4. plurima habet de calculo renum & veſicæ: petroleum, inquit, in quo bullierit lapis lyncis colatum & injectum per ſyringam mirabiliter lapidem veſicæ frangit, virga prius embrochata decocto malvæ. WALTH. V. *pag.* 4.

JULIANUS GUTIEREZ de TOLEDO ſcripſit *de la cura de la pietra dolor de hyada, y colica renal.* TOLEDO 1498. HALLER.

MARCUS GATTINARIA, Ticinenſis, vixit circa annum 1481., quem nominat, empiricus, Arabiſta & ſuperſtitioſus homo. Ejus *de curis ægritudinum totius corporis cum* ALMANZORIS *practica.* LION 1506. 4. 1525. 8. vel 4. min. 1532. 8. 1542. 8. 1639. 8. PARIS. 1690. 8. hic & FRANCOF. 1604. 8. cum titulo *de medendis humani corporis malis practica*: porro BASIL. 1537. fol. *Praxis medica* VENET. 1599. 8. HALLER. De cura ægritudinum particular. pract. pag. 53. (p) cura lapidis renum. WALTH.

ANTONIUS BENIVENIUS *de abditis* &c. cap. 80. calculo evulſo ſanata mulier. WALTH. V. *pag.* 362.

JOHANNES ARCULANUS *pract. med.* pag. 163. (q) 164. 165. calculus renum. WALTH. V. *pag.* 373.

ALEXANDER BENEDICTUS *de omnium a capite ad calcem morborum cauſis* &c. L. XXII. cap. 34. 35. 36. 37. 40. diæta pro calculoſis. Cap. 41. 42. 43. 44. 45. 46. remedia. Cap. 48. qua cura in veſicæ lapide utendum ſit. WALTH. V. *pag.* 300.

SYMPHORIANUS CHAMPIER in *practicæ novæ* &c. L. V. cap. 1. de ægritudine renum & veſicæ. WALTH. V. *pag.* 373.

GALEACIUS de S. SOPHIA in *medic. pract.* cap. 74. de lapide renum & veſicæ. WALTH. V. *pag.* 373.

GODOFREDUS STEGHIUS in *Artis medicæ* L. VIII. cap. 27. de calculo renum. Cap. 28. & 29. obſtructionis & calculi veſicæ ratio & curatio. WALTH. V. *pag.* 313.

MARIANUS SANCTUS BAROLITANUS. Ejus *de lapide veſicæ libellus.* VENET. 1535. 8. PARIS. 1540. 4. & in collectione Veneta a. 1543. 4. 1647. 4. tum in collectione GESNERI. Ipſe cum ex renali lapide & arthritide (Gallica) laboraret, pulvere ex ſemine & radice petroſelini, & flore cardui ſtellati ſiccati, ad ſcrupulos duos in vino ſumto ſe ſublevavit. Signa lapidis renalis incipientis & confirmati. Urinæ retentæ, quando catheter admitti nequit, medetur forcipe curva, bicruri, cujus diſcedentibus cruribus iter urinæ dilatat. HALLER. V. *pag.* 271.

JOH. STOCKERUS in *praxis aureæ* L. I. cap. 48. de calculo renum & veſicæ. WALTH. V. *pag.* 374.

PETRUS de BAYRO *de medendis corporis humani malis* L. XIV. cap. 2. 3. de his quæ præſervant a lapide renum & veſicæ. WALTH. V. *pag.* 374.

PHI-

(p) Edit. PARIS. 1521. 8. (q) Edit. VENET. 1497. fol.

Philippus Theophr. Paracelsus in L. VI. *von der Steinkrankheit.* Walth. V. *pag.* 272.

Johannes (r) Manardus, Ferrarienſis, medicus, qui aliquamdiu in Hungaria Archiatri Regii munere functus, tum in Polonia, in patriam demum reverſus eſt. Ejus *epiſtolarum libri VI.* prodierunt anno 1520. (s). Paris. 1528. 8. Argent. 1529. 8. Lion 1549. 8. Deinde tota collectio *librorum XX.* Basil. 1549. fol. Nitida editio. Hanov. 1611. fol. cum titulo *curia medica.* Epiſtolæ ſcriptæ ſunt ab anno 1502. ad 1535. Semiarabiſta, ſemigalenicus, paſſim veterum lectionem emendat. Omnis generis argumenta tractat. Haller (t). In L. XIII. *epiſt.* 3. de lapide renum. Haller in *Bibl. chir.*

Nicolaus Massa in *epiſtolis medic. epiſt.* 22. de ardore urinæ in calculo renum. Walth. V. *pag.* 273.

Hieronymus Cardanus in L. *de cauſis, ſignis* &c. pag. 211. de lapidibus renum. Pag. 221. lapis veſicæ. Walth.

Idem in *commentariis ad aphoriſmos* Hippocratis, Patav. 1653. 4. pag. 207. cum chirurgi a ſtrepitu catheteris perſuaſi, calculum in veſica eſſe adfirmarent, inciſo corpore reperit noſter, nullum eſſe.

Idem *de ſubtilitate* Basil. 1550. 1552. fol. 1560. 8. In L. II. celebrem & ſæpe repetitam hiſtoriam habet canis, qui calculi dolores parietaria ſolari conſuetus, ea deficiente interierit. Haller. V. *pag.* 374.

Andreas Vesalius in *paraphraſi* &c. cap. 79. de renum & veſicæ calculo. V. *pag.* 375.

Johannes Guintherus, Andernacenſis. Profeſſor Pariſinus, hujus eſt ævi, etiamſi ejus *commentarii de Medicina veteri & nova* anno demum 1571. Basil. prodierunt. In Tom. I. agit etiam de vitiis renum, ſed breviter omnia & quaſi obiter. Ita Haller.

Johannes Eichmann vulgo Dryander, Wetteræ natus, Profeſſor Marburgenſis. Ejus *der ganzen Arzney gemeiner Inhalt.* Francof. 1542. fol. 1557. fol. Intercedit etiam caput de calculo. Haller.

Sebastianus Austrius. Ejus *de infantum ſ. puerorum morborum & ſymptomatum dignotione tum curatione: ex Græcorum, Arabum & Latinorum placitis concinnatus. Add.* Hippocratis *aphoriſmi noviter natorum affectus commemorantes. In calce vero ſenſus aphoriſtici alii ex auctoribus hinc inde citati. Eorundem de bona puerorum valetudine præcepta.* Basil. 1540. 8. Lion. 1549. 12. Verus auctor fuit Cornelius, Archiater Mecklenburgenſis. Cum vero iſte Arabes unice legiſſet, & barbare ſcripſiſſet, noſter ſtilum ornavit, Græcos adjunxit. Morbi 54. & qui inter eos chirurgi-

(r) Verius Johannes Jacobus. (s) *Epiſt.* 6. L. XVIII. (t) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 515.

rurgici videntur, tamen fere per medicamenta tractati. Mera cæterum compilatio. Ita HALLER (u). *Morbus* 44. calculus. WALTH. V. *pag.* 375.

ANTONIUS MUSA BRASSAVOLUS in *commentariis* &c. hiſtoriam calculi veſicæ tradit. HALLER. V. *pag.* 406.

JOHANNES FERNELIVS. In ejus *univerſæ Medicinæ* L. V. *de part. morb.* cap. 12. renum morbi (ut calculus). Cap. 13. veſicæ morbi. WALTHER.

Ejus porro *conſiliorum medicinalium liber ex adverſariis* 400. *conſiliorum ſelectus.* PARIS 1582. 8. 1585. 8. FRANCOF. 1584. 8. 1593. 8. cum titulo *conſiliorum medicinalium centuria* & cum *reſponſis quibusdam medicorum Pariſienſium.* FRANCOF. 1593. HANOV. 1607. 4. Redeunt etiam in *poſthumis*, & in Ultrajectina operum editione. *Conſilia* ſunt 72. brevia, pro medico potius, quam pro ægro ſcripta, generalia, absque eventu, JULIANUS PALMARIUS edidit. Ita HALLER (x). *Conſil.* 30. de nephritide. *Conſil.* 57. ad dolorem nephriticum. *Conſil.* 58. ad calculum. WALTH. V. *pag.* 273.

ANTONIUS FUMANELLUS in *tract. de compoſitione medicam.* cap. 46. medicamenta lapidem renum & veſicæ conterentia. In *tract. de morbis in viis urinariis* cap. 13. de facultatibus medicamentorum diureticorum (in calculo). WALTH. V. *pag.* 375.

GUALTHER HERMANN RYFF, chirurgus, medicus, erro, compilator, & polygraphus, malorum morum, & paſſim de civitatibus ejectus. Ita peſſimo teſtimonio eundem GESNERUS notat. Ejus *bewährte Cur des Steins, und Gries in Urinblaſen, und Lenden, auch gründlicher Bericht den Stein zu ſchneiden.* WÜRZBURG 1543. 4. HALLER.

JOH. TAGAULT. Ejus *conſilium pro calculoſo* eſt in SCHOLZIANIS. Ita HALLER.

LEONHARDUS FAVENTINUS in *tract. de morbis puerorum*, INGOLSTADII 1544. 8. cap. 27. lapidis renum & veſicæ remedia. WALTH.

VIDUS VIDIUS in L. *de curatione membratim* X. cap. 20. de calculo veſicæ: laudat radicem raphani acerrimi in vino infuſam. WALTHER. V. *pag.* 375.

LUDOVICUS LOBERA de AVILA, Caſtellanus, Archiater CAROLI V. Ejus L. *de las quatro enfermidades corteſanas, che ſon mal de pietra* &c. TOLEDO. 1544. 8. HALLER.

DIONYSIUS FONTANONUS, medicus Monſpelienſis, circa annum 1544. obiit. Ejus eſt *practica, ſ. de morborum internorum curatione* L. III. editi a J. RENERIO, LION 1599. 8. HALLER (y). In L. II. (vel III.) cap. 34. calculi veſicæ curatio. In L. III. cap. 32. calculi renum curatio. Cap. 33. de præcautione calculi. WALTH.

CAMIL-

(u) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 42. (x) Ibid. pag. 36. (y) Ibid. pag. 74.

CAMILLUS THOMAI, Ravennas. Ejus *rationalis methodus ac compendioſa ad omnes fere curandos morbos internarum partium humani corporis.* VENET. 1548. 8. 1554. 8. 1555. 8. PARIS. 1550. 12. FRANCOF. 1598. 8. 1626. 8. Inanis labor. Ita celeberrimus HALLER (z). Cap. 47. de calculo renum & veſicæ. WALTH.

JACOBUS SYLVIUS. Ejus *morborum internorum pene omnium curatio brevi methodo comprehenſa ex* GALENO *præcipue &* M. GATTINARIA, PARIS. 1545. 8. 1554. 8. VENET. 1549. 16. 1572. 8. TIGURI 1555. 8. COLON. 1579. 8. LION 1549. 12. 1629. 16. HALLER (a). Pag. 75. (b) curatio calculi renum. Pag. 78. curatio calculi veſicæ. WALTH. V. *pag.* 350.

C. C. KUNRATH in *medullæ deſtillatoriæ* parte I. numeroſa recenſet medicamenta lithontriptica. V. *pag.* 397.

ANTONIUS MIZAULD (MIZALDUS), medicus & mathematicus, collector. Ejus *memorabilium, utilium, ac jucundorum centuriæ IX. in aphoriſmos arcanorum omnium digeſtæ.* PARIS. 1566. 8. 1584. 8. COLON. 1572. 12. FRANCOF. 1589. 12. 1592. 1613. 12. Ultimæ editiones appendice auctæ. Germanice *neunhundert gedächtnüſswürdige Geheimnüſſe.* BASEL 1615. 8. HALLER (c). In *centuria* V. *aphor.* 87. calculoſis conferens præſidium. *Cent.* VII. *aphor.* 4. 25. 45. 89. remedium præſtantiſſimum ad calculos concretos. ALBERTI.

AMBROSIUS PARÆUS in *operum chirurg.* L. XVI. cap. 37. de præſervatione a calculo: laudat pulverem ſem. & radic. petroſelini, & ſem. cardui, quod calcatrippam vocant, cum vino albo vel jure pulli gallinacei jejuno ventriculo per tres dies ſumtum. WALTH. V. *pag.* 301.

BENEDICTUS VICTORIUS in *empiricæ Medicinæ* L. I. cap. 44. de calculo renum. WALTH. V. *pag.* 376.

J. FRIDERICUS ARMA. Ejus *de veſicæ & renum affectus dignotione, & medicatione.* BREGELL. 1550. 8. HALLER.

AMATUS LUSITANUS in *curation. medicin.* &c. *curat.* 68. de calculo WALTH. V. *pag.* 314.

CASPAR PEUCER, Budiſſinenſis, MELANCHTHONIS gener, ob religionem reformatam diu in carcere latuit, & SERVESTÆ demum obiit. ſcripſit a. 1552. *de ratione diſcendi & præcipue Medicinam* LIPSIÆ 8. Ejus *Medicina practica, ſ. methodus curandi morbos internos tum generalis tum particularis.* FRANCOF. 1614. 8. HALLER (d). Cap. 18. de renum morbis, ubi & de calculo & ejus cura. WALTH.

CHRISTOPHORUS a VEGA *de arte med.* L. III. *ſect.* 9. cap. 6. de lapide veſicæ. WALTH. V. *pag.* 376.

Do-

(z) Ibid. pag. 86. (a) Ibid. pag. 44. (b) Edit. PARIS. 1545. 8. (c) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 91. (d) Ibid. pag. 94.

Donatus Antonius ab Altomari in *artis medicæ* &c. cap. 10. de calculo veſicæ. Cap. 54. de calculo renum. Walth. V. *pag.* 376.

Joh. Langius in *epiſtolarum* L. II. *epiſt.* 57. de calculis veſicæ & renum. *Epiſt.* 58. de medicamentis ex pulvere vitri & aviculæ troglodytidis lapidem atterentibus. Walth. V. *pag.* 320.

• *Arzneybuch worinn* Tarquinii Ocyori *zwanzig Wurzeln*, Magni Hund *Regiment wider etliche Krankheiten*, *Podagra*, *Franzoſen*, Euricii Cordi *wider die Plage des Steins*, Hieronymi Bocks (Tragi) *wider die grauſame Plage des Steins.* Königsberg 1555. 4. Haller (e).

Franciscus Valeriola in *enarrationum medicinalium* cap. 9. de calculo renum & veſicæ. An purgantibus diuretica admiſcenda. Walth. V. *pag.* 273.

Petrus Franco in *traité des hernies* &c. in calculo veſicæ negat medicamenta quidquam poſſe. Haller. V. *hern.*

J. Baptista Montanus, Veronenſis, clinicus, Profeſſor Patavinus, demum in villam ſe recepit: vir ſuo ævo ſummæ famæ, illuſtriſſimorum medicorum præceptor. Pleraque ejus ſcripta poſt mortem viri prodierunt. Ejus *conſultationes medicæ de variorum morborum curationibus opera* Hier. Donzellini & Phil. Becchii *congeſtæ.* Basil. 1557. 8. Noriberg. 1559. fol. Deinde Montani *conſultationes* duplo auctæ a J. Cratone prodierunt Basil. 1583. fol. Ampliſſima eſt collectio; conſilia non adeo fuſa, ut eo ævo ſolebant, tota ut expectes Galenica. Ita Haller (f). In *conſultat.* 102. an diuretica in præſervatione affectus renum & veſicæ (calculo) conveniant. *Conſult.* 103. de præſervatione a calculo. *Conſult.* 104. 106. &c. de præſervatione a calculo. *Conſult.* 109. de calculo laborante. *Conſult.* 194. de præſervatione a calculo. *Conſult.* 198. 199. medicamenta. *Conſult.* 200. 201. 202. de calculo renum. Walth.

Reinerus Solenander in *conſiliorum medicinalium ſect.* II. *conſil.* 10. in calculo renum: compoſitum valde medicamentum habet ex cinere leporis integri combuſti, ſaxifragæ, baccis lauri, bardana, foliis quercus, aqua ſtercoris bovini, raphano, ſucco aurantiorum, vel limoniorum &c. additque ſe quamplurimos a præſentiſſimo mortis periculo liberaſſe. *Conſil.* 17. 20. in calculo renum. *Sect.* III. *conſil.* 26. ad præſervationem a calculo laudatur aqua betulæ cum pauco vino in quo raphanus, tantillumve pimpinellæ vel ſem. lithoſperm. infuſum ſit. Aqua ex integris ſiliquis fabarum jam prope maturis conciſis deſtillata. *Conſil* 27. in dolore renis dextri ex calculo cum mictu ſanguinis & virgæ carunculis. Walth. V. *pag.* 383.

Horatius Reserius. Ejus *de calculo* fuſiſſimum conſilium excuſum eſt in L. VI. Scholzianorum conſiliorum. Haller (g).

J. Ba-

(e) Ibid. pag. 114. (f) Ibid. pag. 76. (g) Ibid. pag. 121.

J. Baptista Porta, Neapolitanus, vir acuti ingenii, mathematicus, ingenii præcocis, peregrinator. Ejus *magiæ naturalis libri quatuor* prodierunt primum Neapoli 1558. fol. min. Antwerpiæ 1560. 8. 1564. 8. Lion 1561. 16. Colon. 1562. 12. Deinde auctum opus eſt, & libri XX. prodierunt Neapoli 1569. fol. 1575. 12. 1589. fol. Lion 1561. 12. Francof. 1594. 8. 1597. 8. 1607. 8. Hanov. 1619. 8. 1664. 8. Leid. 1644. 12. 1652. 12. Amsterdam 1664. 12. Rouen 1601. 8. 1650. 8. Gallice Lion 1571. 8. & 16. Anglice Lond. 1669. fol. Germanice Noriberg. 1680. 8. 1713. 4. 1715. 4. Italice Venet. 1560. 8. 1572. 8. Neapoli 1678. 4. Rara, curioſa, ut vulgo vocat, & inaudita colligere ſtudet, non ille in æſtimanda ſcriptorum fide difficilis, ex quibus haurit. Medicamenta varia, vana quidem multa, aliqua peculiaria & rara. Ita Haller (l). In L. VIII. cap. 6. ad deturbandos calculos: mori fructus & folia ante ſolem collecta deſtillata vel in umbra exſiccata ſi ex vino vel propria aqua bibantur mane, mire ad calculos deturbandos valere. In tractatu *de ſignaturis herbarum* reſta bovis, & virga aurea ad calculum laudatur. Walth.

Jodocus Lommius, Buranus, Belga, de ſecta Hippocratica, morborum diligens obſervator. Ejus *medicinalium obſervationum libri tres, quibus notæ morborum omnium & præſagia judiciaque proponuntur.* Antwerp. 1560. 8. 1563. 8. Francof. 1643. 8. Jen. 1687. 8. 1719. 8. 1739. 8. Lond. 1718. 8. Amsterdam 1715. 8. 1720. 8. 1738. 8. Gallice *tableau des maladies* Paris 1712. 8. Non ſunt, ut ex titulo ſperes, adnotationes aliquæ ſingulares, ſed hiſtoriæ morborum analyticæ cum ſignis & præſagiis, omnino ad Hippocratis ſenſum; univerſi primum corporis, tum mala peculiaria. Ita Haller (m). In L. II. pag. 189. (n) ad renum calculos. Walth.

Leonhardus Giacchinus in *commentar.* cap. 64. de lapide renum & veſicæ. Walth. V. *pag.* 376.

J. Paul. Pernumia in *therapeut.* L. VII. pag. 116. (o) nephritici dolores. Walth. V. *pag.* 377.

Gerardus, Bergenſis. Ejus *de præſervatione, & curatione morbi articularis, & calculi.* Antwerp. 1564. Haller.

Jacobus Hollerius *de morbis internis* L. I. cap. 38. de calculo. Cap. 44. de calculo veſicæ. Walth. V. *pag.* 335.

J. Kentmann. Ejus L. *de calculis corporis humani* prodiit cum C. Gesneri libello de *foſſilibus*, Tiguri 1565. 8. Haller.

Guil. Cappel *non E. ut renum, ſic veſicæ lithiaſis curabilis.* Paris 1565. 4. Haller.

Guiliel-

(l) Ibid. pag. 125. (m) Ibid. pag. 120. (n) Edit. Francof. (o) Edit. Venet.

Guilielmus Rondelet in *methodi curandor.* L. III. cap. 41. de renum calculo. Cap. 44. de veſicæ calculo. Walth. V. *pag.* 377.

Alexius Pedemontanus *de ſecretis* L. XVI. cap. 1. occurrunt medicamenta varia ad calculum. Walth. V. *medicam. chir.*

Antonius Miraldus in *Medicinæ area* 4. de raphano, ſummopere laudat raphanum acerrimum in vino albo maceratum. *Campo* 3. *area* 1. commendat ſyrupum hyſſopi cum aqua parietariæ. Walth. V. *pag.* 351.

Leonhardus Fioravanti, qui amabat eques audire, medicus periodeuta, qui etiam in Africa artem exercuit, Panormi vero totis triginta annis medicinam fecit Inter primos Italos chemicis medicamentis uſus eſt, & iis ipſis inclaruit. Ita Haller (p). In *caprici medicinali* in editione Germanica *Crone der Arzney* L. I. cap. 36. de calculo veſicæ. L. II. cap. 19. de aqua mirabili contra calculum. Eſt aqua deſtillata ſemin. pomor. aurantior. & limon., ſaxifragæ, meliſſæ, aſparagi, naſturtii, hyſſopi, rad. fœniculi, & petroſelini cum ſucco limoniorum. Walth. V. *pag.* 9.

Hieronymus Mercurialis in *conſiliorum medicin. conſil.* 105. de renum calculo.

Idem in *Medicinæ practicæ* L. III. de infimi ventris affectibus cap. 29. de affectibus renum (ut calculo). Cap. 33. de lapide veſicæ. Walth.

Idem porro in tract. *de puerorum morbis* Venet. 1583. 4. aliqua etiam de calculo habet. Haller. V. *pag.* 377.

Joh. Ferrandus, ſenior, medicus Pictavienſis. Ejus *de nephritidis, & lithiaſis, ſive de renum & veſicæ calculi definitione, cauſis, & curatione. Ex Græcis aliisque celeberrimis viris collectus.* Paris 1570. 8. 1601. 12. Ubique loci veterum in ordinem conjecti, ſed multa ſunt ipſius Ferrandi: in folliculo fellis calculus nigerrimus, qui folliculum ſuum laceraverat. Ipſe Ferrandus de junctura brachii dextri ſuperioris duos ſatis craſſos lapides excidit. Fœmina magnum lapidem ſummo cum dolore de alvo dejecit. Atrophicam multos duros albos lapillos excreaſſe. In veſica viri decem calculi ovi mole reperti. In alio tres duriſſimi in veſica calculi. In alio duo calculi ex rene exciſi, multis quaſi corniculis aſperi, aliique in ureteribus lapilli. In veſica fortis viri calculus tredecim unciarum repertus. In eodem homine 5. calculi in veſica, ſextus in rene, ſeptimus in veſicula fellis. Calculus in veſica multo pure involutus. Lapides in ſummo pene hærentes facile exſcidi, ſe teſte. Lithontriptica plurima inaniſſima. Integer catalogus plantarum, quas calculum putat frangere. Calculoſos mire adjutos eſſe uſu radicum eryngii. Ita Haller in *Bibl. Med. pract.*

Simon Pietre, & Bartholomæus Perdulcis. *E. nephriticis diuretica.* Paris 1571. 4. Haller.

Ho-

(p) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 149.

Horatius Augenius a M. Sancto, diſcipulus J. B. Montani, in Academia Taurinenſi Medicinæ Profeſſor. Ejus *de medendis calculoſis & exulceratis renibus.* Camerini 1575. 4.

Ejus *epiſtolarum Medicinalium Tomi III. libri XII.* Francof. 1600. fol. Venet. 1602. fol. 1607. fol. Haller (q). In T. I. L. IX. pag. 60. de remedio præſtantiſſimo ad calculum frangendum: ℞. *pulv. millepedum præparat.* drach. *j. aquæ vitæ* unc. ß. *juris cicer. rubr.* unc. *jx. vel x.* capiat calidum hora ante prandium. In T. II. L. II. *epiſt.* 3. 4. 5. de calculo veſicæ. In L. IV. *epiſt.* 2. de lapide veſicæ. In L. VI. pag. 541. de calculo veſicæ. In L. XII. *epiſt.* 1. & 2. ſyrupo ex numeroſis valde herbis confecto fere ſexcentos a lapide renum ſe curaſſe dicit. Walth.

Victor Trincavellus in *enchiridii medici* L. I. cap. 6. de nephritide. Cap. 7. de ratione curandi nephritidem.

Idem in *conſiliis medicis conſil.* 60. 61. de calculo renum. *Conſil.* 69. de calculo veſicæ. Walth. V. *pag.* 378.

Josephus du Chesne vulgo Quercetanus, dominus *de Morencé & de Lyſerable*, Gallus Vaſco, inter primos, qui in ea gente Chemiæ ſe dederunt, Paracelſicæ ſectæ addictus, diu in Germania vixit, & Medicinam fecit. Multa ſcripſit, ut ſubinde ſe repeteret. Ejus *de priſcorum philoſophorum veræ medicinæ præparationis modo atque in curandis morbis præſtantia, deque ſimplicium & rerum ſignaturis tum externis tum internis tractatus duo. Acc. de dogmaticorum medicorum legitima & reſtituta medicamentorum præparatione L. II. Item ſelecta quædam conſilia medica;* 1. *de arthritide & morbo ei adfini calculo; II. de nephritide; III. de lue venerea; IV. pro virgine morbo inmenſum complicato laborante.* Genois (Genevæ) 1603. 8. 1609. 8.

Ejus *pharmacopœa dogmaticorum reſtituta, pretioſis ſelectisque hermeticorum floſculis illuſtrata.* Lips. 1603. 8. Paris. 1607. 4. 1613. 8. Giess. 1607. 8. Francof. 1601. 4. Venet. 1614. 4. Genev. 1628. 8. & cum Renodaeo, Hanau 1631. 4. Germanice Strasburg 1625. 4. Italice Venet. 1577. vertente J. Al. Ferrari. Gallice *pharmacopée des dogmatiques reformée* Lion 1648. 8. Haller (r). Pag. 105. (s) compoſitio aquæ deſtillatæ ad comminuendum calculum etiam in veſica. Pag. 195. aliud remedium ad expulſionem calculi. Walth. V. *vuln.*

Dominicus Leonus in *artis med. ſect.* III. L. V. cap. 6. de renum & veſicæ calculo: laudat pulverem ex ſem. aniſi, apii, petroſelini, fœniculi, urticæ, & ſaccharo. Walth. V. *pag.* 378.

Abr. Werner. Ejus *de colica paſſione, calculo renum & veſicæ.* Witteberg. 1576. 4.

(q) Ibid. pag. 176. (r) Ibid. pag. 201. (s) Edit. Marburg. 1609. 8.

Omnibonus Ferrari in L. *de arte medica infantum* habet etiam calculum. Haller. V. *pag.* 314.

Joh. Riolan in *particulari medendi meth. ſect.* 3. de calculo veſicæ. Walth. V. *pag.* 378.

Casparus Wolfius, Tigurinus, in cujus poteſtatem codices manu Gesneri ſcripti pervenerunt, quos pauciſſimos edidit nulla certe cum cura. Excuſum dedit Tiguri 1578. 8. *Viaticum novum de omnium fere particularium morborum* innominati auctoris librum nunc primo editum. Gesnerus ante mortem præfatus erat. Secundum nonnullos Blasii Hollerii laborem eſſe Wolfius, ſed manifeſto Galli eſt, qui *marſaux* pro ſalice caprea dicat. Compilatio eſt empirica ex Græcis & Arabibus, quæ pene tota in formulis eſt. Multa abſurda. Non eſt Constantini *viaticum.* Ita Haller (*t*). Cap. 49. de calculo. Walth.

Bartholomæus Carrichter in *practica von allerhand Leibskrankheiten* L. I. cap. 68. contra calculum. Walth. V. *pag.* 379.

Gualther de Bruele in *praxis medicæ theoricæ* pag. 337. ad calculum. Walth. V. *pag.* 379.

Nicolaus Piso *de cognoſcendis & curandis* L. III. cap. 25. de nephritide ſ. calculo. Walth. V. *pag.* 379.

Balthasar Brunner, Hallenſis, peregrinator ex ſchola Italica, ſed chemicus ad Academias varias vocatus, edidit a. 1580. Lipsiæ 4. *Bericht von der jetztregierenden Hauptkrankheit.* Ejus vero *conſilia medica ex Bibliotheca* J. Jacob. Straiskirchneri, acc. vita auctoris, *collecta & reviſa a* Laurentio Hoffmanno, prodierunt Hall. 1617. 4. Lips. 1737. 4. Ita Haller (u). *Conſil.* 62. de præſervatione a calculo renum. *Conſ.* 63. in calculo renum. Walth.

Rembertus Dodonæus in *medicinalium obſervationum exemplis* cap. 43. de calculo veſicæ ſponte rupto. Cap. 44. de calculo e muliebri pudendo ſponte fere excidente. Walth. V. *calcul. ſect.*

Justus Ortlophus Maroldus in *pract. med.* pag. 240. 243. 245. medicamenta ad calculos renum; pag. 249. ad calculum veſicæ. Walther. V. *pag.* 379.

J. Ignatius Boscius. Ejus *de lapidibus, qui naſcuntur in corpore humano, præcipue renibus, ac veſica, & ipſorum curatione.* Ingolstad. 1580. 4. Haller.

Guil. Cappel & Henric. Viscot *non E. lithiaſeos renum, & veſicæ eadem curatio.* Paris. 1582. 4. Haller. Forte eadem diſp. quæ *pag.* 425.

Joh. Marquard in *practicæ* &c. L. IV. cap. 2. de calculo renum: laudat radicem verbenæ, & mentham aquaticam majorem. Walther. V. *pag.* 379.

J. Bapti-

(t) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 158. (u) Ibid. pag. 226.

J. Baptista Sylvaticus in *controverſia* 32. obſcura eſſe ſigna calculi renalis. Haller. V. *venæ ſect.*

Rene' Bretonnayau in libro *de la génération de l'homme* &c. agit etiam de calculo. Haller. V. *obſt. art.*

J. Frid. Schroeter. Ejus *de calculo renum & veſicæ urinariæ.* Jenæ 1583. 4. Haller.

Joh. Heurnius. Ejus *praxis Medicinæ nova ratio* L. III. Leid. 1587. 1590. 4. 1599. 8. 1609. 4. 1690. 4. Roterdam 1650. 8. Methodicum opus bono ordine ſcriptum ſed ad veterum ſaporem. Haller (x). In L. II. cap. 12. de renibus: medicamentum ad calculum ex aqua vitæ fragariæ & petroſelini, vino malvatico & ſaccharo compoſitum. Walth. V. *pag.* 380.

Johannes Crato in *conſiliorum* L. I. *conſil.* 9. de ſanatione a calculo. L. II. *conſ.* 12. de renum affectibus (obſtructione & calculo.) *Conſ.* 13. in calculo renum. L. III. *conſ.* 11. de renum affectibus & calculo. L. IV. *conſ.* 18. de cura & præſervatione calculi. L. V. *conſ.* 17. in calculo. *Conſ.* 19. in renum dolore & calculo. *Conſ.* 20. in calculo. L. VI. *conſ.* 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. in calculo. *Conſ.* 88. in dolore renali & coxendico. L. VII. *conſ.* 68. 69. 70. in calculo, ejus præſervatione & cura. *Conſ.* 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 152. 153. in calculo. *Conſ.* 159. 243. 245, 246. de calculo renum ſ. nephritide.

Idem in *epiſtolarum* L. *epiſt.* 123. de calculo veſicæ. *Epiſt.* 190. an diuretica in calculo proſint. *Epiſt.* 192. in urinæ retentione a calculo. *Epiſt.* 243. & 246. de calculo. Walth. V. *pag.* 380.

Hieronymus Rubæus in L. *de deſtillatione* ſect. 3. pag. 243. ad calculum; pag. 245. ad veſicæ calculos frangendos. Walth. V. *pag.* 381.

Cæsar Bergamus. Ejus *rationalis diſcuſſio de præcautione a calculis renum & lapillis veſicæ.* Mediolani 1585. 8. Haller.

Rodericus a Fonseca, Luſitanus, Profeſſor Piſanus. Ejus *de calculorum remediis, qui in renibus & veſica gignuntur.* Romæ 1586. 4. Calculorum differentiæ ſæpe leviſſimæ; de curatione Mariani breviter, fuſiſſime vero de medicamentis, quo & aquas pluſculas medicatas refert Tettuccianas, Piſanas, Porrettanas. De calculo ex urethra educendo. Mors, extracto ejusmodi calculo, per gangrænam ſuperveniens. Ex fœmina eductus calculus, qui erat ovi columbini mole. Calculi veſicæ ſupra quinquaginta. Haller.

J. Baptista Zapata, Hippolyti Suriani diſcipulus, chemicus & agyrta. Ejus *ſecreti varii di Medicina, e Chirurgia raccolti da* Gioseppe Scientia *chirurgico ſuo diſcepolo.* Roma 1586. 8. Venezia 1586. 8. 1595. 8. 1602. 12. 1618. 8. 1611. 8. 1677. 12. Latine Ulm 1696. 8. Germanice

(x) Ibid. pag. 272.

manice cum titulo *Schlüſſel der Arzney* LIPS. 1685. 8. Agyrta res ſuas venditat, hactenus aliis agyrtis honeſtior, quod ſua arcana aperuit. Ita HALLER (y). Cap. 18. calculus renum (de calculo nihil invenio, ſed ſolum medicamentum diureticum). WALTH. Conf. *pag.* 12.

MATTHÆUS GRABISGADIUS. Ejus *de renum calculo.* BASIL. 1586. 4.

GUIL. RABINEAU & J. GEROUST *non E. in calculi curatione catharticis miſcenda diuretica.* PARIS 1586. 4.

GEORGIUS BERTINUS in *Medicinæ* L. XII. cap. 17. & L. XX. cap. 4. curatio calculi. WALTH. V. *pag.* 12.

WALTHER CARYES *hammer of the ſtone.* LONDON 1587. Medicamentum eſt lithontripticum. HALLER.

FRANCISCUS DIAZ, M. D., Profeſſor Alcalanus (*de Henarez*), chirurgus Regis PHILIPPI II., edidit *tratado nuevamente impreſſo de todas las enfermidades de los rinnones y veſica, y carnoſidades de la verga y urina* MADRITI 1588. 4. Etſi liber ad veterum morem fuſiſſime ſcriptus eſt, & ad quemque morbum integra fere ars diætetica repetitur, experti tamen hominis non inutilis eſt labor, neque propriis egenus adnotationibus. Libri ſunt tres. Primus *de renum malis*: calculos in animalibus frequenter ſe reperiſſe, etiam in gallinis, & in cordis vicinia. Cum *carnoſitatem* curare vellet, ſcirrhus erat ſuppuratus & calculus Sic alias ex abſceſſu calculus prodiit, tum ex manuum pedumque articulis. In uretere etiam ſeriem calculorum reperit, iter urinæ obſtruentium. Calculum fieri vel ex arenulis, vel ex humore craſſo. Varietates calculorum. Jaſpidi ſimilem de juvene excidit, venis cæruleis, nigris, albis & aureis. Alios vidit quaſi ſalinos & cryſtallinos. Diuretica medicamenta perniciosa eſſe. Cum alii lapidem expectarent, noſter in rene cancrum non exiguum reperit. Fuſe de aquis mineralibus adverſus calculum ſalutaribus, etiam in HISPANIA prope ALMAGRA, prope GAYANGOS ſcaturientibus, quæ ipſæ duci ALBÆ calculum cum magno ardore urinæ patienti profuerunt. Aqua prope VALLECABROS ſubito urinæ enormem copiam expedivit. Remedia calculi renalis, inter ea emetica, tunc clyſteres & purgantia, inter quæ noſter mechoacanam non laudat, neque ſarſam, neque lignum ſanctum, quæ potius noceant. Lithontriptica, in quibus noſter nimis credulum ſe præbet. Pulveres debere ſubtiliter teri, ut in intima penetrent. Laudat cannam fiſtulam. Balnea, a quorum uſu legatus Gallicus copioſiſſimos calculos reddiderit: hic noſter varia HISPANIÆ balnea recenſet. Renis inflammatio, abſceſſus &c. L. II. *de morbis veſicæ.* Exemplum Epiſcopi per quinquaginta annos magnum calculum gerentis absque ſymptomatibus. Calculus adeſſe poteſt, neque tamen tangi: exemplum ejusmodi, in quo a morte lapis inter veſicæ tunicas repertus fuerit. Aliud exemplum ubi, cum nihil tange-

(y) Ibid. pag. 269.

tangeretur, alius chirurgus candelas cauſticas admovit, funeſto eventu. De calculi ſectione. Medicamenta lithontriptica laudat. Poſſe etiam nonnunquam calculum ad exteriora veſicatoriis educi, cauterium etiam adhiberi. L. III. *de carunculis.* Ita HALLER (z).

HENRICUS a BRA. Ejus *medicamenta ſimplicia, & facile parabilia ad calculum.* FRANEKER 1589. 8. HALLER.

PETRUS FORESTUS in *obſervationum* L. XXIV. *obſ.* 14. 15. &c. de dolore nephritico. *Obſ.* 18. 19. 20. ſq. de calculo renum a variis cauſis. In L. XXV. *obſ.* 24. 25. ſq. de calculo veſicæ. WALTH. V. *pag.* 381.

EUSTACHIUS RUDIUS in *artis medicæ* L. II. cap. 36. de lapide renum. Cap. 40. de calculo veſicæ. WALTH. V. *pag.* 382.

HIERONYMUS CAPIVACCIUS in *meth. pract.* L. III. de affectibus renum cap. 28. de calculo renum. WALTH. V. *pag.* 382.

HERCULES SAXONIA in *panthei med.* L. III. cap. 41. de calculo renum & veſicæ. WALTH. V. *pag.* 362.

GEORGIUS WECKER. Ejus *de lithiaſi.* BASIL. 1592. 4. HALLER.

ANDREAS CHIOCCUS. Veronenſis. Ejus *quæſtionum medico-philoſophicarum* L. III. VERONÆ 1593. 4. VENETIIS 1594. 4. Decimaquarta eſt de calculo veſicæ, quem negat perpetuo ex rene oriri. HALLER.

BALTHASAR PISANELLUS in *tract. de eſculentis & potulentis* HERBORN 1593. 8. narrat minorum limonum ſucco NEAPOLI calculum de rene deturbari. HALLER.

GUILIELMUS FABRICIUS vulgo HILDANUS in *obſervationum chirurgicarum centuria* I. *obſ.* 68. ingens calculus ex veſica muliebri extractus. *Obſ.* 69. calculi trecenti majores biennio excreti. *Cent.* III. *obſ.* 68. lapis olivæ magnitudine per collum veſicæ excretus. *Obſ.* 69. 70. lapides quampluri-mi ex veſica extracti. *Obſ.* 71. incipiens calculus quibus mediis curetur. *Cent.* IV. *obſ.* 48. dolor nephriticus quibus remediis ſedetur. *Obſ.* 49. de infelici ſucceſſu medicamentorum nephriticorum. *Obſ.* 50. 51. calculi prægrandes in veſica poſt mortem reperti. *Cent.* V. *obſ.* 1. calculus per palatum rejectus. *Cent.* VI. *obſ.* 43. de lapidibus in ſiniſtro rene repertis. *Obſ.* 51. de decocto granorum juniperi & vero uſu diureticorum in calculo. *Obſ.* 56. de calculo in urethra retento. *Obſ.* 57. calculus in ſcroto genitus.

Idem in *epiſtolis chirurgicis epiſt.* 34. 35. calculus. *Epiſt.* 82. dolor nephriticus. WALTH.

Idem in voluminibus ineditis agit de diſcrimine carunculæ & calculi; iſte ſitu aliquo levatur, non ita caruncula. Negat medicamenta lithontriptica reperiri.

Ejus *gründlicher Bericht von dem Blatterſtein.* BASIL. 1626. 8. Lithotomia veſicæ, h. e. deſcriptio calculi veſicæ ejusdemque cauſæ, & methodi,

(z) Ibid. pag. 279.

di, qua tam in fœminis, quam in viris ſit extrahendus, ex Germanico verſus ab HENRICO SCHOBINGER diſcipulo HILDANI. Acceſſerunt epiſtolæ aliquæ BASIL. 1628. Anglice LONDON 1642. 8. Plurimæ adnotationes. Qui 2000. calculos intra biennium cum lotio reddiderat. Podagrici frequenter calculoſi. Calculus circa globum plumbeum natus. Scirrhus pro calculo habitus. A calculo uteri impacto gangræna funeſta. Multa exempla calculi majuſculi de urethra expulſi. HALLER. V. *pag.* 274.

MICHAEL MERCATUS, CLEMENTIS VIII. Archiater, obiit a. 1593. In ejus *metallotheca* ROMÆ 1719. fol. calculi aliqui inſignes deſcripti reperiuntur. Lapides bezoardici numeroſi, & exemplum maximi bezoardici, ſed ex AMERICA, lapilli, tum alterius ex PII V. veſica. Exemplum calculi replentis renem, trunculis duodenis pelvis figuram exprimentibus. HALLER.

LUDOVICUS MERCATUS in *operum omnium* L. de indicatione cap. 7. pag. 756. calculus renum. In T. III. *de internorum morb. curat.* L. IV. cap. 11. de calculo renum. Varia medicamenta. WALTH. V. *pag.* 383.

NICOLAUS ABRAHAM FRAMBESARIUS in *canonum & conſult.* L. III. tit. 9. de nephritide & lithiaſi, diſtinct. 3. de calculi cura & præſervatione, conſultatio de nephritide. WALTH. V. *pag.* 14.

JAC. MOCKIUS. Ejus *de lithiaſi, ſ. morbo calculoſo.* FRIBURG. 1614. 4. HALLER. V. *pag.* 15.

JOHANNES WITTICH in *vade mecum* &c. pag. 27. medicamenta ad calculum.

Idem in *conſil. med. conſil.* 47. 48. 49. 50. ad calculum. WALTH. V. *pag.* 383.

DURANTES SCACCHIUS. In ejus *ſubſidii Medicinæ* liber II. eſt de veſicæ morbis. Lithontriptica, ea inter ſuccus millepedum. HALLER. V. *pag.* 15.

J. RICHTER. Ejus *de nephritide.* BASIL. 1597. 4. HALLER.

OWEN GÜNTHER. Ejus *de renum morbis.* HELMSTADT 1600. 4. HALLER.

FRANCISCUS RANCHIN in *opuſculis medicis* de morbis ſenum claſſ. III. cap. 4. de nephritide. Tr. de morbis ſubitaneis cap. 30. pag. 638. de calculo renum; pag. 660. de dolore veſicæ a calculo. WALTH. V. *pag.* 315.

JOH. SCHENK in *παρατηρησεων*, *ſ. obſervationibus raris* magna collectio de calculo habetur. HALLER. V. *pag.* 16.

J. FRANCISCUS HILDESIUS (HILDESHEIM) in eadem SCHENKII collectione refert de calculo in nuper nato.

J. FUNCK ibid. de calculo veſicæ collum rumpente & ſponte excidente. HALLER.

Johannes Jessenius in *inſtitut. chirurg.* ſect. 3. cap. 16. de obſtaculorum urinam intercipientium remotione. Walth. V. *pag.* 384.

Joh. Zecchius in *conſultat. med. conſult.* 8. 17. de renum lithiaſi ſ. calculo. *Conſult.* 13. de nephriticis doloribus. *Conſ.* 24. 30. 37. de calculo renum. *Conſ.* 31. de veſicæ calculo. *Conſ.* 50. de dolore nephritico: laudat potionem ex oleo amygdal. dulc. & amarar. recenter expreſſo cum decocto malvæ, altheæ, glycyrrhiz. & cicer. rubrorum. *Conſ.* 58. de colli veſicæ ſectione ad tollendos dolores calculi. V. *pag.* 384.

Andreas Cæsalpinus in *ſpeculi artis med.* L. VI. cap. 28. & 29. renum calculus, ejusque curatio. Walth. V. *pag.* 384.

Jacobus Fontanus. Ejus *practica curandorum morborum corporis humani L. IV. diſtincta.* Paris. 1601. 8. Tig. 1611. 8. In L. III. cap. 31. de calculo renum. Walth.

Elias Mock. Ejus λιθοκοπη ιατρικη *ſ. de calculo in homine expoſitio ſingularis.* Basil. 1601. 4. Haller.

J. Dicter *de nephritide.* Basil. 1601. 8.

Felix Platerus in *obſervat. med.* L. II. pag. 412. (a) nephritis ob calculum; pag. 433. & 436. calculus renum. In L. III. pag. 838. ſq. calculus renum & veſicæ. Walther. Porro in L. III. pag. 663. 664. calculi ex tumore juxta aures & in ſupercilio; pag. 838. calculi veſicæ mictione redditi; pag. 839. calculus veſicæ exſectus; calculum ex urethra eximendi modus. pag. 840. calculus veſiculæ felleæ; pag. 841. calculi ex mamilla; pag. 842. calculi in hepate. Alberti.

Idem in *tract. de doloribus* cap. 12. de hypochondriaco dolore pag. 553. nephritici doloris ab arenulis vel calculo præcautio & curatio. Walth. V. *pag.* 385.

Claudius Deodatus in *panthei hygaſtici* L. III. cap. 26. de potioribus renum, veſicæ, & uteri affectibus ſanandis. Walth. V. *pag.* 385.

Julius Cæsar Baricellus in *hort. genial.* pag. 229. vitri pulverem calculos comminuere; pag. 295. quomodo Ægyptii calculum ſine ſectione extrahant. Walth. V. *pag.* 399.

Petrus Kirstenius. Ejus περι λιθιασεων *de renum & veſicæ calculo.* Jen. 1603. 4. Haller.

Henr. Warenius. Ejus *noſologiam, ſ. affectuum humani corporis curationem hermeticam & Galenicam* edidit Joachimus Tankius, Lips. 1605. 8. Haller (b). Diſputatio 22. de renum & veſicæ calculo. Walth.

Ca-

(a) Edit. Basil. 1614. 8. (b) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 358.

Caspar Hofman, junior, Gothanus Thuringus, Profeſſor Altdorfinus, acris peripateticus, vir ſubtilis & eruditus, lectionis uberrimæ, ſed a natura ipſa alienior, cui vitio vertit doctiſſimus Reinesius, quod multa adtingat, ſed eadem fere prætereat, neque perficiat. Artem & experientiam in eo Welschius deſiderabat, tum alia in *ſomnio* Vindiciani varia. Altdorfi conſenuit, & cathedram Patavinam Caimi ſibi oblatam recuſavit. Anno 1605. edidit *theſes de lumbricis inaugurales.* Basil. 4.

Ejus *inſtitutionum medicarum libri IV.* Lion 1645. 4. 1646. 4. (video nunc idem eſſe opus hujusce junioris Hofmani, quod pag. 362., errore typi, in Walthero annum 1545. falſo indicantis, deceptus veteriori Casparo Hofmano attribueram) editionem Carolus Sponius curavit. Juſtæ molis opus: ſcopum ſibi proponit ſtare pro veritate, nempe pro Aristotele contra Galenum, ac emendare priores inſtitutionum auctores. Raro aliquid habet proprii, aut ex natura hauſtum. Ita Haller (c). In L. III. cap. 33. de calculo. Walth.

Julius Cæsar Claudinus in *conſultat. & reſponſ. conſult.* 147. de dolore nephritico. *Reſponſ.* 42. de calculo veſicæ.

Idem in *empiricæ rationalis* L. III. ſect. 3. tract. 5. cap. 5. de dolore renum nephritico. Walth. V. *pag.* 386.

Andreas Emmenius. Ejus *de renum & veſicæ calculo.* Lips. 1606. 4. Haller.

Joannes Fleisser, Vratislavius. Ejus *de calculis corporis humani* (theſes). Basil. 1606. 4. Haller.

J. Frida. Ejus *de renum & veſicæ calculo.* Helmstadt 1607. 4. Haller.

Johannes Varandæus. Ejus *de affectibus renum & veſicæ ad mentem* Hipp. & Galeni edente Petro Janich, Hanau 1617. 8. Genev. vel Monspell. 1620. 8. De calculo quidem potiſſimum, ſed etiam de inflammatione renum & veſicæ, de urinæ retentione, incontinentia &c. Haller. V. *medicam. chir.*

J. Georgius Schenk, Johannis filius, dictus a Grafenberg. Ejus *lithogeneſia, ſ. de microcoſmi membris petrefactis, & de calculis eidem microcoſmo per varias matrices innatis: acceſſit analogicum argumentum de calculis brutorum corporibus innatis.* Francof. 1608. 4. Germanice Francof. 1609. 4. Haller.

Lælius a Fonte, Eugubinus, medicus Venetus. Ejus *conſultationes medicæ.* Acc. diſp. *de veſicantium uſu.* Venet. 1608. fol. Francof. 1609. 8. Conſilia 150. ægroti nempe totidem, cum morbi hiſtoria, ætiologia, demum brevi curatione, & eventu. Neque morbi, neque theoria,

(c) Ibid. pag. 371.

ria, neque curatio aliquid habet reconditi etſi a STAHLIO laudatur. Ita HALLER (d). *Conſ.* 1. de dolore nephritico. *Conſ.* 9. de lapide veſicæ. *Conſ.* 37. de affectu renum *Conſ.* 90. de dolore nephritico. WALTH.

J. ROD. KLINCK *de nephritide.* BASIL. 1608. 4. HALLER.

NIC. TABERNARIUS *de lapide, calculo, arenulis.* BASIL. 1608. 4. HALLER.

FIDEJUSTUS REINECCER in *theſauri chemici* L. III. pag. 99. medicamenta ad renum & veſicæ calculos; pag. 102. ad tartarum ſolvendum. WALTH. V. *pag.* 386.

THEODORUS BARONIUS, Cremonenſis. Ejus *de operationis mejendi triplici læſione & curatione libri* II. *in quibus morbi omnes renum & veſicæ ex Galeni præſertim mente cumulatim traduntur.* TICINI (e) 1609. 4. GALENO adeo addictus, ut cum eo errare malit, chirurgis infenſus, ut invitiſſimus unquam ad ſecandum calculum conſenſerit, quam curationem nunquam niſi funeſtam viderit. In L. I. de iſchuria agit, eaque occaſione data de calculo. In L. II. de variis veſicæ morbis. Non eſt absque propriis adnotationibus. Cantharidum uſum internum periculo carere. Medicamenta non multum certe promittentia, ad calculum comminuendum laudat, fatetur tamen difficillime diſſolvi, ideoque injectos liquores commendat, per perinæi ulcus impulſos. Numeroſi in utero calculi. Ita HALLER.

FRANC. COLUTIUS. Ejus *de querelis nephriticis & renum calculo L.* III. ROM. 1609. 8. HALLER (f).

JOH. HIERONYMUS PULVERINUS. Ejus *Medicina practica.* VENET. 1609. 8. De curatione morborum cap. 78. de lapide renum. De curat. morb. mulieb. cap. 84. de calculo veſicæ. WALTH.

RUDOLPH. GOCLENIUS in *Experimentirbuch* cap. 122. calculum minuentia. Cap. 130. de calculo renum. WALTH. V. *pag.* 352.

ANGELUS SALA, Vicentinus, qui in GERMANIA inque HELVETIA vixit, chemicus, quem ajunt primum chemicorum deſiiſſe ineptire. Ejus opera pleraque chemici ſunt argumenti, ut *anatome vitrioli*, quæ jam ante hunc annum Italice prodiit, & Latine GENEV. 1609. 12. & alibi.

Ejus *ternarius bezoardicorum, ou trois ſouverains remedes bezoardiques contre tous venins.* LEID. 1616. 4. ERFURT 1618. 8. cum *exegeſi* ANDREÆ TENZEL porro 1630. 8. 1638. 8. cum *operibus omnibus* FRANCOF. 1647. 4. 1682. 4. ROM. 1650. 4. &c. HALLER (g). Cap. 24. contra calculum. WALTH.

OSWALDUS CROLLIUS. Ejus *baſilica chymica.* Ejus *tract. de ſignaturis rerum internis.* FRANCOF. 1609. 4. aucta a J. HARTMANNO, & denuo a J. MICHAELIS & G. E. B. HARTMANN. Ibid. 1634. GENEV. 1643. 8. 1658.

(d) Ibid. pag. 400. (e) Et in HALLERI *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 406. lego PAPIÆ 1609. 4. An igitur altera ejusdem & anni & loci editio? (f) Ibid. pag. 407. (g) Ibid. pag. 406.

1658. 8. HALLER (h). In *baſil. chym.* pag. 218. (i) nephritica quædam medicamenta. In *tract. de ſignaturis* pag. 43. in agro Neapolitano prope urbem SOMMAM ex rupibus terra parum tectis ſingulares ſpongias erumpere, quæ exſiccatæ & pulveriſatæ doſ. dr. β. cum aqua appropriata mane & veſperi propinatæ omnes calculos cum admiratione reſolvit inſtar farinæ, & expellit. WALTH.

CHRISTOPHORUS GUARINONI, Veronenſis, Archiater Cæſareus. Ejus *conſilia medicinalia.* VENET. 1610. fol. HALLER. *Conſil.* 125. 126. 313. 567. 576. in calculo. WALTH.

HENRICUS SMETIUS de LEDA, nobilis Aloſtanus, vir doctus, ex ſchola Italica, per varias urbes clinicus, demum Heidelbergenſis Profeſſor. Ejus ſunt *miſcellaneorum medicorum libri XII.* FRANCOF. 1611. 8. Ad Chirurgiam potiſſimum faciunt rariorum morborum ANTWERPIÆ & HEIDELBERGÆ obſervatorum numeroſa exempla. In univerſum doleas, auctorem adeo brevem fuiſſe. HALLER. In L. I. *epiſt.* 44. de ſanguine hircino qua vi calculos rumpat. WALTH.

HERMANN MARBACH *de renum & veſicæ calculo.* MARBURG 1611. 4. HALLER.

CASP. HEINICUS (vel HEIMIUS) *de calculi in humano corpore præſertim & veſicæ natura & amotione.* BASIL. 1611. 4. HALLER.

DANIEL SENNERTUS. Ejus diſp. *de calculo renum & veſicæ.* WITTEBERG. 1611. 4.

Ejus altera *de calculo.* Ibidem. 1618. HALLER

Idem *inſtitutionum medicarum* L. V. part. 3. ſect. 3. cap. 15. medicamentum ad calculum: eſt pulvis hederæ terreſtris.

Idem in *Medicinæ pract.* L. III. part. 1. ſect. 2. cap. 3. de dolore nephritico. Part. 7. ſect. 2. cap. 6. laudat iterum hederam terreſtrem quocunque modo ſumtam. Part. 8. ſect. 1. cap. 2. de calculo veſicæ. WALTH. V. *pag.* 17.

WOLFGANGUS GABELCHOVERUS in *curationum & obſervationum cent.* I. *curat.* 91. nephritis, ſ. calculus renum. *Cent.* II. *curat.* 88. inſignis calculus veſicæ urinariæ. *Cent.* III. *curat.* 39. nephritis cum dolore dorſi, lumborum. WALTH. V. *pag.* 352.

HENR. KHUNRAT. Ejus *tract. von gründlicher Curation tartari, Grieſes, Sandes, Steins, Zipperlins, an Händen und Füſſen.* HOF 1611. HALLER (k).

ADAM BODENSTEIN a CARLSTAD. Ejus *Wartung der Kranken ſo mit dem Podagra, und Stein behaftet ſind.* AMBERG 1611. 8. HALLER.

GEORG.

(h) ibid. pag. 407. (i) Edit. a. 1650. 4. (k) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 424.

Georg. Fedro in *opuſcul. iatro-chym.* pag. 66. tartari ſ. calculi cura. Walth. V. *pag.* 387.

Joh. Hartmannus. Ejus *praxis chymiatrica.* Lips. 1633. 4. & alibi ſæpe recuſa. Pag. 152. 155. 156. de calculo renum; pag. 159. de calculo veſicæ. Walth. V. *vener. morb.*

Hieronymus Guargantus, Concinenſis, medicus Venetus, in ſuis *reſponſis variis ad varias ægritudines* Venet. 1613. 4. aliqua habet de calculo. Haller.

Gregorius Horst. Ejus *de calculo renum & veſicæ.* Giess. 1617. 4. Haller.

Idem in *obſervationum med.* L. IV. *obſ.* 39. calculus renum cum colicis doloribus. *Obſ.* 40. dolor nephriticus ex obſtruente viſcoſa materia cum arenulis: laudat frequentem uſum ſpiritus juniperi cum ejus extracto permiſti & digeſti. *Obſ.* 45. cauſæ calculi & ſuppreſſionis urinæ. *Obſ.* 46. generatio calculi. Walth.

Idem in *epiſtolarum* L. II. *ſect.* 5. calculus in diverſis corporis partibus. *Sect.* 8. de calculo renum & diureticorum uſu. *Sect.* 9. de calculi generatione. *Sect.* 11. calculi in variis corporis partibus reperti; calculi per alvum ejecti. Alberti.

Idem in *centuria problematum med. decad.* 8. *quæſtione* 1. an in calculo ſpiritus terebinthinæ proſit. *Quæſt.* 4. diuretica non eſſe adhibenda. Walth.

Ejus porro *de tuenda ſanitate ſtudioſorum & literatorum L. II.* editi Giess. 1615. 12. 1617. 12. Marburg. 1628. 8. 1648. 8. Haller. In L. II. cap. 7. de calculi præſervatione. Walth. V. *pag.* 276.

Petrus Blandinus *de calculo renum.* Basil. 1613. 4. Haller.

Ludov. Septalius in *animadverſionum* L. VII. pag. 214. (1) de calculo renum cum dolore acerrimo. V. *pag.* 18.

Andreas Tenzel. Ejus *de calculo renum & veſicæ urinariæ, & aliis quibusdam quæſitis.* Basil. 1614. 4. Haller.

J. Vincentius Finkius *de calculo renum & veſicæ.* Basil. 1614. 4. Haller.

J. Clemens Kuhn *de calculo.* Basil. 1614. 4. Haller.

Matthias Unzer, medicus Hallenſis, diſcipulus Plateri, ſed in chimiatrica dogmata propenſior. Ejus *de nephritide ſ. renum calculo florilegium medico-chymicum* L. II. Hall. 1614. 4. Magdeburg. 1623. 4. Totum opus eſt de nephritide & calculo. Varietates calculi, cauſa a ſero tartareis particulis pleno. Enormis cenſus medicamentorum. Credulus vir, ut etiam geſtato lapidi nephritico aliquid tribuat. Haller.

(1) Edit. Mediolan. 1614. 8.

Martinus Pansa. Ejus *conſilium antinephriticum*, *d. i. ein heilſamer Rathſchlag vom Lendenſtein.* Leipz. 1615. 8. Haller.

Petrus Poterius in *obſervat. & curat. centuria* I. cap. 59. *Cent.* III. cap. 72. 73. 74. 75. 76. 98. de calculo. Walth. Ibidem adverſus calculum lapidibus cancrorum (cum ſucco limoniorum), ſale vitrioli ſublimato, & lacte caprino (cap. 98. etiam ob maraſmum præſentem) utebatur. Ita Haller. V. *pag.* 387.

Theodorus Collado in *adverſar.* cap. 8. de calculo. Walth. V. *pag.* 353.

J. Philipp. Brendel in *conſil. med. conſil.* 89. 90. in calculo. Walther. V. *pag.* 387.

David Crusius. Ejus *theatrum morborum hermetico-Hippocraticum Pars* I. Erfurt 1615. 8. P. II. Ibid. 1616. 8. In part. II. L. II. cap. 2. calculus renum. Walth.

Guilielmus Ballonius. Ejus *de calculo opuſculum.* Basil. 1615. 4. libellus eſt totus theoreticus, recuſus in *opuſculis medicis* Paris 1643. 4. Haller.

Idem in *conſiliorum medicinalium* L. I. *conſil.* 32. de calculoſis. *Conſil.* 46. de calculo renum. Hic & alibi farrago medicamentorum recenſetur. In L. III. *conſil.* 113. de calculoſa affectione. *Conſil.* 17. de calculo renum. Walth. V. *pag.* 387.

Theodorus Corbæus in *pathologiæ* L. II. ſect. 4. cap. 23. de renum & veſicæ calculo. Walth. V. *pag.* 315.

Philippus Müller in *miraculorum & myſter.* L. 5. pag. 119. medicamenta ad calculum. Walth. V. *pag.* 388.

Josephus Hochschilt *de calculorum generatione.* Basil. 1616. 4. Haller.

Johannes Assuerus Ampsing *de calculo.* Rostock 1616. 4. Haller.

Henr. Petræus in *Handbüchlein* tract. 10. cap. 14. calculus veſicæ. Walth. V. *pag.* 18.

Idem in *noſologiæ harmon.* 2. diſſertat. de calculo renum & veſicæ. Walth. V. *pag.* 388.

Lazarus Riverius in *praxis med.* L. XIV. cap. 1. de dolore nephritico & calculo renum. Cap. 2. de calculo veſicæ. Walth. V. *pag.* 388.

Idem in *obſervationum med. centuria* I. *obſ.* 30. dolor nephriticus. *Cent.* IV. *obſ.* 7. dolor nephriticus. *Obſ.* 14. calculus veſicæ. Walth. V. *pag.* 24.

Christophorus Cachet. Ejus *apologia dogmatica in hermetici cujusdam anonymi ſcriptum de curatione calculi.* Toul. 1617. 12. Haller.

Pe-

Petrus Paulus Cleophas *de nephritide.* Basil. 1617. 4. Haller.

Carolus le Pois vulgo Piso, Lotharingus, Nicolai frater, medicus ſui Principis, vir acuti judicii, proprias etiam ſuas hypotheſes habuit. Ejus *ſelectarum obſervationum & conſiliorum de prætervisis hactenus morbis ab aqua, ſ. ſeroſa colluvie ortis L. ſingularis* Pont-*a*-Mousson 1618. 4. Leid. 1650. 8. 1733. 4. 1736. 4. Frankf. u. Leipz. 1674. 4. Amsterdam 1768. 4. Scopus viro eſt oſtendere, quot morbi, ſunt autem morbi omnino fere omnes, a ſeri abundantia naſcantur. Ita Haller (m). In ſect. 4. cap. 2. inquit: pulveris virgæ aureæ vim mirabilem a me primo divulgatam felici ſucceſſu nobilis quædam matrona comprobavit in innumeris nephriticis. Walth.

Joh. Daniel Mylius in *baſilic. med.* L. II. cap. 12. de affectibus renum & veſicæ. Walth. V. *pag.* 389.

Joh. Strum *de renum & veſicæ calculo.* Greifswald. 1618. 4. Haller.

Christoph. Artemius *de graviſſimo renum affectu, calculo.* Basil. 1618. 4. Haller.

Melchior Sebiz. Ejus diſp. *de calculo renüm.* Argent. 1647. 4. Haller.

Idem in *manual.* &c. T. II. part. 4. ſect. 6. cap. 10. ad dolorem nephriticum. Cap. 11. ad renum calculum. Sect. 7. cap. 17. ad calculum veſicæ. Walth. V. *pag.* 364.

Guilielmus Laurembergius, medicus Hafnienſis. Ejus *epiſtolica diſſertatio curationem calculi veſicæ continens.* Leid. 1619. 8. Witteberg 1623. 16. Ipſe cum calculum pateretur, integre ait ſe ſanatum fuiſſe pulvere aſellorum ſiccatorum cum cineribus ab Horatio Augenio deſcripto, cui nihil tu tribuas, niſi ab aſellis aliquid ſperaveris. Ulcus ſuperfuit, neque videtur vere ſanatus fuiſſe. In adjecta epiſtola Petrus Lauremberg, Guilielmi filius, Chirurgiæ laudes recenſet. Ita Haller.

Eusebius Schenkius *de calculo.* Jen. 1619. 4. Haller.

Stephan. Schefferus *de calculo.* Basil. 1620. 4. Haller.

J. Baptista v. Helmont, in Brabantia generoſa ſtirpe ortus, vir acuti ingenii, in detegendis aliorum erroribus acris, in colligendis eventis ſuæ cauſæ faventibus ingenioſus, non expers Anatomes, certe frequens inciſorum cadaverum teſtis, in parandis medicamentis ſolers, ut per ſua etiam experimenta paſſim cauſas morborum indagare ſuſciperet. Audax cæterum adfirmator, credulus, niſi aliter juberet ſectæ incrementum, vanarum curationum enarrator, felicium eventuum & ſpecificorum auxiliorum nimius laudator:

(m) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 473.

dator: cujus major in ſubruendis Galenicis ſcholis felicitas fuit, quam cujusquam priorum. Pleraque enim earum placita aut ſubvertit apud plerosque medicos, aut certe admiſtis ſuis hypotheſibus temperavit. Archæum, cui adminiſtrationem corporis humani commiſit, etiam noſtro ævo dominantem reliquit; calida medicamenta, & acidorum contraria, & elixiria atque medicamenta, parva in doſi efficacia, arte ſua parata, in quotidianam praxin introduxit, in theoriam fermenta; tum in ſua propria ſchola, tum in Sylviana, cujus plurima placita repetita fuerunt. Vocabula inſolita, parum definita, vagas ideas & arbitraria plurima merito carpas. Ita HALLER (n). Quis infelicior HELMONTIO, qui in ſcholas Galenicas atrociter invectus, æque bona, quam mala carpſerit; eorum in loca, quæ flocci fecerat, melioribus ſufficiendis prorſum ineptus. Vitam ille ſanam, & longævam, & locupletem promittens ſibi, aliisque, annos natus 67. exſpiravit; familiam admodum divitem poſt ſe non relinquens. Ita de HAEN (o). In BOERHAAVII *element. chem. Part. I. de hiſtoria artis* vita & fata HELMONTII fuſius pertractantur.

Ejus *opuſcula medica inaudita.* COLON. 1644. 8. AMSTERDAM 1648. 4. & in *operibus omnibus* VENET. 1651. fol. LION 1655. fol. & alibi excuſis. Inter *opuſcula medica inaudita* eſt etiam liber *de lithiaſi*, difficilis intellectu, eo ſcopo ſcriptus, ut contra ſcholas oſtendat, calculum non naſci ex muco per calorem compacto. Dari principium lapideſcentiæ, quod vocat *duelech;* ab eo mediis in aquis calculum compingi, unico temporis inſtante. Obſcure porro putes calculi generationem explicari, ut eodem modo generetur, quo offa Helmontiana, urinoſo ſpiritu cum vinoſo compacto, quorum uterque in lotio eſt. Eſſe in lotio eſſentialia ad *duelech* initia, quæ non ſemper matureſcant: ſolvi *duelech* a ludo, lapide teſſeræ ſimili, trito, calcinato, non igne, ſed addito ſale circulato, inque ſalem converſo, inque oleum quaſi fluente. Sed etiam urina tauri nondum nati & hirci ſanatos eſſe calculoſos. Cancri lapilli ut naſcantur & conſumantur. Dauci in cereviſia vis ſalutaris, & ſucci betulæ. HALLER. V. *vuln.*

MICH. CAZENBERGER *de renum & veſicæ calculis.* LIPS. 1621. HALLER.

WOLFGANG SCHALLER *de nephritide.* WITTEBERG 1621. 4. HALLER.

JAC. FRISIUS *de nephritide.* BASIL. 1621. 4. HALLER.

J. HORNUNG. Ejus *ciſta medica ſ. epiſtolæ clariſſimorum* GERMANIÆ *medicorum familiares.* NORIBERG. 1625. 4. LIPS. 1661. 4. Potiſſimum etiam ANDREÆ LIBAVII. De duobus morbis fuſe agit, calculo & cancro; de eorum remediis, ipſe chemicus etſi PARACELSO infenſus. HALLER. V. *pag.* 315.

HUBERT

(n) Ibid. pag. 518. (o) In *prolegomenis prælectionum in* HERMANNI BOERHAAVE *pathologiam* VILNNÆ 1779. 8. pag. 19.

Hubert Arnold Rietmaker. Ejus *tract. de nephritico dolore, in quo eſſentia, differentia, cauſa, ſigna, curatio calculi, & arenularum explicantur.* Lovan. 1622. 4. 1624. 4. 1638. 4. Venet. 1664. 12. Liber nullius momenti. Haller.

Christoph. Neander. Ejus λιθολογια *medica,* και λιθιασεως θεραπεια. Argentor. 1622. 4. Haller.

Petrus Maria Castillonæus. Ejus *admiranda naturalia ad renum calculos curandos.* Mediolan. 1622. 8. Haller.

Jacob Cousinot & J. de Cledat *ergo uti ſuppurato reni ita calculoſo ferrum.* Paris 1622. & 1754. 4. Haller.

Joh. Poppius. Ejus *von der Waſſerſucht u. deren Zufällen der Steinkrankheit, des Sandes, Grieſes, Lenden u. Blaſenſtein, tartariſchen Flüſſen aus dem* Paracelso &c. Coburg 1623. 8. Lips. 1623. 8. Ad calculum medicamentorum farrago. Haller.

Ejus *theſaurus Medicinæ, oder chirurgiſcher Arzneyſchatz.* Lips. 1628. 4. In L. II. pag. 536. medicamentum ad calculum ex fimo columbino. Walth. V. *pag.* 412.

Franciscus Colutius. Ejus *de querelis nephriticis ex renum & veſicæ calculo tractatus quadripartitus.* Romæ 1624. 4. Haller.

Philippus Hoechstetter in *raris obſervat.* calculi ex ſene magni multique exciſi. In veſica calculus octodecim drachmarum pondere, rene ſano. Calculi recentes graviores ſunt, ſicci minus. Calculi veſicæ rene ſano. Haller. V. *pag.* 19.

Fridericus van der Mye. Ejus *de arthritide & calculo.* Haag 1624. 4. Medicamentorum calculum conterentium farrago. Exempla calculorum ſponte elapſorum. Funeſtum exemplum morbi acuti cum calculorum deceſſione, abortu, lethargo. De formatione lapilli. Haller.

J. Rudolphus Camerarius in *ſylloge memorabil. centuria* IV. part. 29. millepedum uſus in calculo; part. 30. cicindelæ utiles calculo veſicæ frangendo. *Cent.* VII. part. 10. in calculo veſicæ clavicula reperta. *Cent.* VIII. part. 77. datur calculum frangens remedium; part. 78. calculoſorum potus ſpecificus hydromel ſimplex; part. 80. in calculo pellendo mira vis paſſeris Troglodytidis. *Cent.* XII. artificium medici cujusdam Hiſpani in calculo deturbando. Alberti. V. *pag.* 19.

Petrus Heig *de calculo renum.* Altdorf 1625. 4. Haller.

J. Rupert Sulzberger. Ejus *de calculo renum & veſicæ.* Lips. 1626. 4. Haller.

Adrianus Spigelius, celebris anatomicus. Ejus *epiſtola de calculo* exſtat apud J. v. Beverwyck L. *de calculo renum & veſicæ.* Leid. 1638. 8. Haller.

Sanctorius Sanctorius. Ejus *epiſtola de calculo*, cum aliis Italorum *conſiliis*, eſt inter Beverwyckianas. Ita Haller. V. *pag.* 19.

Philippus Salmuth, Archiater Anhaltinus, obiit a. 1626. Ejus *obſervationum medicarum centuriæ* III. *poſthumæ*. Brunsvic. 1648. 4. Præfatus eſt H. Conring. Adnotationes ſunt morborum rariorum, & inciſorum cadaverum, breves, ſed minime malæ, tantum ut ſuperſtitioſa aliqua paſſim intercedant. Ita Haller (p). In *cent.* I. pag. 17. calculi materia; pag. 106. calculus renum & veſicæ magnus in fœminis; pag. 120. calculus totam renum cavitatem replens; pag. 441. 444. calculus renum. Walth.

Arnoldus Weickardus in *theſauri pharmaceut.* L. I. cap. 15. de affectibus renum. Cap. 19. de affectibus veſicæ. Walth. V. *pag.* 389.

Augerius Clutius (Dirk Kluyt). Ejus *blaſvee*, *ſ. lapidis nephritici natura, proprietates, operationes* Rostoch. 1627. 12. vertente Guilielmo Lauremberg filio. Ita Haller.

Petrus Joh. Fabrus, Chemiæ deditus, nimium ſuis arcanis tribuens. Ejus *inſignes curationes variorum morborum*, *quos medicamentis chymicis jucundiſſima methodo curavit.* Tolos. 1627. 8. Argentor. 1632. 8. Haller (q). *Curat.* 13. calculi renum. Walth.

Ejus porro *myrothecium ſpagyricum*, *ſ. pharmacopœa ex hermeticorum ſcriniis deſumta.* Ibid. 1628. 8. Lips. 1632. 8. In L. I. cap. 15. de quinta eſſentia urinæ humanæ, quæ calculum renum & veſicæ rumpat. Cap. 21. de quinta eſſentia cancrorum fluviat. Calculum renum & veſicæ miraculoſe extrahente, & comminuente. Walth.

Simon Pauli. Ejus *quadripartitum botanicum.* Rostoch. 1639. 4. Argent. 1667. 4. 1674. 4. Francof. 1708. 4. Acceſſit vita auctoris. Non valde botanicus, peritior virium plantarum, ſed indulgens laudator; oſor pharmacopolarum. Fuſiſſimo ſermone vires medicatas ſtirpium tradit, vel undique collectas vel ſibi ipſi in curando viſas, multas adeo parum notas, ſed non raro nimias. Ita Haller (r). In claſſ. III. commendat balneum ex polenta trita, lupulo & ſtramine avenæ. Optimo cum effectu ſe propinaſſe decoctum chamæmeli. Walth. V. *hæmorrhag.*

Zacutus Lusitanus. Ejus *epiſtola de calculo*, *qui gignitur in cavitatibus renum*, *non in ſubſtantia.* Leid. 1638. 12. cum Beverwyckii libello. Haller (s).

Idem *de medicorum principum hiſtoria* T. I. L. II. *hiſt.* 121. de lapide renum. Item L. I. *obſ.* 36. lithiaſis lapidis bezoar uſu curata. L. II. *obſ.* 15. dolori nephritico fonticulus in crure utiliſſimus eſt. T. II. *praxis hiſtor.* L. II. cap. 16. de calculo renum & veſicæ *obſ.* 1. conſilium ex ligno nephritico

(p) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 545. (q) Ibid. pag. 550. (r) Ibid. pag. 573. (s) Ibid. pag. 569.

tico pro præſervatione & curatione calculi præſtantiſſimum. *Obſ.* 4. fœmina ſolo balneo oleaginco miræ magnitudinis lapidem excrevit.

Idem in *praxis medicæ admirandæ* L. II. *obſ.* 66. lithiaſis balſami uſu curata. *Obſ.* 68. calculus renalis miræ formæ, coloris, & magnitudinis. *Obſ.* 69. urina ſabuloſa per 40. annos citra incommodum. *Obſ.* 70. lapis veſicæ miræ magnitudinis. L. III *obſ.* 138. lapis in veſica inventus ſtupendæ formæ. WALTH. V. *pag.* 389.

JACOBUS PRIMEROSIUS. Ejus *libri IV. de vulgi erroribus.* AMSTERDAM 1630. 12. & aucti ROTERDAM 1658. 12. 1668. 12. LONDON 1638. 4. Anglice LONDON 1651. 8. Gallice cum additionibus D. de ROSTAYNG, LION 1689. 8. Laudes hoc opuſculum, etiam magis, ſi ad annum reſpexeris, quo ſcriptum eſt. In L. IV. calculum medicamentis internis diſſolvi non poſſe. HALLER.

Idem in *enchiridii medico-practici* part. 2. pag. 241. nephriticus dolor; pag. 263. calculus veſicæ.

Idem *de morbis puerorum partes* II. ROTERDAM 1659. 12. in parte II. pag. 93. calculus veſicæ. WALTH. V. *pag.* 337.

J. PHARAMOND RHUMEL, mathematicus & chymiater, Neagorenſis (NEUMARKT), de Paracelſica ſecta. Ejus *opuſcula chymico-medica, ſ. gynæco-pharmaceutica. Herniarum curatio magnetica; podagræ cura. Panacea aurea. Catoptron pharmaceuticæ.* TUBING. 1630. 12. NURNBERG 1630. 12. HALLER (t).

Idem in *baſilic. chymic.* FRANCOF. 1631. 12. pag. 15. præſens remedium ad calculum ex lapidibus.

Idem in *Medicina ſpagyrica, oder ſpagyriſche Arzneykunſt.* FRANCOF. 1648. 8. pag. 170. liquor nephriticus ex lapidibus quibusdam cum ſpiritu ſalis paratus. WALTH.

DANIEL COLBERG *de nephritide, ſ. renum calculo.* ALTDORF. 1630. 4. HALLER.

TOBIAS MAJ & CHRISTIAN HINRICKING *de calculo renum & veſicæ.* WITTEBERG 1630. 4. HALLER.

JOH. FREITAG. Ejus *aurora medicorum Galenico-chymica* &c. FRANCOF. 1630. 4. Cap. 36. *de geniſta*: pag. 353. arcanum ad calculum ℞. *ſem. geniſtæ* drach. jß. *ſperm. ceti* ſcr. j. *milleped. præparat. cum ſpiritu vitrioli* ſcr. ij. *ſucci raphani* unc. ß. *limon.* unc. j. *vini malvat.* unc. ij. Miſce. WALTHER.

MARTINUS BLOCHWIZ. Ejus *anatomia Sambuci.* LIPS. 1631. 12. & mutato titulo *nützliche kleine Hausapothek* a DAN. BECKERO verſa GIESS. 1665. 8. LIPS. 1685. 8. 1692. 8. Anglice LONDON 1650. 8. HALLER (u). In *anatomia Sambuci* ſect. 3. cap. 25. de calculo. WALTH.

(t) Ibid. pag. 585. (u) Ibid. pag. 548.

Adrianus v. Mynsicht in *armamentario medico-chym.* pag. 54. ad calculum tinctura baccarum juniperi; pag. 290. aqua lithontriptica. Walth. V. *medicam. chir.*

Joh. Prævotius in *medic. pauperum* pag. 140. calculum frangentia. Walth. V. *medicam. chir.*

S. l'Olivier, chirurgus. Ejus *traité des maladies des reins & de la veſſie, contenant la cure & la préſervation de la pierre & gravelle.* Rouen 1631. 8. Haller.

Jean Pietre & Franc. Blondel *non ergo conveniunt nephritidi diuretica.* Paris 1631. 4. Haller.

M. Aurelius Severinus *de efficaci Medicina* part. 2. *de ſectionibus* cap. 135. de calculo, qui ad glandem allapſus nulla vi dejici queat. In *pyrotechniæ* L. II. part. 1. *de entopyria* cap. 47. de nephritide. Cap. 85. de calculis veſicæ.

Ejus porro *therapeutes Neapolitanus ſ. veni mecum conſilium curandorum febrium & internorum omnium morborum* Neapoli 1653. 8. Pag. 191. medicamenta ad calculum renum & veſicæ habentur. Walth. V. *pag.* 303.

Antonius Varus *de nephritide.* Jen. 1632. 4. Haller.

Hyacinthus de Alpherio, Dorthoſanus. Ejus *præſervatio a calculis atque cunctis fere morbis atque morborum renalium medela.* Neapoli 1632. 4. Haller (x).

Nicolaus Fontanus in *obſervationibus* &c. refert de calculis terebinthinæ uſu ejectis. Haller. V. *obſt. art.*

J. Theodorus de Bry. Ejus *introductio in vitalem Philoſophiam. Tract. II.* Francof. 1633. 4. In tract. 2. *de cauſis & curatione morborum* cap. 27. de morbis renum (calculo). Cap. 28. de morbis veſicæ. Walth.

Joh. Walæus in *Medicinæ practicæ* L. II. cap. 19. de affectibus partium urinalium & genitalium (ut calculus renum & veſicæ). Walth. V. *pag.* 390.

J. Tilemann. Ejus *de natura & curatione doloris nephritici.* Marburg 1644. 4. Haller. V. *pag.* 21.

Wolfgang. Hoefer in *Hercul. med.* L. III. de ventris affectibus cap. 4. de renum & veſicæ affectibus: calculi generatio & curatio. Walth. V. *pag.* 390.

Joh. Gallego della Serna, Malacenſis, Archiater regius, in *operibus phyſico-medico-ethicis* Lion 1634. fol. Bruxell. 1640. 4. agit etiam de calculo &c. Haller.

J. Plac-

(x) Ibid. pag. 563.

J. PLACCIUS. Ejus diſp. *de tartaro renum.* ROSTOCH. 1636. 4. HALLER.

PETR. YVELIN & Cl. GUERIN *non ergo nephriticis a calculo lithontriptica.* PARIS 1636. 4. HALLER.

Lapis nephriticus von dem edlen Grieſtein, ſeiner wunderſamen Kraft, Würkungen, Gebrauch. AUGSPURG 1636. 4. HALLER.

SAMUEL SCHOENBORN. Ejus *manuale Medicinæ practicum Galenico-chymicum medicamenti appropriati omnium morborum humani corporis.* DANTISC. 1637. 12. 1642. 12. ARGENT. 1657. 12. 1681. 12. HALLER (y). Pag. 184. 185. (Edit. Argent. 1657.) habentur medicamenta lithontriptica ex raphano, parietaria, liquiritia, terebinthina &c. WALTH.

BALDUS BALDUS. Ejus *in* HIPPOCRATIS *textum* 23. *de aëre aquis & locis diſſ. iatro-phyſica &c. in qua de calculorum ortu & aquæ Tiberis ſalubritate agitur.* ROMÆ 1637. 4. HALLER (z).

JOH. SAUBER. Ejus *innocentia calculi, & podagræ in innocentibus ſermone publico aſſerta.* NORIBERG. 1637. 4. HALLER (a).

JOH. MACKLÆUS *de calculo renum.* ARGENT. 1637. 4. HALLER.

HENRICUS FAUSTUS *de calculo renum.* MARBURG 1637. 4. HALLER.

J. GERLACH *de calculo renum.* ALTDORF. 1637. 4. HALLER.

BARTHOLOMÆUS SCHOBINGER λιθολογια *medica.* BASIL. 1637. 4. HALLER.

JOHANNES van BEVERWYCK, qui cum SALMASIO litem aluit de arenulis, quæ de veſica prodeunt, quas calculum portendere SALMASIUS defenderat, negabat BEVERWYCKIUS: tota tamen lis potius auctoritatibus veterum locisque Hippocraticis agitabatur, quam rerum ipſarum eventis. Primum de ea re ſcripſit BEVERWYCKIUS *de calculo renum & veſicæ cum epiſtolis & conſultationibus magnorum virorum* LEID. 1638. 12. Cumque repoſuiſſet *de calculo* librum SALMASIUS, quem dicemus, ſecundo ſcripſit noſter *exercitationem in* HIPPOCRATIS *aphoriſmum de calculo* LEID. 1641. 12. Prior libellus Belgice prodiit J. v. BEVERWYCK's *Steenſtuck* DORDRECHT 1649. 12. non inutile opuſculum. Calculi totam hiſtoriam habet, generationem, ſymptomata, curationem. Contra ſcholas non gigni ex muco compacto, etſi HARVEIUS exemplum narrat virginis, cujus in veſica mucum in pilas vidit indureſcere. Pleroſque lapides in renibus gigni ex arena craſſa, quæ ſit pro nucleo. Colore renalem calculum a veſicali non diſtingui. Replere pelvim & figuram ejus ramorum exprimere. Poſſe fieri, ut lapillus neque digito detegatur, neque cathetere. Varii calculi veſicæ caſus. Arenulas neque calculum indicare, ſed neque frequenter cum eo malo conjungi. Mors

(y) Ibid. pag. 633. (z) Ibid. T. I. pag. 60. (a) Ibid. T. II. pag. 633.

per lethargum ex lotii itinere ſuppreſſo, & in alio exemplo iſchuria calculoſa medicamentis ſuperata. De lithontripticis hiſtoriolæ. BENEDICTI SYLVATICI epiſt. de homine, cui & in veſica calculus a morte eſt repertus, & in rene, cum tamen nullum a neutro calculo ſymptoma unquam paſſus eſſet. CLAUDII SALMASII pluſculæ epiſtolæ. GUIDO PATINUS exemplum renis gangrænoſi recenſet. GERARDUS ACASSIUS in calculi malis ſæpe nullum ſignum ſe offerre. LUDOVICUS NONNIUS, EWALDUS SCHREVELIUS Leidenſis Profeſſor, NICOLAUS TULPIUS exempla calculorum renalium iſchuria excitata lethalium. GUILIELMUS HARVEY, JACOBUS BACK, VOPISCUS F. PLEMPIUS, F. MARINUS MERSENNUS, LAZARUS MEYSSONIER, CORNELIUS V. SOMMEREN (b), cujus epiſtola melioris eſt notæ. Inciſiones aliquas cadaverum recenſet, & calculi reni accurate inpacti exemplum. Adjecta eſt duplex hiſtoria veſicæ duplicis CASAUBONI, quarum altera eſt RAPHAELIS THORII. Hæ epiſtolæ recuſæ ſunt Belgice in ſecunda parte ſui *Steenſtuck.*

Ejus *epiſtolicæ quæſtiones cum doctorum reſponſis.* ROTERDAM 1644. 8. Inter alia calculi plurimi ex virgine ejecti, ren dexter putridus, plenus calculis. HALLER.

CLAUDIUS SALMASIUS, non medicus, ſed vir celebris, eruditiſſimus, & plurimæ lectionis. Ejus *interpretatio* HIPPOCRATICI *aphoriſmi* 79. *ſectionis IV. de calculo. Acceſſerunt epiſtolæ duæ* J. BEVERWYCI, *quibus reſpondetur.* LEID. 1640. 8. Ex Arabibus & Græcis erudite vincit, utique arenulas indicia éſſe præſentis calculi, quæ cum lotio prodeunt, eámque eſſe HIPPOCRATIS ſententiam. Renalis calculi, qui absque dolore diu geſtatus fuerit, exemplum. HALLER.

JOHANNES SCHROEDER, medicus Francofurtenſis. Ejus QUERCETANUS *redivivus.* FRANCOF. 1638. 4. 3. vol. LAMBERGEN 1648. 4. 1667. 4. 1679. 4. HALLER (c). In T. II. *pharmacopœæ generalis* cap. 9. *de aquis*: aquæ etiam nephriticæ. Cap. 29. *de antidotis liquidis*: etiam nephritica. In T. III. *art. med. pract.* pag. 228. de calculo renum & veſicæ. WALTH.

Ejus *pharmacopœa medico-phyſica* ſæpe recuſa & aucta primum prodiit ULM 1641. 4. 1655. 4. &c. Anglice LONDON 1669. Germanice NÜRNBERG 1684. 4. Belgice LEIDÆ 1741. fol. 3. vol. In L. II. cap. 38. pag. 182. (Edit. a. 1655.) laudatur aqua diuretica CLOSSÆI. Cap. 66. pag. 233. liquor magnarum virium. Cap. 81. pag. 284. ſpiritus nephriticus. In L. III. cap. 21. pag. 470. tinctura ſolis ad calculum valde commendatur. Cap. 23. nitrum (vitriolatum) ſ. panacea duplicata ad calculum ſummopere extollitur. Et pag. 475. ſal cachecticum chalybeatum. In L. IV. claſſ. I. pag. 89. elixir juniperinum admirandarum virium eſſe in calculo. Claſſ. II. pag. 223. ſal tartari volatiliſatum inſigne eſſe lithontripticum.

(b) Celebris elapſo ſeculo apud Dordracenos medicus. Ita v. SWIETEN in *comment.* T. V. *de calculo.* (c) Ibid. pag. 617.

cum. In L. V. Claſſ. I. pag. 275. &c. alia adverſus calculum medicamenta (præparationes ibi vide). WALTH.

PHILIPPUS GRULING in *Medicinæ practicæ* L. IV. part. 2. cap. 1. de calculo veſicæ. In L. V. part. 1. Cap. 4. de dolore nephritico: varia medicamenta. Cap. 5. de calculo renum: medicamenta. WALTH.

Ejus porro *tract. de calculo & ſuppreſſione urinæ multis exemplis, obſervationibus, & notis illuſtratus.* NORTHUS. 1661. 4. HALLER. V. *pag.* 391.

JACOBUS de BACK. Ejus *epiſtola de calculo* exſtat in BEVERWYCKIANIS, LONDON 1638. 12. HALLER.

PAULUS MARQUART SLEGEL *de calculo renum & veſicæ.* JEN. 1638. 4. HALLER.

J. FABRICIUS *de calculo renum.* ROSTOCH. 1638. 4. HALLER.

FRANC. KIST *de exulceratione renum.* ROSTOCH. 1639. 4. HALLER.

BERNARDUS LANGWEDEL, medicus Hamburgenſis. Ejus eſt CAROLUS PISO *enucleatus, ſ. obſervationes medicæ* PISONIS, LEID. 1639. 16. HAMBURG 1639. 8. Liber hic non continet, quas nos ſolemus obſervationes vocare, ſ. peculiaria eventa ab auctore adnotata, ſed peculiares utique PISONIS opiniones, certos ſub titulos conjunctas. Ita HALLER (d). *Concluſ.* 44. materia lapillorum in renibus genitorum ſunt ichores ſanguinis. *Concluſ.* 46. calculi non concretione ſed uſtione ſ. torrefactione generantur. *Concluſ.* 48. calculi renum non neceſſario ſunt rubei. WALTH.

JOH. RHODIUS. Ejus *obſervationum medicinalium centuriæ* III. PATAV. 1657. 8. FRANCOF. 1676. 8. 1679. Morbi a capite ad calcem recenſentur. Breves hiſtoriæ morborum eventuumque rariorum, & adnotata Profeſſorum Italorum, cadaverum etiam inciſiones. In *centuria* III. lapides inteſtinales, abdominales, & fellei; medicamenta ad renum nephritidem, veſicæ lapides. HALLER. V. *inſtrum. chir.*

Medicaments for the ſtone codex M. S. circa a. 1640. eſt in B. Aſhmoleana n. 7608. HALLER.

THEODORUS MAYERNE TURQUET *de nephritide.* GENEV. 1640. 4. HALLER.

MICHAEL RAPHAEL SMUTZ. Ejus *methodus curandi calculum.* NORIBERG. 1640. 12. HALLER.

DAVID HEIMBERGER *de calculo.* REGIOMONT. 1640. 4. HALLER.

J. JAC. COUSINOT & PETR. BOURDELOT *non ergo calculus in rene aut veſica aliquo liquore ſolvi poteſt.* PARIS 1640. 4. HALLER.

GODO-

(d) Ibid. pag. 640.

GODOFREDUS MOEBIUS. Ejus *epitome inſtitutionum Medicinæ ex neotericorum fundamentis.* JEN. 1663. 4. In L. II. cap. 7. de ſymptomatibus renum & veſicæ (ut calculus). Cap. 13. de calculorum generatione. WALTHER. V. *obſtet. art.*

NICOLAUS TULPIUS in *obſervationum medicarum* L. I. cap. 59. calculi inteſtinorum. L. II. cap. 44. calculus renum. Cap. 45. calculus ureterem obſtruens. Cap. 47. mictus lapillorum. L. III. cap. 2. veſica a calculo conſumta. Cap. 5. calculus veſicæ adnatus. Cap. 6. calculus veſicæ arcte circumdatus. Cap. 7. calculus trium unciarum ſponte excretus. Cap. 8. calculum ex urethra eximendi modus. L. IV. cap. 28. calculus per lumbos excretus. Cap. 36. mictus calculorum fractorum. Cap. 47. calculus veſicæ cervicem lædens. WALTH. V. *pag.* 22.

GUERNER ROLFINK. Ejus diſput. *de renum & veſicæ calculo.* JEN. 1644. 4.

Ejus *de genuina calculorum in humano corpore, præcipue renibus & veſica generatione, ſignis, & remediis.* Ibid. 1663. 4. HALLER.

Ejus *epitome methodi cognoſcendi & curandi particulares corporis affectus, ſecundum ordinem* RHAZÆ ad ALMANSOREM, *Hippocraticis, Paracelſicis & Harveianis principiis illuſtrata.* Ibid. 1655. 4. In L. III. cap. 16. de calculo renum & veſicæ. WALTH.

Ejus *ordo & methodus Medicinæ ſpecialis conſultatoriæ ὡς εν ατομω, continens conſilia medica ad normam veterum & novorum dogmatum adornata.* Ibid. 1668. 4. In L. III. *conſult.* 1. de calculo renum laborante. *Conſult.* 2. de calculoſo. In L. IX. *conſult.* 3. de calculo veſicæ. WALTHER. V. *ichor.*

JACOBUS BONTIUS, qui BATAVIÆ JAVANÆ medicinam fecit. Ejus *de Medicina Indorum libri* IV. LEID. 1642. 12. PARIS. 1646. 4. & cum G. PISONE, AMSTERDAM 1658. fol. In L. III. agit etiam de calculo humano: lamellatum eſſe perinde ut bezoar, viresque medicas exercere ſimiles. HALLER.

JOH. HENRICUS MEIBOM, vir eruditus, Profeſſor Helmſtadienſis, qui nonniſi diſputationes academicas ſcripſit. Ejus *Hippocratis jusjurandum ſ. ορκος commentario illuſtratum.* LEIDÆ 1643. 4. Etiam de calculorum varietate. Cur HIPPOCRATES noluerit medicum calculoſos curare.

Ejus *de calculo renum.* HELMSTADT 1679. 4. HALLER.

HERMANNUS van der HEYDE, medicus. Ejus *diſcours & avis ſur les flux de ventre douloureux.* GAND. 1643. 4. Aquæ frigidæ laudes. Calculi arenoſi verum remedium aquæ Spadanæ. HALLER.

THOMAS BARTHOLINUS in *hiſtoriarum anatomicarum centuria* I. & II. calculorum varietates, etiam arenoſus ſudor. In *cent.* III. & IV. calculoſorum diſſectiones. Calculus per ſcroti abſceſſum prodiit. Cum calculus tangi

gi non poſſet, repertum eſt eum cum veſica in ſcrotum demerſum eſſe. HALLER. In *cent.* III. *hiſtor.* 33. 34. 35. calculus renum. *Cent.* IV. *hiſt.* 8. calculus ex ſcroto ſuppurato; *hiſt.* 23. putamina ovorum ad calculum laudantur. *Cent.* V. *hiſt.* 3. calculus magnus ex urethra rupta. WALTH.

Idem in *epiſtolarum medicinalium cent.* I. *epiſt.* 55. ipſe BARTHOLINUS jam anno 1644. & prius, calculum ſenſit ſe habere, & ab aqua corticum fabarum levamen ſe putaverat percepiſſe. In *cent.* III. *epiſt.* 28. calculus ex utero; *epiſt.* 50. calculus ventriculi. ALBERTI.

Idem in *Actis Hafnienſibus in Vol. IV. obſ.* 39. raphani in terendo calculo vis. *Obſ.* 83. calculus ingens de muliere elapſus. HALLER. V. *pag.* 23.

J. N. THOMASIUS *de calculo renum & veſicæ.* LIPS. 1643. 4. HALLER.

CHRISTIAN LANG. Ejus *de calculo humano.* LIPS. 1650. 4.

Ejus *de calculi humani generatione.* Ibid. 1653. 4. HALLER. V. *obſtet. art.*

J. THEODORUS SCHENK. Ejus *de tartaro microcoſmo ſecundum principia Hippocratica, Galenica, Paracelſica, atque Helmontiana conſiderato.* JEN. 1658. 4. HALLER. V. *vuln.*

JOH. JOHNSTONUS in *ideæ medic. pract.* L. X. tit. 8. artic. 8. de calculo renum. Tit. 9. artic. 1. de veſicæ calculo. WALTH. V. *pag.* 391.

J. DAVID RULAND *pharmacopœa nova in qua repoſita ſunt pro omnibus morbis corporis humani internis & externis pro pauperibus ευποριστα.* NÜRNBERG 1644. 12. In *theca* 3. & 30. medicamenta ad calculum. WALTH.

JOHANNES PETRUS LOTICHIUS in *conſiliorum & obſervat.* L. IV. cap. 5. *obſ.* 1. usque ad 7. nephriticus dolor cum variis accidentibus. WALTH. V. *pag.* 23.

JOSEPHUS SCHMIDT in *Spiegel der Wundarzney* L. III. part. 2. pag. 418. calculus. WALTH.

Idem in *Eph. N. C. Dec.* I. *ann.* VIII. *obſ.* 89. mors eſt ſabuloſo urethræ infarctu. HALLER. V. *pag.* 23.

A. RYCK *de calculo renum & veſicæ.* LEID. 1644. 4. HALLER.

J. FRID. BILGER *de lithiaſi renum & veſicæ.* ALTDORF. 1645. 4. HALLER.

ANDR. GUYOT & JAC. du VAL *E. a lacte lithiaſis.* PARIS 1645. 4. HALLER.

JOACH. STORMANN *de renum & veſicæ calculo.* LEID. 1646. 4. HALLER.

BALDUINUS COUSEMAKER *de calculo renum & veſicæ.* LEID. 1648. 4. HALLER.

HER-

Hermannus Conring. Ejus *de calculo renum & veſicæ.* Helmstadt 1656. 4. Haller. V. *pag.* 24.

Johannes Vesling in *epiſt. & obſervat. anatomicis obſ.* 47. de magno calculi proventu. Walth. V. *pag.* 24.

Guido Patinus, natus in oppido Houdan en Brai, celebris medicus, qui victoriam ſuam de chirurgis reportatam paſſim celebrat, ſcripſit *de tuenda valetudine*, qui liber prodiit cum Guiberti *medecin charitable* Paris. 1649. 8. Negat dari medicamenta lithontriptica, & in iis, qui ab eorum uſu ſanati putabantur, adfirmat calculos fuiſſe in veſica repertos. Haller.

Isaac Cattier. Ejus *obſervationes medicinales rariores.* Castris 1653. 12. Paris 1657. 8. Francof. & Lips. 1676. 8. Paucæ ſed bonæ ſunt. Inter eas huc faciunt calculorum varietates; calculus, ut putat, per medicamentum comminutus, & cum lotio excretus. Calculus intra membranas veſicæ deliteſcens. Haller. V. *vuln.*

Conradus Victor Schneider, Profeſſor Wittebergenſis, vir doctiſſimus, magnus collector librorum, potiſſimum Italicorum, quos ſummo cum labore norat in unum ſermonem componere, ut quidquid quiſpiam innumerabilium illorum ſeculi XV. & XVI. ſcriptorum in libris reliquiſſet, in ſuis operibus reperias. Ita Haller (e). Ejus *de calculo.* Witteberg. 1650. 4.

Ejus *de renum & veſicæ calculo.* Ibid. 1665. 4.

Gualther Charleton F. R. S. Ejus *ſpiritus gorgonicus vi ſua ſaxipara exutus.* Leid. 1650. 8. Satis ad ſenſum Helmontii omnia. Calculi generationem a ſale repetit, curationem a dauco ſperat & a betulæ ſucco. Multum fermentorum & opinionum, Chirurgiæ nihil. Alcalina & adfinia ſpiritui cornu cervi in calculo reperit. Haller.

Henricus Schævius *de calculo renum.* Jen. 1650. 4. Haller.

J. Pecquet celeberrimi viri obſervatio de concremento calculoſo citatur in *Mem. de Chirurgie* T. II. Ita Haller.

Samuel Formey in *traité chirurgical des bandes* calculus faſcia retentus, ut cochleari eximi potuerit. Haller. V. *faſcias.*

Kenelmus Digby in *oratione de pulvere ſympathetico* veſicæ calculos eſſe pentagonios (dodecaedros). Haller. V. *vuln.*

Augustinus Thoner, Archiater Ulmenſis, in ſuis *obſervationum medicinalium libris* IV. Ulm. 1651. 4. aliqua habet chirurgici argumenti, ut ulceris a repetita etiam calculi ſectione ſuperſtitis ſanationem. Calculum coaleſcere ex materia craſſa albeſcente cum urina egeſta, quam viderit

(e) Ibid. pag. 668.

rit in aëre arenam efficere. Exempla ubi calculus a morte in veſica repertus eſt, quem chirurgi non potuerant detegere. HALLER.

OLAI WORM diſp. *de calculo renum & veſicæ.* HAFNIÆ 1651. 4. HALLER.

DOMINICUS PANAROLI in *iatrologiſmorum*, *ſ. obſervationum Pentecoſte* I. calculus ſub oculo natus, per os ejectus, an forte in viis lachrymarum coactus. HALLER. In *Pentecoſte* II *obſ.* 2. petroleum naturale non artificiale externe ſupra renes unctum ſumme laudat. *Obſ.* 34. monſtroſa calculorum ejectio. In *Pentecoſte* III. *obſ* 8. fœminæ calculo renum ſæpe laborantes gravidæ ſi reddantur, facillime moriuntur. *Obſ.* 41. ſpiritus vitrioli renum & veſicæ arenulis & calculis tuto exhibetur in principio absque ulla evacuatione prægreſſa. In *Pentecoſte* IV. *obſ.* 31. portentoſa ureterum dilatatio ad lapidis exitum. In *Pentecoſte* V. *obſ.* 29. calculi in urethra ſine noxa per tres & quatuor menſes retenti. WALTH. V. *pag.* 25.

CAROLUS ARTHURUS PLESSIUS in *enchiridio anatomico* renum calculum, ſi apoſtema ſe extulerit, poſſe cauterio admoto, natura monſtrante viam, educi, non alias. Cavitatem duplicem veſicæ ad latentem in uretere calculum reducit. HALLER. V. *pag.* 277.

MARTINUS SCHMUCK. Ejus *theſaurus ſecretorum naturalium chymicorum.* NORIBERGÆ 1652. Num. 20. calculus. WALTH.

JOH. SCULTETUS in *armamentario chirurgico* calculus urethræ ſolis emollientibus eductus. HALLER. V. *inſtrum. chir.*

PETRUS BORELLUS in *hiſtoriarum & obſervationum centuria* I. *obſ.* 4. calculus in cyſtide fellea. *Cent.* II. *obſ.* 21. (vel 22.) lapides veſicæ ingentes. *Obſ.* 62. calculi veſicæ rari. *Cent.* III. *obſ.* 22. ad calculum ptiſana, fructus cynosbati. *Cent.* IV. *obſ.* 73. arcanum ad lithiaſin ex ſcarabæis. WALTHER. V. *pag.* 25.

GEORG. FRID. LAURENTIUS in *exercitationibus* &c. huc faciunt, quæ dicit de ſabuloſis in lotio, calculum veſicæ non certo prodentibus: de pure in urina & ſanguine, non indicante veſicæ ulcus. HALLER. V. *pag.* 25.

BALDASSAR TIMÆUS in *caſuum medicinalium* L. III. cap. 37. renum calculus potu hydromelito curatus.

Idem in *epiſtolarum* &c. L. III. *epiſt.* 3. de præſervatione & cura calculi. *Epiſt.* 31. de calculo renum. *Epiſt.* 32. de arcano contra calculum. Ad præſervationem ſequens laudat: menſe majo ante ſolis ortum collige *Neanſire viridis* (anſerinæ) m. viij. *lecaſ.* (f) *viridis* m. jv. exprime ſuccum, adde vini rubri q. ſ. miſce & filtra; exhibe quotannis primis duobus & tribus die-

(f) Forte *fecal*, id eſt fecale, quod per anagramma inmutatum fuerit ab auctore in vocem *lecaſ.*

bus menſis Maji mane unc. vij., purgato prius corpore. WALTH. V. *pag.* 26.

PETRUS LAUREMBERGIUS, GUILIELMI filius, in *apparatu plantarum* FRANCOF. 1654. cap. 2. de allio: nobile eſſe medicamentum contra calculum ſi allii capita aliquot lacti incoquas, idque lac ægro bibendum propinas. WALTH.

GODOFREDUS WELSCH in *Hebammenbuch* part. 3. cap. 4. de calculo infantum. WALTH. V. *obſt. art.*

PETR. CAVELIER *de calculo renum & veſicæ.* LEID. 1654. 4. HALLER.

SEBAST. SCARABICIUS. Ejus *hiſtoria bovini cerebri in lapidem mutati, & de lapidis concretione in homine.* PATAV. 1655. 12. 1679. 12. HALLER.

PETRUS CAULTER *de calculo renum & veſicæ.* HELMSTADT 1656. 4. HALLER.

FRANC. OSWALD. GREMBS in *arboris integræ & ruinoſæ* L. II. cap. 1. medicamenta ad calculum. WALTH. V. *pag.* 27.

JOH. ANDR. SMITZIUS in *Medic. pract.* pag. 27. calculus renum; pag. 29. calculus veſicæ. WALTH. V. *pag.* 316.

FRANCISCUS STRASELIUS *de calculo renum & veſicæ.* LEID. 1659. 4. HALLER.

MARCUS MAPPUS *de dolore nephritico.* ARGENTOR. 1672. 4. HALLER. V. *pag.* 27.

CASPAR REIES in *Elyſio jucundarum quæſtionum campo quæſt.* 36. pag. 444. (Edit. FRANCOF. 1679. 4.) calculi in inſolitis corporis locis reperti. *Quæſt.* 87. pag. 1136. n. 14. calculi veſicæ comminutio per medicamenta teſtimoniis probatur. ALBERTI. V. *pag.* 27.

GEORG SEGER in *Eph. Nat. Cur. ann.* I. *obſ.* 16. de renum & veſicæ exulceratione. *Ann.* II. *obſ.* 23. mors die 15. ex iſchuria & calculo renum. *Ann.* III. *obſ.* 227. relatio de rene calculoſo. HALLER. V. *varices.*

PAULUS AMMANN. Ejus *de lithiaſi renum & veſicæ.* LIPS. 1669. 4. HALLER. V. *morſ. can. rabid.*

RICHARD BURTHOG *de lithiaſi & calculo.* LEID. 1662. 4. HALLER.

J. JAC. BAUHIN *de calculo renum.* BASIL. 1662. 4. HALLER.

HENRICUS V. ROONHUYSEN in *genees en heelkonſtige aanmerkingen* novo volumine: calculi renales per abſceſſum exciſi; ſic duo calculi ſublinguales. HALLER. V. *pag.* 28.

ROBERTUS BOYLE in *conſiderations upon* &c. calculos humanos tunicatos eſſe, nucleum continere. HALLER. V. *pag.* 28.

J. DA-

J. Daniel Major, Profeſſor Kilonienſis, vir qui multa moliebatur, pauca perficiebat. Ejus *hiſtoria anatomica calculorum inſolentioris magnitudinis ac molis in renibus* Cl. J. Sperlingii *repertorum*. Lips. 1662. 4. Præter calculos ejus viri, alias hiſtorias calculorum & nuper enatorum lapidum collegit. Haller.

Carolus Drelincourt *la legende du Gaſcon* &c. in altera editione Leid. 1674. 12. calculi humani ſigna addit, quibus ab omni alio lapide diſtinguitur. Deſcribit etiam veſicam plenam villis, fungulis & tartari acervis. Haller. V. *calculi ſect.*

J. Arnold Frideric. Ejus *de renum & veſicæ calculo*. Jen. 1666. 4. Haller. V. *terebrat.*

J. Lehel *de lithiaſi*. Altdorf. 1663.

Ejus *de rene exulcerato & calculo, lumborum doloris, purulentæ mictionis & dyſuriæ cauſis*. Brunswic. 1665. 4. Haller.

J. Dan. Widt λιθολογια. Argentor. 1663. 4. Haller.

Trophimus Serrier in *enchiridio* &c. aliqua habet de calculo. Præmagnum calculum chirurgus tangens non potuit adgnoſcere. Haller. V. *pag.* 28.

J. Jac. Doebel *de lithiaſi renum*. Leid. 1664. 4. Haller.

J. Georg. Sommer in *Act. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* II. *obſ.* 141. grandis calculus ex veſica vetulæ expulſus. *Ann.* IX. *obſ.* 15. lapilli in angulis oculorum. Haller. V. *obſt. art.*

Philippus Jacob. Sachs von Leuenheim, medicus Vratislavienſis, ex primis *Academiæ Nat. Cur.* collegis. In ejus libro de *venenis & ſerpentibus petrefactis*. Jen. 1664. 8. aliqua reperiuntur ad lapides in corpore humano paſſim repertos.

Ejus *Gammarologia ſ. de gammarorum vulgo cancrorum conſideratione* Francof. & Lips. 1665. 8. collectanea & propria etiam aliqua habentur de calculis humani corporis & animalium adnotata.

Idem in *Eph. Nat. Cur. ann.* II. *obſ.* 30. iſchuria die 12. ſponte ſanata, expulſo ſponte calculo. *Obſ.* 142. calculus, qui ſibi viam ex urethra in ſcrotum aperuit. Haller.

J. Laurentius Bausch, primus *Academiæ Nat. Cur.* Præſes, ad librum *de lapide hæmatite & aëtite* Lips. 1665. 8. præfationem addidit in qua fuſe agit de vulneribus. Inter multa collectitia tamen etiam propria aliqua & bona reperias, ut calculus ab acidularum uſu in urethram inpactus, feliciter exciſus &c.

Idem in *Eph. N. C. Dec.* II. varii calculi ex diverſis corporis humani partibus exciſi. Ita Haller.

Henricus a Moinichen in *obſervationibus* &c. *obſ.* 22. calculus circa acum oſſeam collectus ac concretus. Alberti. V. *pag.* 29.

PETRUS MICHAEL de HEREDIA in *operum medicorum* LUGDUN. 1665. fol. Tom. IV. *tract.* 8. *diſput.* 7. cap. 9. de lapide renum. WALTHER.

EBERHARDUS GOEKEL in *gallicinii*, *ſ. obſervationum* &c *centuria* I. *obſ.* 90. calculus ex puella nondum trimula absque inciſione & ferramentis eductus. HALLER. V. *pag.* 29.

ANTONIUS MENIOT in *diſſertationibus pathologicis P. I.* PARIS. 1665. 4. agit de hydrophobia: in P. Poſt. de nephritide, de lithiaſi. HALLER.

PHILIPPUS LUDOV. SEIPPIUS. Ejus diſp. *de lithiaſi.* GIESSÆ 1665. 4. Calculus 17. unciarum absque noxa geſtatus. HALLER.

JOH. KÖKERT *de calculo renum & veſicæ.* BASIL. 1665. 4. HALLER.

J. SIGMUND ELSHOLZ in *Eph. N. C. ann.* IX. X. *obſ.* 85. glans plumbea in veſica cruſta calculoſa tecta. HALLER. V *ſteatom.*

LIVONIUS RECTORIUS. Ejus *tract. de lapidis renum ac veſicæ affectus curatione.* FLORENTIÆ 1666. 4. HALLER.

J. CENTURIO MACASIUS *de calculo renum.* LIPS. 1666. 4. HALLER.

JOACHIM van der HEYDE *de calculo veſicæ.* LEID. 1667. 4. HALLER.

In THOMÆ BIRCHII *diario Tom.* II. *ann.* 1667. varia occurrunt de calculis: m gnus lapillus de urethra emiſſus, pene ipſo inciſo. Calculus enormis, qui de utero dicitur prodiiſſe. De calculo veſicæ 25. unciarum HALLER. V. *pag.* 29.

OLAUS BORRICHIUS. Ejus *de lapidum generatione in macro & microcoſmo.* FERRAR. 1687. 12.

Idem in *Act. Hafn. Vol.* I. *obſ.* 77. calculum ſiliceum in veſica puellæ a terebinthina fractum & expulſum fuiſſe. In *Vol.* II. *obſ.* 55. pila maſſa calculoſa obducta. In *Vol. obſ.* 50. a calculis anguloſis deliria fieri, non a rotundis. *Obſ.* 81. de lapidum & calculorum generatione. HALLER.

Idem in *epiſtolis Bartholinianis* quædam etiam de calculo habet. V. *pag.* 30.

In *Phil. Tranſ. n.* 26. calculi 96. ex veſica pueri exemti a chirurgo GOODRICK. Ita HALLER.

CASPAR CALDERE de HEREDIA in *illuſtrat. & obſervat. medicinalium* LUGDUN. 1667. fol. L. I. *illuſtrat.* 25. de duplici calculo renum & veſicæ. In L. II. *illuſt.* 22. de calculo & ulceribus renum. *Illuſt.* 33. pag. 274. de calculo renum. WALTH.

OTTO TACHENIUS in *Hippocrate chemico* VENET. 166... 12. BRUNSWIG 1668. 12. calculi dedit analyſin. HALLER.

GEORG.

GEORG. HIERONYMUS WELSCH in *obſervationibus propriis*: maximus SAUBERTI calculus: calculus acui crinali circumnatus. Ex veſicæ calculo coma.

Idem in *obſervationum phyſico-medicarum hecatoſtea* II. calculi ex veſica humana mirifici, multifidi. Medicamenta lithontriptica.

Idem in *tract. de ægagropilis* &c. multa etiam de calculis animalium.

Idem in *curationibus propriis & conſiliis* aliquot calculoſorum morborum hiſtorias narrat. HALLER. V. *pag.* 30.

JOHANNES MURALTUS, ex nobili familia Inſubrica natus, LEIDÆ & PARISIIS inciſionibus & adminiſtrationibus chirurgicis operam dedit, & Medicinam, & Anatomen, & demum Chirurgiam coluit. Diſputaverat SYLVIO præſide *de inflammatione & ulcere veſicæ* LEID. 1668. 4. HALLER.

VITUS RIEDLINUS in *obſervationibus medicis* refert de magno calculo ex ſcroto ſponte elapſo. HALLER. V. *pag.* 30.

J. HENR. (vel FRID.) BREDHAVER diſp. *de nephritide.* GIESS. 1668. 4. HALLER.

CHRISTOPH V. CAMPEN diſp. *de calculo renum.* LEID. 1668. 4. HALLER.

J. GEORG. VOLCAMER, medicus Noribergenſis. Ejus *Sendſchreiben von dem Blaſen- und Lendenſtein.* FRANKF. 1669. 4. Habere ſe arcanum, quo multos curaverit.

Idem in *Eph. N. C. Dec.* I. *ann.... obſ.* 227. calculi ex fœmina exemti poſt nerveos quosdam motus, quos auctor habet pro calculi itinere. HALLER.

FRIDERICUS HOFMANNUS *de method. med.* L. I. cap. 12. de diureticis pag. 188. de renum calculo. Cap. 19. de alteratione pag. 350. de renum affectu, ut calculo: medicamenta. In L. II. cap. 4. de functionibus læſis pag. 437. in nephritide narcotica prodeſſe. WALTH. V. *pag.* 393.

CH. SCHERBIUS. Ejus diſp. *de renum calculo.* UTRECHT 1669. 4. HALLER.

JOHANNES GROENEVELT, Belga, medicus, qui in ANGLIA vixit, calculumque ſecuit. Ejus diſp. *de calculo veſicæ.* UTRECHT 1670. 4.

Ejus *diſſertatio de lithologia variis obſervationibus & figuris illuſtrata* edit. 2. LONDIN. 1687. 8. Exortatum fuiſſe a chirurgo & lithotomo Amſtelodamenſi HENRICO VELTHUYSEN, ut arti ſe totum traderet. Hic aliquas adnotationes tradit per ſuam experientiam natas, de calculis & circa calculum rarioribus curationibus. Ut calculi de renibus in veſicam decedant. Calculi figura & mole varii. Calculi renis ſigna, & veſicæ calculi. Enormis calculus unciarum 19., alius 25. unciarum. Remedia quibus ſymptomata mitigan-

tigan-

tigantur, cadaverum inciſiones. Apparatus parvi ſectio, & modi calculi ſecandi varietates. Calculus ſulcatus, ut aliqua via lotio per eam crenam ſupereſſet.

In ANGLIA nomen mutavit, ut nunc GREENFIELD ſe ſcripſerit, & proſtat Ejus *compleat treatiſe on the ſtone and gravel, with a diſcourſe on the lithontriptiks.* LONDON 1710. 8. Multa expertus hic ea exponit, quæ ſibi vidiſſe contigiſſet. Ex puellis magnos calculos extraxit, ſed etiam medicamentis lithontripticis ſolvit. Iterum magna varietas calculorum, aliqui ex priori opere. Calculus circa acum natus. Calculos equidem inter duas membranas veſicæ natos vidit, vere tunicatum nunquam. Ab uſu ſaponis calculus eductus eſt, ut in glande ſe conſpicuum daret. Adparatus parvus & magnus. Alto ſemel feliciter uſus eſt. Vulnus urethræ majus æque facile ſanari ac minus. Sibi accidiſſe, ut aliquando calculum non poſſet educere. Symptomata. De lithontripticis medicamentis eorum temporum, DUVY, TIPING, abſurdis miſcelis, ROGERII alcalino pulvere, quem laudat, ſale ſtipitum fabarum cum teſtis ovorum & cancrorum chelis. G. CHERLETON perſuaſiſſe ſibi, dari liquorem, qui calculum vere ſolvat, & incredulis ſuccenſuiſſe. Prius opuſculum his utique auctum redit, cum TOLETI iconibus. Ita HALLER.

JOH. FERDINANDUS HERTOD in *crocologiæ* cap. 19. de renum & veſicæ morbis, ut calculo. WALTH. V. *pag.* 393.

THEODORUS KERKRING in *ſpicilegio anatomico* tradit calculorum varietates. HALLER. V. *pag.* 31.

CHRIST. FRID. GARMAN in libro *de miraculis mortuorum* ubi agit de putrefactione ea occaſione etiam de calculis.

Idem in *Eph. N. C. Dec.* I. *ann.* III. *obſ.* 43. calculi ſub lingua. *Dec.* II. *ann.* VIII. *obſ.* 153. urinæ incontinentia a calculo. HALLER. V. *pag.* 31.

VIC. LOCHER diſp. *de renum & veſicæ calculo.* BASIL. 1670. 4. HALLER.

In *converſations de M. l'A. Bourdelot* refertur de puero calculos absque dolore mingente. V. PIERRE JOSEPH MICHON *morſ. anim. venen.*

HENRICUS VOLGNAD. V. *pag.* 31.

FRID. FERD. ILLMER aliqua de calculis habet in *Acad. N. C.*

Ejus porro diſp. *de calculis microcoſmi.* VIENNÆ 1692. 4. HALLER. V. *pag.* 32.

GOTTFRIED THEBESIUS in *Nov. Act. Nat. Cur. ann.* I. *obſ.* 106. calculus veſicæ, uterus durus & viſcida materie refertus. HALLER.

THOMAS SHIRLEY. Ejus *of the cauſes of ſtones in the greater world in order to find out the cauſes and cure of the ſtones in man.* LONDON

DON 1671. 8. HAMBURG 1675. 8. 1699. 8. ut videtur ex *E. N. C.* Ita HALLER.

SIMON SCHULZE. V. *pag.* 32.

PAULUS de SORBAIT. V. *pag.* 33.

JOH. ANTON. CLOZ. V. *pag.* 33.

GODOFRED. CHRIST. WINKLER. V. *pag.* 33.

MARTIN BERNHARD a BERNIZ. V. *pag.* 33.

CÆSO GRAMM. V. *pag.* 33.

EHRENFRIED HAGEDORN etiam in *Eph. N. C.* aliqua de calculis retulit.

Idem in *obſervationum & hiſtoriarum centuria* I. *hiſt.* 71. calculus ſublingualis. *Hiſt.* 94. calculi pulmonum oſſiformes. In *cent.* II. *hiſt.* 8. calculi in cyſtide fellea. *Hiſt.* 38. calculi multi, miræque figuræ. *Hiſt.* 39. calculus de urethra ſuctione prolectus. *Hiſt.* 40. calculoſi exenteratio. *Hiſt.* 41. calculi veſicæ ſpontanea excluſio. ALBERTI. V. *pag.* 33.

GEORG. WOLFG. WEDEL. Ejus *æger nephritide laborans.* JEN. 1680. 4. In ejus cadavere vidit calculum renalem incuneatum in oſtio ureteris, & in altero rene calculum pelvim occupantem.

Ejus altera diſp. *de calculo mechanico.* Ibid. 1701. 4. Calculus ex canis veſica excisſus merum ſpiritum urinoſum reddidit. HALLER. V. *pag.* 34.

Ratio ſcribonica, ſ. ſuccincta deductio, cur arthritis, podagra, atque alii calculoſi affectus e fundamento ſanari poſſint. HAMBURG 1672. 12. HALLER.

NICOLAUS CHESNEAU in *obſervationibus medicis* lapidem per injecta medicamenta frangere jubet. Calculus aliquamdiu in veſica latens, ut nullo ſymptomate ſe proderet. HALLER. V. *pag.* 34.

FRIDERICUS LOSSIUS in *obſervat. medicinalibus*, de calculo ſub lingua. Laudes nephritici ligni ad renum calculos. Aliæ calculorum hiſtoriæ.

Idem in *obſervationum libro poſthumo*, de aqua ſtillatitia, cujus uſum ad calculum commendat. HALLER. V. *pag.* 34.

GISBERT CINCQ diſp. *de calculo renum & veſicæ.* LEID. 1672. 4. Calculus renalis viginti ramis aſper. HALLER.

MELCHIOR FRIBE. V. *pag.* 35.

SALOMON REISEL. V. *pag.* 35.

CAROLUS RAYGER. V. *pag.* 36.

GEORG. FRANK. Ejus diſp. *de lapicidina microcoſmi in capite.* HEIDELBERG 1688. 4.

Ejus diſp. *de lapicidina in thorace.* Ibid. 1688. 4. HALLER. V. *decorat.*

Cornelius Solingen in *embryulcia* &c. calculos majuſculos de fœminarum veſica extraxit. V. *obſt. art.*

Idem in *manuale operation* &c. vidit calculum triuncialem de ligamento ſuſpenſum. Haller. V. *pag.* 304.

Fridericus Decker in *exercitationibus medicis* &c. refert de calculis innumeris in placenta uterina repertis. De calculo urinario in urethra exciſo. Iſchuria calculoſa undecimo die ſuperata. Haller. V. *pag.* 37.

J. Nicolaus Binninger in *obſervationum & curationum centuria* I. *obſ.* 20. calculus veſicæ circa acum oſſeam concretus. *Obſ.* 93. patris auctoris ex iſchuria calculoſa mortui diſſectio, & repertus in veſica non magnus calculus. In *cent.* III. calculus prægrandis ureteri impactus, admota cucurbita ſicca in renem retractus, & ſponte fruſtulatim excretus. *Obſ.* 87. calculus ureteris capiti inhærens prægrandis, ſtricta ſub renibus ligatura, in renem repulſus cum ſubito levamine, commodeque tandem excretus. *Obſ.* 99. in calculoſo cum urinis rejectis micæ panis, macer, & ſpinæ piſcium. In *cent.* IV. *obſ.* 14. calculus veſicæ in pueris. *Obſ.* 26. calculus renum hepatitidem mentiens. *Obſ.* 40. calculus veſicæ & ſymptomata. *Obſ.* 72. calculus veſicæ. *Obſ.* 98. calculi veſicæ ſigna & ſymptomata. In *cent.* V. *obſ.* 43. & 49. calculus renum. *Obſ.* 48. calculus puelli urethram omnino obturans, cum ſymptomatibus periculoſiſſimis. *Obſ.* 99. calculi renum & veſicæ cum ſymptomatibus. Alberti. V. *pag.* 37.

August. Henr. Faschius. Ejus *ægrotus arthriticus nephriticus.* Jen. 1675. 4.

Ejus *hiſtoria & curatio calculorum humanorum.* Ibid. 1676. 4. Haller. V. *veſicant.*

Petrus van den Busch. Ejus diſp. *de calculo renum & veſicæ.* Leid. 1673. 4. Varietates calculorum. Calculi trecenti. Calculus ramoſus, & glareoſus extus tantum lamellatus. Haller.

Christophorus Helwig, Profeſſor Greifswaldenſis. Ejus diſp. *de calculis microcoſmi, præcipue renum & veſicæ.* Greifswald 1673. 4. Haller.

J. Nicolaus Pechlin in *obſervationum phyſico-medicarum L. I. obſ.* 2. de calculo undique veſicæ adhærente. *Obſ.* 3. ſcirrhus pro calculo habitus, & a lithotomo tentatus. Exemplum veſicæ tartarea cruſta obductæ. *Obſ.* 4. vermis renalis pro calculo habitus. *Obſ.* 7. calculorum figuræ variæ. *Obſ.* 8. triginta ſimul calculi cum urina exploſi. *Obſ.* 9. calculi absque dolore excreti. *Obſ.* 10. iſchuria funeſta ex calculo, qui nullo ſigno ſe prodiderit. *Obſ.* 11. de urina hominis calculoſi ad alvum converſa. *Obſ.* 12. de mucoſo in calculoſorum urina ſedimento. *Obſ.* 13. calculum ab alcali concreſcere, ab acido ſolvi. *Obſ.* 14. utique a ſpiritu nitri calculum ſolvi, ſed ejuſmodi venena in veſicam non poſſe impelli. *Obſ.* 15. de calculis renalibus varia; eos

absque

abſque offenſa per ureteres & per urethram expelli; qui in veſica vero generantur, eos fere retineri, & ſectionem poſcere. *Obſ.* 16. non multum tribuit lithontripticis, & plus a diæta ſperat. *Obſ.* 17. de arenulis in urina; de earum varietate, neque facile calculum indicare.

Idem in *Eph. Nat. Cur. ann.* IX. X. *obſ.* 37. de calculis per perinæum expulſis. HALLER. V. *pag.* 37.

CASPAR KÖLICHEN in *Act. Hafn. Vol.* V. *obſ.* 120. calculus, ut videtur, a medicamento, ſed nimis acri diſſolutus, funeſto eventu. HALLER. V. *pag.* 37.

LUCAS SCHROECKIUS. V. *pag.* 38.

JOH. JAENIS. V. *pag.* 38.

CHRIST. KIRKBY. V. *pag.* 38.

J. FRID. GIESLER diſp. *de calculo veſicæ.* LEID. 1674. 4. HALLER.

J. HUXHAM, celebris clinicus, in *Phil. Tranſ. n.* 413. Calculus permagnus expulſus ex ſcroto. *N.* 472. de calculo ex puero moriformi. Sectio fœminæ calculoſæ. HALLER.

CADRAN in *Hiſt. de l'Acad. des ſciences* a. 1730. exemplum calculi nullo ſigno expectati, & in veſica reperti, & tamen prægrandis. HALLER.

JACOB DENYS fuſe de calculi ſignis, ſymptomatibus & varietate. V. *calcul. ſect.*

PETR. PAUL. MOLINELLUS. V. *pag.* 105.

ABRAHAM TITSINGH. V. *calculi ſect.*

LUDOV. JOH. le THUILLIER agit de nephritide. V. *pag.* 106.

J. M. ELFERS diſp. *de calculis.* LEID. 1732. 4. HALLER.

PAULUS GOTTLIEB WERLHOF in *Comm. Nor.* a. 1734. *h.* 50. de rene deſtructo, cum ureteris ingreſſum lapillus obſideret. HALLER. V. *hæmorrhag.*

CLAUDIUS AMYAND. Ejus epiſtola favens STEPHENIÆ eſt in collectione Gallica 1740. 12. V. *pag.* 281.

J. GEORG. HENR. KRAMER. V. *pag.* 106.

STEPHANUS HALES, Rector in FARRINGDON, Theol. D. phyſices experimentalis auctor ex præcipuis. Ejus *hæmoſtatical eſſays containing hæmoſtatiks* LOND. 1733. 8. Gallice in *recueil* T. I. PARIS 1740. 12. Belgice exſtat in *uytgeleezene naturkondige verhandelingen* P. I. 2. ſt. P. II. 1. ſt.

AMSTERDAM 1735. 8. 1736. 8. Magna pars pertinet ad calculum veſicæ & renum, & ejus chemicam analyſin & uberrimum aërem, tum ad medicamenta, quæ calculum diſſolvunt, inter quæ eſt fervens cum lixivio ſale vitrioli ſpiritus. Liquores etiam varios in veſicam impulit, qui calculum ſolverent, neque veſicæ nocere reperit: catheterem eo fine bilocularem invenit, & forcipem qua calculus ex urethra extraheretur. Ceparum ſuccum ſatis potenter calculum reſolvere expertus eſt. Nocere aquas duras materia prægnantes tartarea.

Ejus *an account of ſome experiments and obſervations on* M. STEPHENS *medicines for diſſolving the ſtone.* LOND. 1740. 8. Gallice in T. II. *Recueil d'experiences ſur la pierre* PARIS 1743. 12. Luſitanice *Relaçao de algunos experimentos e obſervaçoens feitas ſobre as medicinas de* M. STEPHENS *para diſſolver a preda.* LOND. 1742. 8. In lixivio ſaponario confeſtim calculum diſſolvi, eam vero vim perire, ſi a calce id lixivium liberaveris: ab eodem lixivio partem calcis eſſe, quæ ab uſu medicamenti Stepheniani cum urina decedit. Sed etiam a ſapone cum aqua cocto calculum diſſolvi, & ab aqua calcis.

Idem in *Phil. Tranſ. n.* 471. egit de modo liquores commode in abdomen injiciendi. *N.* 477. de expediendo calculo per injectam aquam gummatam. HALLER.

A diſſertation on the gravel and ſtone. LOND. 1733....

J. CHRISTOPH. MAY in *Comm. Litt Nor.* 1736. *n.* 5. & 6. de extracta ex veſica lintei lacinia calculoſo concremento obducta. V. *ocul. morb.*

J. LEONHARD CRAMER ibid. a. 1733. *hebd.* 10. glomer ob prolapſum vaginæ in vaginam datus, calcaria materia obductus & exemtus.

J. G. SLEVOGT ibid. *obſ.* 11. calculus ſalivalis. *A.* 1734. *h.* 37. puer a calculo uſu, ut putat, theriacæ liberatus. HALLER.

J. SEBAST. ALBRECHT. V. *pag.* 107.

J. PHILIP. WOLF. V. *pag.* 107.

WOLFGANG HENR. SCHREY. V. *pag.* 108.

FRIDER. IGNATIUS LOSPICHLER. V. *pag.* 108.

THOMAS BRINIUS. V. *pag.* 108.

FERDINANDUS JAC. BAJER. V. *pag.* 108.

J. DANIEL. SCHLICHTING. V. *pag.* 108.

J. GEORG. HASENEST, medicus Onoldenſis, in *Comm. Litt. Nor.* *a.* 1733. *hebd.* 21. duas calculoſorum inciſiones recenſet; & ex iis arguit, calculos generari ex mucido liquore, quem renes veſicæ dent. Stimulantia, & diuretica nocere ait. HALLER.

ALEXANDER MONRO, pater. V. *pag.* 110.

J. BYSTER diſp. *de nephritide.* LEID. 1734. 4. HALLER.

JOH. MACGILL. V. *pag.* 111.

GEORG.

GEORG. BALDERSTON. V. *pag.* 111.
J. ANT. FRIDERICI. V. *pag.* 111.
ERN. FRID. SCHMIDT. V. *pag.* 112.

ALBERTUS de HALLER in *opuſculis pathologicis* &c. prima origo calculi renalis, viſcoſa nempe flava materies ductibus urinariis impacta. Calculus major de fœmina eductus. Calculus ex mamma lacteus. V. *pag.* 112.

CLAUD. NIC. le CAT diſſ. *ſur le diſſolvant de la pierre & en particulier ſur celui de Mle* STEPHENS. ROUEN 1739. 12. Queritur de eo remedio, quod ſæpius noceat. V. *calcul. ſect.*

ANTONIUS MOMBERS. Ejus *Tractat vom Niern- und Blaſenſtein nebſt einem Abriſs des vom Herrn* HEISTER *glücklich aus der Blaſe a.* 1735. *geſchnittenen wunderſam gebildeten Steines.* HELMSTADT 1735. 8. Agit de calculi formatione. De calculo ſublinguali loquelam impediente, quæ eo exciſo ſit reſtituta. Calculi icon, in qua noſter ſimilitudinem aliquam *buſti* humani ſibi fingit. Diverſi apparatus & HEISTERI adminiſtratio. Ita HALLER.

CAROL. FRID. KALTSCHMIDT *de geneſi calculi renum & veſicæ.* JEN. 1751. 4.

Ejus *de ægro inflammatione ventriculi demortuo, calculis poſt mortem renum & veſicæ felleæ raræ magnitudinis & figuræ per ſectionem detectis.* Ib. 1757. 4. HALLER. V. *vuln.*

HERMAN OOSTERDYK SCHACHT in *oratione* LEID. 1735. 4. ſe vidiſſe calculum quatuor unciarum in uretere hærentem, & alterum ſeptem unciarum in cane, cum nullo ſymptomate quousque æger vixit. HALLER.

ZAMPOLLO, chirurgus Guaſtallenſis in *Hiſt. de l'Acad. des ſciences* 1735. retulit de calculo circa acum nato, & per laceratam veſicam extracto. HALLER.

JOH. PAISLEY in *Eſſays of a Society at Edinburg T. V. n.* 70. calculoſi hominis inciſio. In renibus una papillarum diſtenta, tum ureteres toti, veſica circa calculum contracta fartum globulis, membranis multum craſſioribus. HALLER. V. *gangr.*

PIERRE DESAULT in diſſ. *de Medicine* T. III. eandem eſſe naturam calculi & podagræ. Fabrica ex laminis compoſita, quas in recenti lapide poſſis acicula diducere. Naſci a muco veſicæ laminatim concreto. Non ſemper fideliter catheterem nos de præſentia calculi docere: in celebri medico non potuiſſe detegi. Aquis Balnei regii (*Baregés*) ſoluta ancyloſis: calculum eadem ſolvit pota; aut in veſicam impulſa, aut deſtillans in hypogaſtrium ſedemque veſicæ: in ipſa vero ſcaturigine debere ægrum vires earum aquarum experiri. Calculos renales in iis aquis celerrime ſolvi; ſic veſicales, viſos eſſe tamen, quorum pondus auctum ſit. HALLER. V. *pag.* 114.

L. J. Wolf diſp. *de nephritide.* Leid. 1735. 4. Haller.

Thomas Humbphrey diſp. *de calculi urinoſi generatione.* Leid. 1736. 4. Haller.

Gallus Ant. Müller diſp. *de dolore renum.* Argentor. 1736. 4. Haller.

Andreas Brown in *Eſſay of a Society at* Edinburg T. IV. 1736. *n.* 15. de calculo circa acum in veſica nato. Haller.

J. Ludwig Hommel in *Comm. Litt. Nor.* 1736. *n.* 27. aliqua de lithontripticis medicamentis. Haller. V. *ocul. morb.*

J. Christoph. Pohl *de proſtatis calculo adfectis.* Lips. 1737. 4. V. *tumor.*

Christian Arend (vel Ad.) Scherer diſp. *de calculis a ductu ſalivali Warthoniano excretis.* Argentor. 1737. 4. Exemplum proprium. Haller.

Henr. Braken *lithiaſis Anglicana or a philoſophical enquiry in to the nature and origin of the ſtone and gravel.* Lond. 1739. 8. Stepheniam exagitat, fumumque vendere criminatur: ipſum Harleyum propria in veſica calculum alere. Laudat cerevifiam dauco conditam etiam ſimplicem, qua ſanatus ſit, qui ſe lithotomo volebat committere.

Ejus *lettre to* D. Hartley *auctor of the caſes in behalf of Miſs* Stephens *medicines.* Lond. 1739. 8. Haller. V. *obſt. art.*

Joseph Moses Bendien. Ejus diſp. *de renibus & eorum affectibus.* Utrecht 1737. 4. Haller.

Bernard Joachim Neisske. Ejus diſp. Præſide Ill. Segnero *de calculorum in corpore humano reperiundorum geneſi & cura.* Götting 1737. 4. Haller.

Andr. Cantwell, medicus Pariſinus, ejus & Præſidis Lud. Mariæ Pousse *non E. calculo veſicæ ſcalpellum ſemper neceſſarium.* Paris 1742. 4. recuſ. in Halleri *ſelectis.* Traditur calculi hiſtoria: experimenta Contwello inſtituta, quibus vis ſalutaris aquæ calcis confirmatur, & diſſolutorum calculorum, quos tamen catheter tetigerit. In lixivio ſaponaceo inque urina ejus vi imbuta calculos contabeſcere, certe qui molles ſint & friabiles.

Ejus & Hazon diſſ. *E. in calculi ætate & temperamento ægrotantis remedium alcalino ſaponaceum Anglicum.* Paris 1742. 4. Fuſa & docta diſputatio. Calculum vidit in ureteris exitu adhærentem, ex quo gangræna & mors. Pro medicamentis Stephenianis. Decoctum ſaponarium etiam absque calce ſquamas per urinam pellere. In ſola calce animali vim eſſe, quæ calculum ſolvat, non in calce lapidea. Morandum ſua experimenta referre, neque ſe citare queritur. Haller.

JOH. FRIDER. WAHRENDORF in *E. N. C. Vol.* IV. 1737. *obſ.* 149. calculoſi inciſio. Ren alter in ſacculum mutatus, alter tumoribus deformis: in veſica calculus ureteres comprimens. HALLER.

ROBERTUS WHYTT, medicorum in SCOTIA Præſes, clinicus, vir ingenioſus, in T. V. *Eſſays of a Soc. at* EDINBURG occaſione arcani Stepheniani dedit *an Eſſay toward the diſcovery of a ſafe medicine for diſſolving the ſtone*, quem deinde libellum auctum dedit excuſum EDINBURG 1752. 12. & 1755. 12. Gallice PARIS 1761. 12. 1766. 12. Poteſtatem ſolvendi calculi potiſſimum aquæ calcis tribuit, quæ etiam ſola calculum diſſolvat, & calculoſorum tollat ſymptomata. Ex teſtis oſtreorum potentius medicamentum obtineri, quam ex calce lapidea. Ipſe ſaponis quidem unciam in diem jubet ſumere, neque in pilulis, ſuperbibere vero tres partes aquæ calcis, cum pauco lacte. Poſſe etiam in veſicam ſiphone injici. Fatetur tamen, aquæ calcis potentiam adjecto ſapone augeri, & multum cedere vi ſolventi lixivii ſaponarii. In poſthuma editione, quæ eſt inter opera omnia, multa nova acceſſerunt. Aquæ calcis vires tamen repetita aquæ adfuſione debilitari. In calce videri ignei quid ſubeſſe, quod calculum diſſolvat. Vim lithontripticam lixivii ſaponarii a calce eſſe. Exempla felicis efficaciæ aquæ calcis, qua calculoſi homines ſanati fuerint: ipſum ab ejus uſu lotium vim accipere Lithontripticam. Cum ab uſu hujus medicamenti cum ſapone conjuncti, ſed interrupto, æger obiiſſet, in calculo veſtigia fuerunt, quæ oſtenderunt partem ejus ſolutam fuiſſe. HALLER.

ZACHARIAS VOGEL in *merkwürdigen Krankengeſchichten* &c. de calculo ex bulbo urethræ exciſo. HALLER. V. *pag.* 115.

SAMUEL SCHAARSCHMIDT in *mediciniſchen* &c. Anno I. calculus ex fœmina expulſus, circa ſurculum ligneum natus. Calculus in maxillari glandula natus, & per abſceſſum prodiens. Calculum in rene ſiniſtro frequentius habitare. HALLER. V. *pag.* 115.

Cas de perſonnes, qui ont uſé de remedes de Miſs STEPHENS. LONDON. 1738. 8. Celeb. HALLER ſuſpicatur Anglice eſſe ſcriptum.

NICOLAUS CYRILLI. V. *pag.* 117.

BROWNE LANGRISH, medicus, ſcripſerat LONDINI *a.* 1738. 8. *the modern practice of Phyſik*, quæ huc non facit; ſed ibid. *a.* 1746. 8. excudi fecit *Phyſical experiments upon brutes.* Gallice recuſ. PARISIIS 1749. 12. (De calcis vivæ efficacia pulcherrima habentur tentamina. Ita celeber. Lib. Baro de CRANZ in ſua *Mat. Med.*). Huc potiſſimum pertinet pars I., ſ. injectiones variorum ſuccorum ſalinorum, in quibus vis medicamenti Stepheniani ponitur, & quos in ipſam animalis veſicam impulit. Aqua calcis facile fertur, quæ vulnera potius ſanat; nimis acrem amylo admiſto reddidit tolerabilem. Vim calcis non eſſe in parte volatili. Sed neque lixivium ſaponariorum in aqua dilutum veſicam lædit, etiamſi multo fuerit meracius, quam ad

 ſolven-

ſolvendum calculum neceſſe ſit. Calx teſtarum multo fortior eſt: aqua calcis cum ſapone non nocet. HALLER.

PETRUS SHAW. Ejus *a diſſertation on the ſtone of the bladder.* LONDON 1738. 8. Calculi generatio. Arenulas non abire in calculum. A medicamentis non multum ſpei eſſe, niſi in veſicam injiciantur.

Ejus *examen of the reaſons for and againſt the ſubſcription for a medicament for the ſtone.* Ibid. 1738. 8.

Ejus *inquiries on the nature of Miſs* STEPHENS *medicaments.* Ibid. 1738. 8. HALLER.

CHRIST. ANDREAS KOCH. Ejus diſp. *de affectu in libris & praxi rariſſimo ab* H. BOERHAAVE *in noſocomio Leidenſi Batavo ſanato.* LEIDÆ 1738. 4. recuſ. in HALLERI *ſelectis.* Seceſſio nempe tunicæ internæ veſicæ, & una emotio vaginæ a veſica adtractæ. HALLER.

CL. MARCHAND diſp. *de nephritide.* BASIL. 1738. 4. HALLER.

GUIL. GREGORY in *Phil. Tranſ.* in nuper nati pueri veſica aciculam reperit.

Marquis de CAUMONT ibid. de eodem calculo aſperrimo & ramoſo, de quo chirurgus SALIEN.

HANS SLOANE ibid. de eodem calculo, & de aliis lapidibus circa acus, glandesve plumbeas concretis. Exemplum calculi ſumme dolorifici, cujus pauci fuerunt aculei.

DAV. (vel DAN.) HARTLEY, vir pius, ſingularis ingenii, & calculoſus, ut eo accuratius in ſuo negotio putes verſatum eſſe. Ejus *view of the preſent evidence for and againſt Miſs.* STEPHENS *medicines or a ſolvent of the ſtone.* LONDON 1739. 8. Gallice PARIS 1750. 12. Virgo erat, medicamenti auctor, ei nomen JOHANNA STEPHENS. Ea medicamenta vendebat, quibus calculus diſſolveretur, & miſeri mortales a tormentis vindicarentur, quæ ab eo inimico pati ſolent. Laudantibus medicis, factis experimentis, Senatus Regni (*Parliament*) quinque millibus librarum Anglicarum a. 1739. arcanum redemit. Pluſcula erant medicamenta, ſed princeps pulvis ex teſtis ovorum & cochlearum calcinatis: & decoctum (ex naſturtio ſylveſtri), in quo ſolutus ſapo Alonienſis. Novum medicamentum inter primos commendat noſter, ediditque *obſervations made on ten perſons who have taken the medicament of Miſs* STEPHENS LONDON 1738. cum experimentis nonnullis.

Deinde juſtum librum. *A niew of the preſent evidence for and againſt Miſs* STEPHENS *medicines as a ſolvent for the ſtone, containing* 155. *caſes, with ſome experiments and obſervations* LONDON 1739. 8. Gallice in *recueil d'experiences & d'obſervations ſur la pierre.* PARIS 1740. 12. Non ubique idem eventus fuit; in univerſum tamen multi ægri levati: de omnibus ſquamæ & fragmenta lapidea dejecta, paſſim etiam calculi notis aliquibus inſcripti inceptæ eroſionis & diſſolutionis. Integre ſanatos, certe ex

eorum

eorum cenſu, ægros viginti & unum, totidem nihil adjutos, aliquos medicamentum non potuiſſe ferre, paucos inutiliter eo uſos, levatos plurimos. Ipſum etiam lotium ab eo medicamento poteſtate ſolvendi calculi impraegnatum. In aliis non videtur medicamentum vim aliquam exeruiſſe. Diarium JACOBI KIRKPATRIK medici, calculoſi ab uſu medicamentorum STEPHENIÆ multum levati. Utique calculum ab aqua fluviatili conſumi.

Ejus *ſupplement to the view of the preſent evidence.* LONDON 1739. 8. & Gallice in eodem *recueil* PARIS 1743. 12. Brevis hiſtoria medicamenti STEPHENIÆ & curationum ante redemptionem ab eo arcano præſtitarum, modique, quo ſanatur; & eventus in proprio corpore ab HARTLEYO adnotatus. Icones calculorum ab ejus medicamenti efficacia adroſorum.

Ejus *de lithontriptico a* J. STEPHENS *nuper invento diſſertatio epiſtolaris.* LONDON 1741. 8. 1746. 8. BASIL. 1741. 8. Eædem decem ab eo medicamento curatorum hominum hiſtoriæ. Deinde experimento facto calculus in urina medicata reſolutus. In ultima editione medicamentum ſimplicius redditur, ſapone cum calce in electuarium & rotulas redacto.

Ejus *epiſtolæ variæ ad* MORANDUM *datæ* in *recueil d'experiences* &c. PARIS 1740. 12. & 1743. 12.

Ejus *epiſt.* ad D. CONTWELL in *Merc. Gall.* 1740.

Idem in *Phil. Tranſ.* refert de calculo ſponte per vetuſtam in perinæo cicatricem erumpente. Ita HALLER.

JACOBUS KIRKPATRIK. Ejus *relation of the ſucceſs of Miſs* STEPHENS *phyſik in the caſe of* D. KIRKPATRIK. Belgice *nauwkeurlyk verhaal van het ſucceſs van de medicyn van* J. STEPHENS *tegens de ſteen in de blaas* AMSTERDAM 1739. 8. Gallice in T. II. *recueil d'experiences* &c. Diarium morbi in ſe ipſo uſu medicamenti Stepheniani ſanati, poſtquam ſupra mille calculorum fragmenta deceſſerant, quæ putat quinque calculorum eſſe fragmenta, ab eo remedio diſſolutorum. Aliqua conſilia ad prudentem ejus medicamenti uſum. HALLER.

THEOPHILUS LOBB. Ejus *treatiſe on the diſſolvents of the ſtone, and on curing the ſtone and the gout by aliments.* LONDON 1739. 8. Latine BASIL. 1742. 8. Gallice PARIS 1744. 12. Variis ſuccis & humoribus calculos, partim naturales, partim in hominis veſica genitos adgreſſus, ducentis & ultra experimentis reperit, a pluſculis liquoribus ſolvi, neque tamen ab ullo, qui ſit alcalinus: potentius vero a ſucco limonum, & porri, & a panis decocto. Diætam vegetabilem plurimum poſſe ad calculum curandum, cum ejus maxima pars ſit a ſale animali, adjectis hominum curatorum teſtimoniis. HALLER.

An adreſs to the Faculti of Phyſik relating to Miſs STEPHENS *medicine.* LONDON 1739. 4. Contra STEPHENIAM pro vindicando ordine medico, quem ajebant virginem ſuis odiis opprimere. HALLER.

WIL-

William Shaw. Ejus *diſſertations on the ſtone in the bladder.* London 1739. 4. Varias movet difficultates, ſucceſſus medicamenti dubios reddit, malletque in veſicam medicamentum immitti. Haller.

Dionysius (vel Daniel) Coetlogon. Ejus *treatiſe on the ſtone, and analyſis of Miſs* Stephens *medicines.* London 1739. 8. Acerbum ſcriptum: medicamentum Stepheniæ per ſingula carpit, & Hartleyi curationibus contra eum utitur. Haller.

A letter to the gentlemen of the Faculti in anſwer to a letter on Miſs Stephens *medicines.* London 1739. 8. Haller.

Miſs Stephens *receipt for the ſtone and gravel, with proper obſervations.* London 1739... Belgice *middel tegen den ſteen* Amsterdam 1739. 4. Formula nempe revelati arcani cum breviſſimis notulis. Haller.

Eſtimation of the merits medicaments of Miſs Stephens &c. London 1739. recuſ. in *recueil* &c. T. I.

Omelio Pitcairne *the truth unveild for the public good or treatiſe on the ſtone.* London 1739. Utique Stepheniæ medicamenta calculum diſſolvere. Modus utendi. Reſponſio ad objectiones Henrici Braken. Ita Haller.

Michael Christophorus Hanow. V. *pag.* 118.

Claud. Joseph. Geofroi in *Memoires de l'Acad. a.* 1739. egit de medicamento Stepheniæ. De nonnullis ægrotis, in quibus catheter calculum præſentem oſtenderat, ab uſu hujus arcani ſanatis. De calculis & cryſtallis, calceque, quæ omnia cum lotio ſolent egeri, quæ non ſint a calcaria terra ejus medicamenti. Urinam ab ejus uſu ea vi imprægnari, ut calculum diſſolvat. Ut ſimplicius & facilius fiat remedium.

Ejus *epiſtola* huc faciens reperitur in *Comm. Litt. Nor.* 1740. *n.* 15.

In Gallica collectione *recueil* &c. T. I. epiſtola eſt ad Hartleyum ejusdem argumenti. Haller.

Samuel Sharp. Ejus *epiſtola ad* Morandum exſtat in *recueil d'exper. & obſerv. ſur la pierre.* Incidit hominem, qui a ſumto medicamento Stepheniæ levatus, ejus uſum dimiſerat: vetuſti erant duo calculi, valde eroſi, nova levique cruſta tecti. Exempla ſanatorum, in quibus catheter calculum ſenſerat. Haller. V. *pag.* 309.

A full examination and impartial account of Miſs Stephens *cures and medicines.* London 1740. Novem caſus ab Hartleyo publicati, ſed ita expoſiti, ut contra eum faciant. Medicamenta Stepheniæ dudum ſibi nota fuiſſe. Formulæ eorum & ad ingredientia adnotationes. Sed neque ipſum Hartleyum a calculo liberatum fuiſſe, levamen poſſe a diæta eſſe, aliisque cauſis. Haller.

Recueil d'experiences & d'obſervations ſur la pierre, & en particulier ſur les effets des remedes de Mle. STEPHENS *pour diſſoudre la pierre.* PARIS 1740. 12. Continentur hac collectione HARTLEYI *view of the preſent evidence.* Lex a Senatu Anglico rogata pro redimendo arcano STEPHENIÆ. Ejus formula authentica. Epiſtolæ eo pertinentes HARTLEYI, MORANDI, CHESELDENII, AMYANDI, GEOFROI. In epiſtola AMYANDI commendatur medicamentum STEPHENIÆ, cum veſtigia virium diſſolventium in calculis adparuerint. HALLER.

FERD. GOTTL. HAUPT *zuverläſsige Nachricht wie die in Engelland erfundene Steinarzney præparirt und angewand werden muſs.* KÖNIGSBERG 1740. 4. Ex Anglico recuſum eſt. HALLER.

JAC. HENR. CHRISTIAN ADAMI *de materia calcarea poſt diuturnam arthritidem per veſicam urinariam educta obſ. ſingularis.* LÜBEC. 1740. 4. Hactenus huc facit, quod ejusmodi materiam reddant, qui STEPHENIÆ medicamento utuntur, & pro ſoluti calculi habeant particulis. HALLER.

ANTON. a SETTEN diſp. *de nephritide.* UTRECHT 1740. 4. HALLER.

CAR. FRID. HUNDERTMARK *de urina cretacea.* LIPS. 1761. 4. Exemplum copioſiſſimæ materiæ calcareæ excretæ. V. *med. chir.*

J. SESLEY in *Phil. Tranſ. n.* 456. retulit de calculo per ſcrotum erumpente.

J. MACKARNESS ibid. *n.* 458. de enormi calculo per anum fœminæ egeſto. HALLER.

J. BERNARDUS FISCHER in *Comm. Litt. Nor.* 1740. *hebd.* 31. refert de malo effectu medicamenti STEPHENIANI, & de calculis in veſica intactis. HALLER.

JOH. JAC. FREYLING. V. *pag.* 119.

JOH. V. WOENSEL. V. *pag.* 119.

WARTH *caſus ex calculo veſicæ orti deſcriptio.* ARNHEIM 1741. 4. HALLER.

RICHARDI GEM *account of the remedies for the ſtone.* LOND. 1741. HALLER.

JOH. BLANCKERT diſp. *de nephritide.* LEID. 1741. 4. HALLER.

J. CHRISTOPH BOHLIUS, Profeſſor Medicinæ Regiomontanus, HALLERI amicus. Ejus & J. C. LAUBMEYER diſp. *medicamenta lithontriptica Anglicana reviſa.* REGIOMONT. 1741. 4. Formula STEPHENIÆ & hiſtoria. HALLER.

GOTT-

GOTTFRIED THIESEN. Ejus diſp. *de calculo raræ magnitudinis a virgine per urethram ſponte & feliciter excluſo.* REGIOMONT. 1741. 4. HALLER.

NOAH SHERWOOD in *Phil. Tranſ. n.* 459. de calculis in rene ramoſis.

JOHN BOWELL ibid. *n.* 460. de cruſtis per lotium egeſtis.

HANSIUS SLOANE ibid. addit ſimilia exempla, & acum deglutitam, quæ per abſceſſum inguinis prodiit: de acu crinali cruſta tecta calcarea. HALLER.

GUILIELMUS BROMFIELD in *chirurgical obſervations* T. II. V. *pag.* 121.

JACOBUS PARSONS, medicus. Ejus *a deſcription of the human urinary bladder to which are added animadverſions on lithontriptic medicines, particularly theſe of Miſs* STEPHENS. LONDON 1742. 8. Poſt brevem anatomen, STEPHENIÆ medicamenta ſtudet deprimere, & DAVIDEM HARTLEY refutat. Ergo non nova eſſe medicamenta it oſtenſum, & eximiam vim lixivii ſalis ægrotis nocere, atque ab ipſis medicamentis, non a diſſolutis lapillis, calcem eſſe, quæ ab uſu arcanorum STEPHENIÆ medicamentorum in lotio ſubſidet. Reperiri calculos eroſos, absque ullo medicamentorum uſu, & viciſſim leves poſt ſumta illa STEPHENIÆ lithontriptica. Neminem integre ſanatum, inque iis ipſis repertos a morte calculos, qui pro ſanatis ſint habiti. Caſus nonnullos, ab HARTLEYO propoſitos, demonſtrat contra ea medicamenta facere. HALLER.

BENEDICTUS STÆHELINUS, HALLERI amicus. Ejus *epiſtola eucharistica ad* DAVIDEM HARTLEY. BASIL. 1742. 8. cum LOBBII & HARTLEYI de STEPHENIÆ lithontriptico libellis. Experimenta: de calculo in aqua margacea Holeenenſi dilapſo: de mucoſo elemento elaſtico, quo terra in calculum conglutinatur. De vi calculum ſolvente calcis ex teſtis ovorum paratæ, tum ſucci citri. Ea ſolvere calculum, quæ aërem in glutine illo latentem expediant. Saponaceis calculis magis aquoſum & ſolventem liquorem convenire, oleoſis calcis uſum. Singularis anatome calculorum ſimplicium vel adroſorum. Calculos humanos fere lamellis componi, ſ. pelliculis. Educto glutine illo elaſtico, & ad fundum vaſis præcipitato, reliquam lapilli molem facile dilabi. Calculo diſſoluto fibræ etiam & membranæ ſuperſunt, quas nullus liquor ſolvat. HALLER.

GERARDUS v. SWIETEN in T. V. agit de calculo. V. *pag.* 123.

CHRISTOPH. STEPHAN. SCHEFFEL. Ejus & H. B. L. LEMBKE diſp. *de calculo renali.* GREIFSWALD 1742. 4. HALLER. V. *obſt. art.*

J. PETR. LOBE' diſp. *de diverſa lapidum origine.* LEID. 1742. 4. HALLER.

J. AL-

J. Albert. Hazon & Petr. Joseph. Macquer *E. in calculo renum & veſicæ pro natura calculi, ætate & temperamento ægrotantis remedium alcalino-ſaponaceum Anglicum.* Paris 1742. 4. recuſ. in Halleri *ſelectis.* Valere ad albos, rubros, flavos, & in veſica natos calculos, etiam exemplis productis, ad nigros & fuſcos & renales minime. Haller.

Edmund Nourse in *Phil. Tranſ. n.* 462. refert de Gardinero, quem uſu medicamentorum Stepheniæ ſanatum putabant, quod cathetere nullus lapillus tangeretur. Aderant calculi, ſed in cellulis veſicæ latentes.

Georgius Bell ibid. refert de G. Payne, qui calculos leves in veſica habuit poſt diuturnum uſum medicamentorum Stepheniæ. Haller.

Gottfried. Henr. Kannegiesser. V. *pag.* 124.

Valent. Ernest. Eug. Cohausen. V. *pag.* 124.

Dale Ingram, chirurgus, qui multis annis in inſula Barbados Chirurgiam & Obſtetriciam exercuit, deinde in oppido Reading, denique Londini. Ejus *eſſay on the cauſe and ſeat of the gout.* Reading 1743. 8. Calculos in articulis reperiri, in ſanguine nunquam. Haller.

Idem porro aliqua de calculis habet in *practical caſes* &c. V. *pag.* 125.

Recueil d'experiences & obſervations ſur la pierre, & en particulier ſur les remedes de Mle. Stephens Tome II. Paris 1743. 12. Davidis Hartleyi ſupplementum, Jacobi Kirkpatrik libellus, Stephani Hales experimenta. Epiſtolæ aliquæ ad eandem cauſam facientes Morandi, Hartleyi, Edmundi Nourse. Hæc ex *Phil. Tranſ.* Haller.

Charles Perry. V. *pag.* 126.

Nierop. Ejus diſp. *de libera urinæ excretione.* Leid. 1743. 4. De calculo egit. Haller.

Benjam. Liberkuhn diſp. *de nephritide.* Leid. 1743. 4. Haller.

Ant. Leprottus in *Phil. Tranſ. n.* 468. retulit de maximo calculo a fœmina egeſto.

In *Comm. Litt Nor. a.* 1743. *hebd.* 31. 32. aliqua reperias de medicamento Stepheniano, & Seyleri teſtimonium de ejus felici in perſona illuſtriſſima uſu. Haller.

Houstet. V. *pag.* 127.

Hevin. V. *pag.* 127.

J. Fridericus Schreiber, celebris olim phyſiologus & medicus Petropolitanus, Halleri amicus. Ejus *de medicamento a* Johanna Stephens *contra calculum divulgato inefficaci & noxio. Epiſtola ad* Hallerum

RUM *data.* GÖTTING 1744. 4. Fruſtraneus uſus medicamenti Stepheniani, argumenta contra ejus uſum, ut calculus in veſica repertus ſit, ſymptomata mitigata videbantur. Contra medicamenta alcalina. Calculum ſe diſecuiſſe, in quo nucleus lamellis circumdatus, ſuperficie muriatica. HALLER.

PETRI BOURGEOIS diſp. *de calculo & remediis eum ſolventibus.* LEID. 1744. 4. Ut ex particulis alimentorum calculi naſcantur. HALLER.

CAR. DANIEL FISCHER diſp. *de calculo veſicæ urinariæ in urethram impulſo & ſingulari encheireſi absque ſectione exemto.* ERFORD. 1744. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis.* Calculum in urethra hærentem terebella perforavit, & confregit. De calculo ex aquarum tophacearum uſu orto: de calculo absque renum & veſicæ vitio nato; aliaque utilia. HALLER.

J. BOECLER & KAMM diſp. *quæſtiones medicæ varii argumenti.* ARGENT. 1744. 4. De calculo. HALLER.

D. COHAUSEN (neſcit celeberrimus HALLER, num J. HENRICUS ſit, num VALENTINUS EUGENIUS) in *Comm. Litt. Nor. a.* 1744. *n.* 27. arcana adverſus calculum, Stepheniani medicamenti felix in Electore Trevirano ſucceſſus. *N.* 34. de puero dicitur, cui ren alter conſumtus, veſica calculo ureterem obturante farcta. HALLER.

OLAUS ACRELL. V. *pag.* 131.

J. DAVID SCHLEGEL diſp. *de calculo veſicæ prægrandi in puero novenni.* ERFORD. 1745. 4. HALLER.

Cl. ETLINGER in *Comm. Litt. Nor.* 1745. *hebd.* II. calculorum hiſtoria in aure, & ſub lingua repertorum.

CHRISTOPH. WILH. BAJER ibid. *n.* 45. aliqua de medicamento lithontriptico Stepheniano. HALLER.

PHIL. CONRAD. FABRICIUS *de genuina calculi renum geneſi.* HELMSTADT 1756. 4. In pelvi hominis calculoſi vidit ſuccum quaſi albuminoſum, viſcidum, in eo calculus erat, absque ullo ulcere, aut vaſis alicujus violatione. Inde deducit noſter ex ſola renum laxitate calculum naſci poſſe, & adſtringente medicina curari. Paſſim etiam in humano corpore ex ſuccis coactis calculos generari.

Ejus *de nephritide.* Ibid. 1760. 4. HALLER. V. *vuln.*

CHRISTIAN FRIDER. ESCHENBACH. V. *pag.* 133.

ANTONIUS LOUIS. V. *pag.* 133.

ABRAHAM BAEK in *Wet. Acad. Sw. hand. a.* 1749. de calculi ſignis, ut præſentia lapidis noſcatur, non adhibito cathetere. HALLER. V. *pag.* 136.

GEORG. HOWEL. V. *pag.* 136.

GUILIELMUS FIDGET. V. *pag.* 136.

HENR.

HENR. FRIDER. DELIUS. V. *pag.* 137.

JOHANNES OOSTERDYK SCHACHT. V. *pag.* 138.

HANS KINTIUS. Ejus diſp. *de nephritide.* LEID. 1746. 4. HALLER.

ROBERT LUCAS in *Phil. Tranſ. n.* 483. & ipſe calculoſus retulit de magna utilitate, quam ex uſu ſaponis Alonienſis, & aquæ calcis perceperit.

CAROLUS LUCAS, celebris nuper orator in Senatu Hibernico, retulit de calculoſis concrementis in rene repertis. HALLER.

J. J. WILLER diſp. *de morbis tartareis in genere.* MARBURG 1747. 4. HALLER.

GEORG. MATTHIAS GATTENHOF, auctor & præſes, olim HALLERI auditor, nunc Profeſſor Heidelbergenſis. Ejus & GEORG. LUDWIG. HUEBER *de calculo renum & veſicæ.* HERBIPOLI 1748. 8. De calculis multa; etiam de lapidibus prægrandibus 4. 5. librarum in equorum veſicis repertis. Renis 52. librarum exemplum: pleni materiæ tophaceæ. Calculus in puellæ urethra, in gnomonis ſpeciem flexus, ut alterum crus in vaginam rediret. Saponis efficaciam noſter expertus confirmat. Calculi ſapone cum gummoſis extractis curati exemplum. HALLER.

JOB. BASTER. V. *pag.* 139.

J. G. BLOCK. V. *pag.* 139.

DANIEL WILHELM TRILLER. Ejus *de pityriaſi veſicæ, ad corruptum* C. AURELIANI *locum.* WITTEBERG 1750. 4.

Ejus *de gibbo ex nephritide potius, quam ex phrenitide orto.* Ibid. 1754. 4. HALLER. V. *inſtrum. chir.*

In ... D'AUBENTON *deſcription du cabinet du Roi*, quæ adjecta eſt hiſtoriæ naturali BUFFONII, variæ habentur hiſtoriæ, ancyloſeos &c. In Tomo II. multa ad calculos veſicæ &c. HALLER.

J. DOMINICUS BACIOCCHI, chirurgus Brixianus. Ejus *lettera intorno l'eſtrazione d'un calculo eſiſtente ſotto la lingua.* BRESCIA 1749. 8. In clauſo tumore calculum latere ſagax divinavit. Ut calculi in corpore humano generentur exponit, & ſimilium exempla collegit. HALLER.

ERNEST. ANT. NICOLAI *Gedanken von der Erzeugung der Steine in dem menſchlichen Körper, inſonderheit in den Nieren, der Urin und Gallenblaſe.* HALL. 1749. 4. Collectio calculorum in diverſis corporis partibus repertorum. Signa, curatio calculorum. Medicamentum STEPHENIÆ. HALLER.

JACOBUS FARION. V. *pag.* 140.

ANDREÆ SEVASTO diſp. *de lithogeneſia.* LEID. 1749. 4. HALLER.

CAROLUS LINNÆUS. Ejus diſp. *de generatione calculi.* UPSAL. 1749. 4. Ab acido derivat. Ita HALLER.

GUIL. FREEMAN in *Phil. Tranſ. a.* 1749. *n.* 491. de calculo ſublinguali.

ROBERTUS CLARKE ibid. calculum inter glandem & præputium natum ſe vidiſſe per ſpontaneum abſceſſum elabi. HALLER.

GOTTLOB CARL SPRINGSFELD, medicus in civitate WEISSENFELS. Ejus *Abhandlung vom Carlsbad* &c. LEIPZ. 1749. 8. Experimenta adfert, quibus oſtendit calculum ab aqua Carlsbadenſi ſolvi: ea experimenta aucta reddidit in diſſ. *de prærogativa thermarum Carolinarum in diſſolvendo calculo veſicæ præ aqua calcis vivæ.* WITTEBERG 1756. 4. Calculi veſicæ in hac aqua thermali celeriter ſolvuntur, aut toti, aut exigua parte reliqua; minime vero calculus biliarius. Comparata hac efficacia vim aquæ calcis vivæ in experimento ſuperat, quæ aqua etiam debilior fuit urina hominis, qui Carolinas potaſſet. HALLER.

ANTONIUS de HAEN. V. *pag.* 110.

NATALIS JOSEPH. PALLUCCI. Ejus *lettre a M.* HUMELAUER *ſur la cure de la pierre.* VIENNE 1764. 8. Contra STEPHENIÆ arcanum. Contra FR. COSMÆ inſtrumentum.

Idem aliqua contra STEPHENIÆ, & DARANII arcanum ſcripſit etiam in *nouvelles remarques ſur la lithotomie* &c.

Idem analyſin calculi dedit in *lithotomie nouvellement perfectionnée* &c. Part. II. V. *calcul. ſect.*

JOSEPH. AUGUST. STEINMANN diſp. *de cauſis cur frequentius viri præ fæminis calculoſi fiant.* ARGENTOR. 1750. 4. HALLER.

WILHELM FRID. JAHN diſp. *de inſolita calculi ingentis per ſcrotum excluſione.* WITTEBERG 1750. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis.* Calculus ſcilicet quinque unciarum pondere ſponte in ſcrotum erupit, neque inde quidquam mali evenit. HALLER.

JOSEPH WARNER. V. *pag.* 142.

D. STELLA, medicus in agro Patavino, in *Hiſt. de l'Acad. des ſcienc. de* PARIS *a.* 1750. agit de acicula calculoſa cruſta tecta, quam de puellæ veſica eduxit. HALLER.

J. GOTTL. KRÜGER in *Hamburgiſchem Magazin* T. VI. de calculo in palato nato. HALLER.

GEORGIUS HEUERMAN in *vornehmſten chirurgiſchen Operationen* &c. T. I. lapis ex inteſtino recto eductus, cum laceratione ſphincteris, bono tamen eventu. Calculi in cellulis urethræ reſidentes. In T. II. de urethra per calculos exiguos arctata. Neque STEPHENIÆ medicamenta, neque calcis aquam, etiam mediocriter duros calculos ſolvere. Calculos vidit circa ure-

urethræ oſtium natos & crena perfoſſos; calculos etiam intus molles, extus duros. De calculi ſanandi varia ratione fuſe. HALLER. V. *pag.* 310.

J. GODOFR. BRENDEL. Ejus *de calculo veſicæ urinalis, renumque natalibus.* GÖTTING. 1751. 4. programma. Putredinem cauſam eſſe calculi: in putreſcente lotio cruſtas lapideas parietibus vaſorum adponi. HALLER.

JOHANNES HOFER. V. *pag.* 144.

J. FRANCISCUS CLEMENS MORAND. Ejus *recueil pour ſervir d'eclairciſſement detaillé ſur la maladie de la fille d'un tireur de pierres de* S. GEOSME, *laquelle jettoit des pierres par la bouche & les urines, & à qui on en a tiré de la veſſie à douze repriſes differentes.* PARIS 1754. 12. Collectio opuſculorum ad hiſtoriam mirifici morbi facientium. Fraudem fuiſſe, calculos fere lateritios. Exempla aliorum ejusmodi ingenii fraudium. LAUERIÆ tamen morbum non putes fraudulentum fuiſſe. HALLER. V. *oſſ. morb.*

J. TARGIONI TOZZETTI. V. *pag.* 144.

GOTTLOB (vel GOTTFR.) CHRISTIAN WEBEL. Ejus diſp., Præſide BUCHNERO, *de intempeſtivo diureticorum uſu frequente adfectuum nephriticorum cauſa.* HALL. 1752. 4. HALLER.

GEORG. CONRAD. SCHMIDT. Ejus diſp. *de calculo renum & veſicæ,* MOGUNTIÆ 1752. 4. HALLER.

ANDREAS GEORG. JOSEPH. PELICOT ſuas *duodecim quæſtiones* MONSPELLII 1753. 4. edidit, quarum prima eſt de remediis antinephriticis vegetabilibus. HALLER.

JOH. PRINGLE, vir Ill. in *Phil. Tranſ. Vol. L. P. I.* refert de EDUARDI WALPOLE caſu, calculo laborantis, qui etiam a morte in ejus veſica repertus eſt, & qui tamen ex uſu ſaponis omni dolore liber fuit. Sic MATTHÆUS SIMSON, qui calculum ſecturo chirurgo continuo ſe erat oblaturus, ex uſu unciæ ſaponis in diem ſumtæ, & dolore omni liberatus fuit, & ipſo calculo, veſica enim a morte pura fuit.

Idem experimenta SPRINGFELDII ad confirmandam aquæ Carlsbadenſis vim lithontripticam facta expoſuit. HALLER.

GALLON in *Hiſt. de l'Acad. des ſciences a.* 1753. de calculo exciſo, qui circa ſpicam cerealis natus erat. HALLER.

MOREAU in *Mem. de Chir.* T. III. retulit de calculis inteſtinalibus: exemplum ubi ejusmodi lapillus non ſine labore de ano extractus fuit. HALLER.

CAROLUS ALSTON, celebris medicus Edinenſis, vir ingenioſus, & in experimentis faciendis ſolers. Ejus diſſ. *on quiklime and lime, the ſecond edition.* EDINBURG 1754. 8. Hæc ſecunda editio multum aucta. De aqua calcis fuſe experimenta producit. Ipſe ea aqua ad ſequilibram in diem uſus, eo præſidio calculi doloribus liberatus eſt. Calculi in aquam calcis dati diſſolvuntur. Exempla hujus aquæ feliciter propinatæ adverſus calculos. Nihilo deteriorem eſſe eam calcem, quæ ex lapidibus coquitur.

Ejus

Ejus *a ſecond diſſ. on quiklime and lime water.* Ibid. 1755. 12. De lixivio ad calculum ſolvendum efficaciori: id fieri ex æquis calcis vivæ & ſalis alcalini fixi portionibus. Aliqua adverſus WHYTTIUM. Sibi calcem ex lapidibus potius efficaciorem videri. Absque aëris acceſſu calculos vix diſſolvi. Non poſſe aucta copia calcis aquæ vim augeri. Lixivium ſaponis etiam dilutiſſimum non absque periculo adſumi: ſaponem etiam in aqua diſſolutum calce teſtacea præſtare, & utiliter cum aqua calcis conjungi. Utique calculos adhæreſcere, & una extractam fuiſſe veſicæ membranam. Sectionem calculi non tantum habere periculi, argumento calculi 7. unc. exciſi. HALLER.

WILLIAM BUTTER, juvenis Medicinæ ſtudioſus. Ejus *a method of cure for the ſtone chiefly by injections.* EDINBURG 1754. 12. Gallice 1766. 12. cum WHYTTI libro *de aqua calcis*, vertente AUGUSTINO ROUX. Inſtrumentum invenit, quo absque ullo incommodo aqua calcis in urethram injiciatur, veſicam nempe ovillam, quæ folle exprimitur, & tubulo ſtanneo. Veſica urinaria aquæ ſesquilibram facile fert, & experimento conſtitit, eo auxilio, intra veſicam calculum fuiſſe diſſolutum. De periculo & diritate calculoſorum ſectionis. HALLER.

J. GOTTL. MAUL *de lithiaſi & humano rene dextro in materiam lapidoſam degenerante.* EISENBERG 1754. 4. absque doloris ſenſu. HALLER.

GUSTAV. CHRISTIAN HANDTWIG diſp. *de calculo in glandulis ſublingualibus reperto.* ROSTOCK 1754. 4. HALLER.

J. HENR. de BROKE diſp. *de veſicæ urinariæ appendicibus*, ARGENTOR. 1754. 4. HALLER.

J. WOLFGANG FRID. BOENNEKEN. V. *pag.* 148.

J. FRIDERICUS MEKEL, vir Ill. in *Mem. de l'Acad. de Berlin* 1754. agit de calculis paſſim per corpus humanum viſis, in glandula pineali, in ipſo cerebro: tota pelvis cum ſuis ramis calculis plena. Maximi in veſica calculi. Cellulæ veſicæ, in quibus calculi. In corde, in muſculis, in veſiculis ſeminalibus, inteſtinis, arteriis. (Calculum contentum in tumore, qui ex ſuperficie fundi uteri externa pullulans mediante pedunculo in cavum abdominis propendebat, per anatomen in fœmina 60ria a chirurgo F. J. ADR. WIRTENSOHN a. 1779. VIENNÆ repertum vidi. Albus erat, maximam juglandis nucem æquans; intus repletus terra calcarea, quam deinde, diu maceratus, in aquæ fundum depoſuit, ut ſolum ſphæra lapidea, multis foraminibus patula, intus cava, nec tamen imminuto volumine, remaneret). Parvum calculum majores quam grandem dolores ciere. Calculi renalis exterior ſuperficies vehementer cum ſpiritu vini fervebat & ſolvebatur, interior minus. Magno cum calculo dilatabilis veſica, craſſa cum parvo. Calculus tuberculoſus in aqua forti vix ſolubilis: veſica circa calculum in cellula contentum conſtricta, ut quaſi ſphincter eum clauderet, non adhærentem.

Idem

Idem in *Epiſt. Haller.* T. II. *n.* 322. de calculo enormi veſicam replente, tam laxam, ut nulli in renibus calculi eſſent. In rene alias calculi. HALLER.

WESTMAN JACOBSON. V. *pag.* 148.

BENJAMIN GOOCH. V. *pag.* 149.

JOSEPHUS LIEUTAUD in *précis de la Medecine* &c. agit etiam de calculo. Medicamenta STEPHENIÆ laudat; ea renis quidem calculos non ſolvere, cæterum veſicales lapillos ex eorum uſu contabeſcere, niſi ſiliceæ fuerint duritatis: demum biliarios eorum efficaciam ſentire. Ren absque dolore in pus verſus. In hujus operis nova & aucta editione cum titulo *ſynopſis* &c. ſæpe in cavo veſicæ pone eminentias albas latere calculos. Ab uſu medicamentorum STEPHENIÆ homo calculoſus perfecte ſanatus: alius octogenarius valde levatus. HALLER. V. *pag.* 151.

DAVID DESCHERNY. Ejus *treatiſe of the cauſe and ſymptomes of the ſtone, and of the chief remedies in uſe to cure this diſtemper.* LONDON 1755. 8. Gallice *traité ſur les cauſes & les ſymptomes de la pierre.* Ibid. 1763. 8. Auctoris uxor STEPHENIÆ ſoror erat, quæ tunc maxime ſua medicamenta vendebat. Cum vero varii medici a formula STEPHENIÆ recederent, ſolumque lixivium ſaponarium, aut aquam calcis ſolam propinarent, noſter conatur oſtendere, majores legitimæ ſcriptionis vires eſſe. Infeliciores exitus excuſat, quos ſororis ſuæ medicamentum paſſim expertum eſſet. Nihil debere mutari, recentiſſima medicamenta adſumi. A remedio STEPHENIÆ urinam vi lithontriptica imbui: ab aqua calcis potius vitiari, ut calculos, ſi in ea maceres, reddat grandiores. JURINI lixivium ſaponarium cauſticum fuiſſe, ut veſicam eroderet, SWANBERGI, BLANCHARDI, COLLETI, JAKSONI arcana potius deteriora eſſe. Exempla & hiſtoriæ curatorum hoc remedio ægrorum. HALLER.

Medecin experimental, ou reſultat de nouvelles obſervations pratiques & anatomiques. PARIS 1755. 12. Auctor eſt D. THIERRY alius a FRANCISCO, HALLERI amico, & qui idem diu in AUSTRIA vixit. Huc faciunt, quæ ſcripſit de utilitate Stepheniani medicamenti, cujus novenni uſu calculus non ſit diſſolutus, ut integer in veſica ſuperfuerit. HALLER.

JOH. MACDONNEL diſp. *de calculo.* EDINBURG 1755. 8. HALLER.

L. G. KLEINIUS in *interprete clinico* tit. calculus. V. *pag.* 283.

BONAMI. V. *pag.* 152.

VARNIER. V. *pag.* 153.

SERON. V. *pag.* 154.

ANTONIUS MATANI in *tract. de remediis* PISA 1769. 4. varia experimenta habet ad ſolvendos calculos pertinentia. Calculi animales a fontanis aquis nunquam ſolvuntur. Acetum dentes non tangit, neque veſicæ calculum: ſed neque aquam ſaponatam calculum utriusque veſicæ ſolvere. HALLER. V. *pag.* 346.

Roland Martin. V. *pag.* 155.

Cornwell Tathwell. V. *pag.* 156.

D. Hazon. V. *pag.* 156.

Martin. V. *pag.* 157.

Leautaud, chirurgus. V. *pag.* 159.

Krüger. V. *pag.* 159.

Antonius de Störck in *medicinisch-practiſcher Unterricht* &c. etiam de calculo agit. V. *pag.* 161.

Cornelii Canisii diſp. *de calculo in genere & præcipue renum & veſicæ.* Leidæ 1757. 4. Haller.

Jacob. Renat. Tenon in *Mem. de l'Acad. des ſciences* 1764. egit de formatione calculorum. Baſin eſſe mucoſum rete, quod ſuperſit, quando ab acido liquore terra cretacea abſumta eſt. Dari calculos, qui in acido nitroſo non ſolvantur: neque ſpiritu vitrioli calculos urinarios flavos colliquari. Calculos ſubnaſci in maxilla inferiori equarum, quibus perinde nucleus mucoſus ſit pro fundamento. Haller. V. *ocul. morb.*

Raussin. V. *pag.* 162.

Le Maitre. V. *pag.* 164.

Pomme & Diannyere. V. *pag.* 165.

D. Appeles, medicus Lauſannenſis, in *Act. Helvet.* T. III. egit de calculis in veſica nobilis viri, monente celeberrimo Hallero latentibus & diu ignoratis, fruſtra ſed brevi tempore ſumto medicamento Stepheniæ tentatis, in cadavere detectis, ut fungoſis carunculis veſicæ velarentur. Haller.

Hieronymus David Gaubius. V. *pag.* 165.

J. Wilhelm Everwyn diſp. *de λιθογενεσι in veſica urinaria.* Leid. 1758. 4. Haller.

Jacobus Johnston in *Phil. Tranſ.* retulit de calculis per abſceſſum abdominis prodeuntibus. Haller.

Bourgues. V. *pag.* 168.

Gibier. V. *pag.* 168.

Claudius Pouteau. V. *pag.* 170.

Lettres interreſſantes pour les medecins de profeſſion &c. Avignon 1759. 12. Medicamenta Stepheniæ contra le Catium defenduntur. Haller.

J. Claud. Mertrud. Ejus & Petri Colon diſp. *de calculo renum.* Paris 1770. 4. V. *hern.*

Joh. Nepom. Rud. de Bingen diſp. *de carnoſitate veſicæ morboſa.* Altdorf. 1759. 4. Haller.

Cosmas Damian. Closner diſp. *de calculo in genere*, Præſide Ziegethan. Ingolstadt 1759. 4. Haller.

Enoch de Vries diſp. *de calculo biliario & ſectione veſiculæ felleæ.* Utrecht 1759. 4. Haller.

J. Stephanus Guettard in *Mem. de Phyſ.* T. II. Exemplum calculi veſicæ, & alia chirurgica. Calculus exciſus, qui circa acum eburneam natus erat. Haller.

De la Riviere, medicus, in *Journ. de Med.* T. X. retulit de oſſibus & pilis in veſica urinaria repertis, cum magno ulcere. Haller.

De Montchaux ibid. T. XI. paradoxa hiſtoria iſchuriæ, ſublato calculo ſalivali ſanatæ, & alias calculo de tumore temporum exciſo. Haller.

Terentius Brady in *Hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* 1763. de calculo circa ſpicam tritici nato. V. *tumor.*

Guigneux. V. *pag.* 173.

Robertus Dossie. V. *pag.* 175.

Andr. van Eepen diſp. *de nephritide.* Leid. 1761. 4. Haller.

Arnold Anton. Schade diſp. *de nephritide calculoſa.* Traject. 1761. 4. Haller.

J. Gustav. Wahlin in *K. Sw. Wet. Acad. Handl.* 1761. retulit de calculo triquetro membrana obvoluto. Haller.

Petr. Imman. Hartmann *calculus ſub lingua exſectus.* Helmstadt 1762. 4.

Idem in *N. E. N. C. Vol.* III. *obſ.* 2. iterum de calculo ſub lingua exciſo. De veſica cum inteſtino recto per ulcus communicante & calculis in fellea veſica. Haller.

Josephi Quer diſſ. *fiſico botanica ſobre la pacion nefritica y ſu verdadero eſpecifico la uva urſi o Gayubas.* Madrit 1763. 4. 1764. 4. cum titulo diſſ. *fiſico botanica ſobre la Gayuba.* Gallice diſſ. *phyſique & botanique ſur la maladie nephritique & ſon veritable ſpecifique le rainſin d'ours.* Strasburg 1768. 8. Agit de nephritide in univerſum, de ejus curatione per aquas minerales martiales. Demum de vi ſpecifica uvæ urſi vel ſiccæ ad drachmæ pondus ſumtæ, vel cum aqua decoctæ: eam utilitatem in aliquot ægris confirmatam vidit, tum in ſe ipſo Minuartus. Diverſas mali ſpecies non valde diſtinguit. Haller.

Samuel Clossy. V. *pag.* 183.

Simon Pallas. V. *pag.* 183.

Carl Abraham Gerhard *die Bärentraube, chymiſch-mediciniſch betrachtet.* Berlin 1763. 8. Non multum in malis nephriticis huic herbæ tribuit, & noxam potius inferre ſuſpicatur. Tendines per ſua experimenta inſenſiles reperit. Haller.

GEORG. ADOLPH. FRANCK diſp., in qua *caſus nephritidis calculoſæ, tabe renali exceptæ.* ARGENTOR. 1763. 4. Duorum cadaverum inciſiones. In altero calculus in uretere adnatus, ren conſumtus, veſica carneis fibris conſpicua. HALLER.

FERD. MANNOTTI. V. *pag.* 184.

LUDOVICUS MARUCCI. V. *pag.* 184.

MICHAELIS GIRARDI *de uva urſi ejusque & aquæ calcis vi lithontriptica novæ animadverſiones.* PADUA 1764. 8. Aquam calcis calculos veſicales vix adgredi, aquam uvæ urſi omnes. In multiplici vitio calculi & ulceris in viis urinariis profuiſſe viſa eſt. HALLER.

HENRY BOESNIER de la TOUCHE *a ſhort account of the diſeaſe of the ſtone in the human body, alſo of the method of cure.* LOND. 1764. 4. HALLER.

J. FRID. ACHILLES præſide BUCHNERO diſp. *de frequentiori ortu calculi renum & veſicæ ejusque cauſis.* HALL. 1764. 4. HALLER.

BOURIENNE. V. *pag.* 187.

FRANCISCUS BIUMI. V. *pag.* 189.

MEYER KALMAN COHEN diſp. *de calculo & lithontripticis.* GÖTTING. 1765. 4. Germanice verſa a J. C. NIEMANN. HALL. 1774. 8. Cauſæ & incrementum calculi, ſigna difficilia. Convulſiones poſſe ſymptomata producere quæ calculus. Sed nec catheter fidus eſt teſtis. Exempla calculi, qui in ſcrotum, & qui in vaginam irrupit. Satis ſperat poſſe calculum ſolvi. Baccas juniperi laudat. Neque Stephenianis multum tribuit præter ſaponem & aquam calcis. Liquorem nitri fixi efficaciorem eſſe. Signa calculi in arthritico fallacia, cum ſponte evanuerint. HALLER.

J. CHRISTOPH. a BERGEN diſp. *de lithiaſi.* LEID. 1765. 4. HALLER.

JACOB BOTH. V. *pag.* 191.

ALEXANDER BLAKRIE, pharmacopola, a *diſquiſition on medicines that diſſolve the ſtone in which* D. CHITTIKS *ſecret is diſcoverd.* LONDON 1766. 12. & 1771. 8. Medicus nomine CHITTIK arcanum medicamentum vendebat, a duce militum DUNBAR acceptum, quo in jure carnium dato calculum ajebat ſolvi. Id medicamentum cum ipſe calculo laboraret, noſter redemit, & indagavit, quibus conſtaret elementis. Invenit lixivium eſſe ſaponarium, & calculum diſſolvere expertus id imitatus eſt. Solum cinerem ruſticum *potaſch*, ſolamve aquam calcis, calculum non ſolvere, ſed miſta ea elementa utique. His ipſis tribuit efficaciam medicamenti Stepheniani. Doſin modumque ſumendi CHITTIKIANI medicamenti indicat. Hujus libelli nova editio prodiit a. 1771. 8. in qua eadem primo reperias loco. JURINUM vendidiſſe adverſus calculum lixivium, ex ſale tartari & calce oſtreorum paratum. Contra nimias calcis laudes. In ſapone oleum potius nocere.

Abſti-

Abſtinendum lixivio, dum calculus per ureterem tranſit. Acceſſit nova pars altera. Neminem calculo laborare, cui rubræ arenæ decedant. Lixivium ſaponarium facile tolerari, etiam cum cruenta urina. In urina cruenta cum ulcere pereira brava utitur cum foliis uvæ urſi. In magnis lumborum doloribus opium dat. Oleum ricini ad duo cochlearia commode alvum ducit. Per ſomnum calculum deceſſiſſe, cum ægrotus opium ſumſiſſet. HALLER.

J. B. LUD. PETR. DUMONT. Ejus & ANTONII FARGEIX diſp. *de calculo urinario.* PARIS 1766. 4. V. *tend adfect.*

GUIL. FALCONER diſp. *de nephritide vera.* EDINBURG 1766. 4. HALLER.

PHIL. GEORG. SCHROEDER & PHIL. WILH. RUPP diſp. *de cognatione inter arthritidem & calculum.* GÖTTING. 1767. 4. HALLER.

VINCENTIUS MENGHINI in *Commentariorum Academiæ Bononienſis* T. V. P. I. egit de aquæ communis vi in ſolvendo calculo. Plus valuiſſe putealem, pluvialem nihil. Potentiorem eſſe aquam, in qua tartarus ſolubilis dilutus eſt. Deinde tartarum regeneratum.

GUSMAN GALEAZZI ibid. in P. II. retulit de calculo in ureterem impacto: rendeletus, fiſtuloſus. Ren in alio in ſaccum mutatus urina plenum. HALLER.

CORNELIUS PEEREBOOM. V. *pag.* 198.

J. GEORG. KILMAR. V. *pag.* 198.

De SARRADAS. V. *pag.* 200.

FRID. GOTTLIEB MEIER, Archiater Hannoveranus. Ejus *comment. de magno veſicæ felleæ calculo per alvum excreto.* HANNOV. 1768. 4.

NATALIS PAGLIARUCCI, Caporettenſis ex Comitatu Goritienſi, diſp. *de calculo.* WIEN 1768. 8.

D. HASSELMANN diſp. *de hæmaturia nephritica.* LEID. 1768. 4. HALLER.

J. SIGM. MÜLLER diſp. *de calculo veſicæ obſervatio & epicriſis.* ARGENTOR. 1768. 4. Calculum veſicam replens: cyſtis ex proſtata continuata veſicæ adhærens & recto inteſtino: adminiſtrata ſectio lateralis. De variis rationibus calculi excindendi, potiſſimum laterali. HALLER.

IGNAT. FRANC. HOFFINGER diſp. inaug. *ſiſtens ſelectum medicamentorum lithontripticorum ſimplicium ſpecifice ab auctoribus laudatorum.* VIENNÆ 1768. 8.

THOMAS LANE. V. *pag.* 202.

ANGELUS ZULATTI. V. *pag.* 204.

F. THOMLINSON. V. *pag.* 205.

GUERIN. V. *pag.* 206.

CHRIST. FRID. JÆGER, & auctoris JOH. JACOBI KOHLHAAS diſp. *de geneſi calculi urinarii.* TUBING. 1770. 4. HALLER.

JOH. FRID. LOBSTEIN *de calculis veſicæ urinariis cyſticis.* ARGENT. 1774. 4. MEUSEL. V. *hern.*

CHRISTIAN ZUBER diſſ. *de veſicæ urinariæ morbis.* ARGENTOR. 1771. 4. Etiam exemplum fungoſæ veſicæ, cum icone. HALLER.

EBENEZER GILCHRIST. V. *pag.* 215.

LEVINGSTON. V. *pag.* 215.

MATTH. FRANC. ALIX in *faſciculo* IV. V. *pag.* 218.

LIVRÉ. V. *pag.* 225.

CHAUSSIER. V. *pag.* 226.

LAURENT. ROULY diſp. *de ſingulari renis calculo.* ARGENTOR. 1772. 4. Calculus ramoſus in rene nullo unquam ſe dolore prodiderat. HALLER.

ERN. LUD. HEIME diſp. *de origine calculi in viis urinariis quatenus arthritidis eſt effectus.* HALL. 1772. 4. HALLER.

WENZEL JOH. NEPOM. KIRCHNER diſp. *cur Bohemi præ cæteris magis calculis cyſtidis felleæ obnoxii?* VIENNÆ 1772. 8.

J. DANIEL REICHEL diſp. *de calculis renalibus.* LIPS. 1772. 4. Bona diſputatio. Calculus a tuſſi paulatim expulſus, in puero mali finem pro tota reliqua vita fecit. In cadaveribus, calculi in 14. loculamentis renum, & arenæ cum veſica minima & calculo adnato. Calculus renalis per abſceſſum prodiens, cum altero calculo quaſi articulatus. Durum in rene atheroma & calculus. Omnino in latere ſiniſtro calculum eſſe frequentiorem. HALLER.

WILLIAM ADAMS, chirurgi, *diſquiſition on the ſtone and gravel and other diſeaſes of the bladder kidneys* &c. LOND.... 8. anno non addito. Arcanum alcalinum habet: quod calculum ſolvat, mite idem ut & lactanti infanti non noceat. Exemplum calculi intra 50. diem reſoluti, ut ægrotus longiuſculo itinere abſque incommodo defungi potuerit. Cereos ad arctatam unice urethram mites requiri, acriores ubi caruncula adeſt. Septimo menſe ætatis ſuæ puerum poſt multos dolores a calculo interemtum fuiſſe. Sanatorum hiſtoriæ. Urinam etiam retentam ſuo medicamento expedit. HALLER.

FRANC. DURAND diſp. *de lithiaſi.* MONSPEL. 1773. 4. HALLER.

CHRISTIAN RUD. HANNES. V. *pag.* 229.

JAC. FRANC. DEMACHI. V. *pag.* 229.

M. E. BLOCH. V. *pag.* 230.

BINGERT. V. *pag.* 232.

GEORG.

GEORG. GLADBACH, chirurgus caſtrenſis. Ejus *Geſchichte und Heilung einer ſieben und zwanzig jährigen äuſſerlichen Krankheit, welche durch den Aufenthalt eines Steins in der Harnröhre verurſacht worden.* GÖTTINGEN 1774. 8. alii 1775. 8. Anno jam 1746. urinæ ardorem purisque deceſſionem æger ſenſerat. Subnaſcebantur ſubinde tumores in perinæo, urethra pereſa pus fundebat, & reconciliatum malum recrudeſcebat. Denique inciſa urethra calculus bipartitus, unciæ pondere, urethram obſtruens exemtus eſt. Tanta vero erat urinæ ad calculum gignendum facilitas, ut & urethra intus calculoſa cruſta obduceretur, & catheterem ejusdem generis cruſta & intus oblinirct & extus. HALLER.

H. AUG. WRISBERG. V. *obſt. art.*

BOUVET. V. *pag.* 236.

CHEMERY. V. *pag.* 237.

JOH. GOTTFRIED PFÆHLER diſp. *de calculis veſicæ urinariæ cyſticis.* ARGENTOR. 1774. 4. HALLER.

J. FRIED. BRAND. Ejus *Bericht von ſeinen Curen* Lithontriptica in veſicam injecta... 4. Ita TREW.

COLE *on the ſtone in the bladder* LOND... 8. annum ignorat HALLER.

J. JEREM. HERBST diſp. *de renum & veſicæ calculo.* MARBURG.. 4. HALLER.

Sentiment de Claude Carbonneau chirurgien de Toulouze touchant une épingle trouvée dans l'urethre d'un gendarme... HALLER.

JOAN. SCHNIERER. V. *pag.* 238.

JOSEPH. ELSE. V. *pag.* 244.

FRANCIS. BORGIAS WINGER, Auſtriaco - Creuzenſtettenſis, diſp. *de calculo ſyſtematis ouropoetici.* WIEN 1776. 8.

MAXIMILIANUS STOLL. V. *pag.* 251.

J. A. HEMMAN refert de calculis numeroſis in veſiculis ſeminalibus repertis. V. *pag.* 256.

CALCULI SECTIO
SIVE
CYSTOTOMIA, LITHOTOMIA.

HIPPOCRATES. In *jurejurando Hippocratico* auctor (a) diſcipulos monet, ne calculum ſecent, jubetque eam adminiſtrationem viris operatoribus relinquere. Funeſtos eventus adgreſſionis in tanta Anatomes infantia nondum perfe-

(a) Eſt enim liber minus certo HIPPOCRATIS.

perfectæ putes tribuiſſe bonum virum, quiscunque hujus libelli auctor fuit, ut nollet ſuos in ea diſcrimina incidere. ALEXANDER rex, adhuc puer, calculo ſecto periit. Id infortunium LIVIUS corruptis tribuit medicis, ſed poteſt meræ imperitiæ eſſe effectus. Ita HALLER. Vide *pag.* 286.

AMMONIUS ALEXANDRINUS (b) ab arte, in qua excelluit, λιθοτομος dictus, inſtrumenti inventor, quo intra veſicam calculus frangeretur, a CELSO obſcure deſcripti. In GRÆCIA minus videtur in lithotomia profuiſſe. EPICURUS a calculo vias urinæ obſtruente periit (c). HALLER.

MEGES, Sidonius, chirurgus (d), CELSI laudes meruit (e). Ad calculum ſecandum proprium ferramentum invenit, ut una carnem & calculum incideret (f). HALLER.

A. C. CELSUS de ſectione calculi adeo perite ſcripſit, ut HILDANO viſum ſit, non potuiſſe tam bene, niſi ab eo ſcribi, qui in ea arte ſe exercuiſſet. In L. VII. agit de calculi veſicæ ſectione (g). Hic locus valde memorabilis eſt, quia ſemina lateralis apparatus hic latere credita ſunt (h). Parvum tamen apparatum deſcribit, neque in majori quatuordecim annis homine adminiſtrationem admittit. Virgini calculus ex ſiniſtro latere excidendus, digitis per naturalia datis. HALLER. V. *pag.* 287.

ARCHIGENES poſt exciſum calculum dat lac aſininum, quod ſolum proſit (i). V. *pag.* 319.

ANTYLLUS calculum ad CELSI modum excidit; monet ne corpus veſicæ incidatur, quod non conſolidetur, ſed collum utique (k). De calculo peni impacto; ligandum ne labatur, excidendum, extrahendum eſſe (l). Quando calculus inciditur curandum, ne quidquam reliquum fiat (m). HALLER. V. *pag.* 406.

PAULUS ÆGINETA in L. VI. agit de calculi ſectione etiam in adulto. HALLER. V. *pag.* 293.

THEODORUS de modo, quo calculus in urethra hærens excidatur (n). HALLER. V. *medicam. chir.*

JOHANNES SERAPIONIS filius in L. IV. non debere calculum de rene excidi; de veſica poſſe: ſectos nonnullos enim mortem effugere. Adminiſtrationem fere ut CELSUS deſcribit, uſumque catheteris, & fiſtulam in urethra relictam. HALLER. V. *pag.* 265.

MISUSA de veſicæ ſectione (o). De calculo extrahendo. HALLER.

RHA-

(b) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. IV. (c) GALENUS *compoſ. ſec. gen.* L. IV. (d) GALENUS *compoſ. ſec. loc.* L. V. (e) L. VII. præf. (f) CELSUS L. VII. c. 26. (g) C. 26. (h) Legite CELSUM, ajebat RAVIUS. (i) Apud AETIUM L. III. c. 15. (k) Apud RHAZEUM *cont.* L. IV. cap. 2. (l) Apud AETIUM L. XV. (m) Ibid L. VII. cap. 2. (n) Apud RHAZEUM L. IV. vel V. (o) Apud RHAZEUM L. X. cap. 8.

Rhazeus in L. X. citat extractores calculi, tamquam proprios ei operi deſtinatos homines. Sectionem calculi ex renibus improbat. Haller. V. *pag.* 265.

Haly Abbas in *practicæ* L. IX. cap. 46. de calculorum e veſica eductione. Waltherus. V. *pag.* 295.

Avicenna in *Canon.* L. V. nephrotomen rejicit. Haller. V. *pag.* 267.

Albucasis in L. II. mulierum calculum per obſtetricem curat, quam ipſe erudit, neque enim invenias fœminam, inquit, quæ viro ſe nudam præſtet. Apparatu parvo ſimili utitur ut veteres Græci; vulnus autem inflictum dilatat, ut calculi moles popoſcerit. Haller. V. *pag.* 267.

Alexander Achillinus in *anatomicis adnotationibus* Bonon. 1520. 4. pag. 7. b. deſcribit ſectionem calculi Celſianam. Haller.

Marianus Sanctus Barolitanus. Ejus *de lapide ex veſica per inciſionem extrahendo.* Venet. 1535. 8. Paris 1540. 4. & cum aliis Venet. 1543. 4. 1648. 4. & in collectione Gesneri & Uffenbachii. Hoc princeps viri opus fuerit, cum novam rationem ſecandi calculi tradat, quam omnes undique chirurgi ad usque Ravii tempora ſecuti ſint, quæ fere etiam, cum Pariſiis degerem, inquit celeberrimus Haller, recepta fuerit ſecandi methodus, quam ob multiplex inſtrumentum, magnum dixerunt apparatum. Inventor quidem Johannes de *Caſali majori* Romanus fuit, Cremonenſis, qui circa annum 1520. ad hanc adminiſtrationem inveniendam ex ipſa neceſſitate compulſus acceſſit, cum antiqua illa Celsi adminiſtratio ſolis pueris ſufficeret, inque viris digito in anum dato non liceret eo lapidem expellere, ut ſuper eum commode ſecaretur. Johannis ergo conſilium fuit, ut catheter ſolidus pro tentando, & alter ſulcatus, in urethram daretur, in eum ſulcum a ſiniſtris, medio loco inter anum & os iſchii perinæi latere ſcalpello via aperiretur. Super catheterem porro introductoribus inmiſſis, & mirifico apertore, & forcipe propria calculus evelleretur, verriculo denique *bouton* & cochleari reliquiæ calculi educerentur. Hæc a Johanne magiſtro ſuo accepta noſter liquido exponit, probante in epiſtola Johanne. In fœmina inter os femoris (male) & urinæ iter inciditur. Ita Haller.

Nicolaus Massa in *epiſtolis medicinalibus epiſt.* 22. de calculo ab operatore feliciter de veſica exciſo. Haller. V. *pag.* 273.

Gualther Hermann Ryff. V. *pag.* 422.

Ambrosius Paræus in *operum chir.* L. XVI. cap. 34. 35. 39. ſc. de calculo extrahendo. Walther. Apparatus magnus & inſtrumenta varia. Laurentium Collot & filios in calculo ſecando ſemper uti conductori-

ctoribus, doctos ab OCTAVIANO de VILLA, MARIANI diſcipulo, qui in GALLIAM novum inventum adtulerit (p). HALLER. V. *pag.* 301.

PETRUS FRANCO in *traité des hernies* &c. in calculo veſicæ negat quidquam medicamenta poſſe. Et adhærentes habet calculos & in cellula latentes. Majorem calculum tenui terebra rumpere tentat. Adminiſtrationem minoris apparatus deſcribit, in qua vidit ſæpe inteſtinum ſauciari digitosve chirurgi. Suturam poſt calculi ſectionem admittit, turundam raro. Levem in certa ſui ſede calculum indicare, plures in veſica eſſe lapillos. *Gorgeret* habet noſtro ſimillimum. Deinde nobilem curationem enarrat, quam in puero molitus eſt, cui ſupra os pubis veſicam incidit, & de ea calculum exemit. Eam tamen adminiſtrationem, etſi felix fuit eventus, ipſe, victus a præjudiciis, damnat, hoc noſtro demum ſeculo renovatam. Forcipes ad incidendos & confringendos calculos excogitavit. In fœmina manu calculum deducit, & ſuper eum incidit, vitata vagina, neque dilatationem probat. Parvos lapillos abſque vulnere evellit. Inde apparatum magnum deſcribit, & ad MARIANI modum, & ad ſuum. Eſſe ubi præſtet lapillum poſt veſicam inciſam ſibi relinquere, qui facilius ſub tempore ſuppurationis elabatur. Ita HALLER. V. *hern.*

Circa annum 1563. floruerunt LAURENTII COLLOT celebris lithotomi filii, LAURENTIUS & JOHANNES, experti lithotomi, qui calculum circa anum natum eduxerunt (q). LAURENTIUM, quem laudat HEURNIUS (r), filium eſſe putat celeberrimus HALLER.

DOMINICUS LEONUS in *arte medendi* &c. calculum apparatu parvo ſecare docet, cum ubique fere veteres ſequatur. HALLER. V. *pag.* 378.

REMBERTUS DODONÆUS (DODOENS), celebris botanicus, ſcripſit a. 1580. *hiſtoriam vitis vinique & ſtirpium nonnullarum aliarum.* It. *medicinalium obſervationum exempla.* COLON. 8.

Ejus *obſervationum medicinalium exempla rara.* COLON. 1581. 8. HARDEROVIC. 1584. 4. 1621. 8. ANTWERP. 1585. 8. Eædem ſunt obſervationes, quæ cum priori libello *de vite vinoque* prodierunt, ſed auctæ. HALLER (s). Huc faciunt adnotationes de calculis veſicæ hortatu VESALII exciſis adhærentibus. HALLER.

FRANCISCUS ROUSSET in *traité nouveau de l'hyſterotomotokie* &c. etiam calculi ſectionem docet, quam vocant apparatus alti: eam putat a chirurgis Pariſinis LUDOVICI XI. tempore fuiſſe factam, deinde a P. FRANCO. Cultrum jubet adigi inter rectos muſculos, qui ſupra os pubis aliquo diſtant intervallo. Calculum etiam de rene feliciter exciſum fuiſſe per exempla oſtendit. Veſicæ vulnera rariſſime lethalia eſſe. HALLER. V. *obſt. art.*

J. BA-

(p) COLLOT. *calc.* 66. (q) PARÆUS *monſtr.* p. 443. ſeqq. (r) In vita. (s) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 228.

J. Baptista Sylvaticus in *controverſia* 32. calculi extractionem fere Nursinis indoctis hominibus relinqui. Haller. V. *venæ ſect.*

Franciscus Diaz in *tratado nuevamente impreſſo* &c. L. II. calculi ſectionem metuit, frequenter funeſtam, in pueris tamen minus infelicem. Duo modi extrahendi calculi, Hiſpanicus apparatus, parvus, cum ſpeculo anguſto, & ferramento myrto ſimili. Male poſt extractum calculum digeſtivis uti. Nuci æqualem calculum de fœmina eduxit, inciſione facta in ſiniſtro latere. Sectio calculi Italica (apparatus magnus) omnino ex Mariano Sancto. Ita Haller. V. *pag.* 430.

Petrus Forestus in *obſervationum chirurgicarum* L. XXV. *de veſicæ adfectibus*: calculi veſicæ numeroſas recenſet hiſtorias. Calculus ingentis molis, qui per vulnus veſicæ dudum inciſum prodiit. Calculus, qui inciſione facta non potuit extrahi. Haller. V. *pag.* 381.

Prosper Alpinus in ſua *Medicina Ægyptia* Ægyptios lapidem de veſica extrahere inflata urethra, cujus adminiſtrationis felicitatem noſter admiratus eſt.

Idem in opere *de Medicina methodica* nuper recuſo Leidæ 1719. 4. agit etiam de calculi ſectione. Haller. V. *pag.* 13.

Hieronymus Fabricius in *oper. chir.* ſectionem calculi laudat, quæ fit ſuper ſyringotomum. Laudat Horatium Nursinum, qui de ſene duos grandes calculos exciderit. Celsi adminiſtrationes reprobat. Calculum urethræ impactum abſque inciſione cochleari extraxit. Haller. V. *pag.* 302.

Guilielmus Fabricius vulgo Hildanus, in *gründlichem Berichte von dem Blatterſtein* agit de calculo veſicæ, ejuſdemque cauſis, & methodo, qua tam in fœminis, quam in viris ſit extrahendus. Non debere calculum ſecare, qui ovo gallinaceo major ſit. Periit in adminiſtratione, cui extractus calculus unciarum 22. pondere. Fœminas etiam ſecabat. Contra altum apparatum, quem tamen admittit, quoties calculus prægrandis eſt. Invenit ſemiſpeculum *Gorgeret.* In fœminis & per vaginam calculos ſecari putat, & ſpeculi ope educi. Contra ſuturam. Forcipes anguſtæ ad calculum frangendum. In epiſtola ad Schobingerum poſt inciſionem turundas immittendas. Aliorum in eum ſenſum epiſtolæ. Haller. V. *pag.* 431.

Durantes Scacchius in *ſubſidio Medicinæ* &c. agit etiam de calculi ſectione; inciſionem ad ſulcum uſque catheteris novacula ignita molitur: in parvo tamen apparatu igne abſtinet. Haller. V. *pag.* 15.

Severinus Pinæus (Pineau), chirurgus Pariſinus, celebris lithotomus, Colloti gener, ſcripſiſſe dicitur libellum, *diſcours touchant l'invention & l'extraction du calcul de la veſſie.* Paris 1596. 8. Haller.

THOMAS FIENUS in L. de *præcipuis artis* &c. IX. de duplici calculi apparatu. HALLER. V. *cauteriſ.*

VALERIUS MAVIUS. Ejus *commentarius in* CELSI *L. VII. cap. 26. calculi veſicæ manu demendi rationem tractans.* WITTEBERG 1600. 4. HALLER.

JOHANNES JESSENIUS in *inſtitut. chirurg.* ſect. 3. cap. 16. de obſtaculorum urinam intercipientium remotione, de lapidis veſicæ exemtione. WALTH. V. *pag.* 384.

J. ZECCHIUS in *conſultationibus med.* &c. conſilium in veſicæ calculo, viam apertam tenere inciſione in cervice facta, & vulnere aperto ſervato. HALLER. V. *pag.* 384.

SULPITII RIGAULT & A. ROUSSEL. *Ergo renum calculo nephrotomia.* PARIS. 1602. 4. HALLER.

SCIPIO MERCURIUS (verum nomen fuit HIERONYMO). Ejus ſunt *degli errori populari d'Italia libri* VII. VENET. 1603. 4. PADOVA 1645. 4. In hoc grandævi ſenis opere, aliqua huc faciunt. NURSINOS duos VENETIIS calculum ſecuiſſe, magno ſuo cum lucro. HALLER.

NIC. TABOT & STEPHANI LAFRONT *Ergo in pube lithotomia.* PARIS. 1606. 4. HALLER.

THEODORUS BARONIUS. V. *pag.* 435.

NICOLAUS HABICOT in *problemes medicinaux & chirurgicaux* PARIS 1617. 8. non debere ſecari, in quibus cathetere calculus non ſit repertus. HALLER. V. *pag.* 407.

HENRICUS SMETIUS in *miſcellaneis medicis* de calculi ſectione, ubi nullus calculus erat, inſtituta funeſto eventu. HALLER. V. *pag.* 436.

GREGORIUS HORST in *obſervat. med. ſingul.* Part. 2. L. IV. app. pag. 375. de calculi ſectione.

Idem in *epiſtolarum* L. II. *ſect.* 5. pag. 451. Calculus veſicæ unciarum 8. per ſectionem feliciter extractus. *Sect.* 8. pag. 418. de calculo renum ejusque ſectione. ALBERTI. V. *pag.* 276.

G. de VOULDY. Ejus *diſcours des accidens arrivés en l'extraction de deux pierres avec les particularités de l'operation.* PARIS 1614. 8. HALLER.

PAULUS ZACCHIAS in *quæſtionum medico-legal. L. VIII. tit.* 3. *quæſt.* 4. lapidis extractio an tuta ſit & licita. WALTHER. V. *chirurg. forenſ.*

PHILIPPUS HOECHSTETTER in *raris obſervationibus* &c. calculi ex ſene magni multique exciſi. HALLER. V. *pag.* 19.

SANCTORIUS SANCTORIUS apud MALVICINUM agit de calculi ſectione, & ad eandem idonea forcipe. HALLER. V. *pag.* 19.

JOSEPH

Joseph Covillard in *obſervations chirurgiques* &c. calculum ex ulceroſa veſica excidit, ægrum ſervavit, quem alii contenderant caruneulis laborare, non calculo. Calculum alium ex cyſtide non absque difficultate excidit, alios membrana obductos & immobiles. Calculus unciarum ſex, cum ſemiſſe, quem rupit, ut eximeret. Calculus mollis, quem excidit. Alius plumbea glande fœtus. Alium excidit contuſo (*mouché*) inter forcipis brachia tumore ſcirrhoſo. Puer bimulus magno apparatu ſectus, cum parvus non reſponderet. Calculus eductus, qui intra propriam cyſtidem latuerat. Haller. V. *pag.* 21.

Nicolas Pietre *Ergo ad extrahendum calculum incidenda ad pubem veſica.* Paris 1635. 4. recuſa a Douglasio in *lithotomia* ſua 1723. 4. Haller.

Franciscus Thevenin in *œuvres*, *contenant un traité des tumeurs* &c. nihil addidit ſectioni calculi. In nimis debilibus urethra inciſa calculum rumpit, & vulnus apertum tenet. Haller. V. *tumores.*

B. Sylvaticus (an idem qui *pag.* 507.?) *de lithotomia*, *ſ. calculi ſectione.* Lugdun. 1637. 8. Walth.

Hieronymus Thebaldus *de calculi veſicæ ſectione.* Patav. 1638. 12. Walther.

Nicolaus Tulpius in *obſervationum med.* L. IV. refert de ægroto, qui ſibi ipſi cultro vulgari enormem calculum excidit. Haller. V. *pag.* 22.

Thomas Bartholinus in *epiſtolarum med. centuria* III. & IV. relationes de ſectione calculi in perinæo, & de ea, quæ fit parvo apparatu. Guido Patinus ad ſiniſtra perinæi ob calculum eximendum Parisiis incidit. Haller. V. *pag.* 23.

Augustinus Thoner. V. *pag.* 450.

Carolus Arthurius Plessius in *enchiridio anatomico* &c. duriter Hildanum, longe plura expertum, refutat, & lithotomiam a Nursinis ſolis & a Pariſinis recte vult adminiſtrari. Haller. V. *pag.* 277.

Johannes Scultetus in *armamentario chirurgico* &c. habet cultellum, quo Nursinos herniotomos utentes vidit. Haller. V. *inſtrum. chir.*

Claudii de Prades & Edm. Charrier *E. veſicæ calculo κυστοτομία.* Paris 1657. 8. Haller.

Carolus Drelincourt. Ejus *la legende du Gaſcon, ou la lettre ſur la methode pretendue nouvelle de tailler la pierre.* Leid. 1663. 12. 1674. 12. 1680. 12. 1684. & *deux autres lettres* ejusdem. De impoſtore Raoux. Chirurgus Raoux ante ſectionem cutem ad dextra ducebat, & reducebat educto calculo, ita fiebat, ut duo vulnera ſibi non reſponderent, & urina facilius viam naturalem repeteret. Veram lateralem operationem faciebat. Haller.

J. Henr. Schæffers *hiſtoriſche Erzählung von einem Stein, ſo aus einer waſſerſüchtigen Perſon geſchnitten worden.* Nürnberg 1663. 8. Haller.

In *Actis Soc. Reg. Brit.* habetur relatio de chirurgo Raoux, qui empirico more, nulla medicamentorum aut victus ratione habita, calculum ad Celsi modum excidebat, cujus adminiſtratio fuſe hic exponitur. Haller. V. *pag.* 29.

Goodrick, chirurgus, in *Phil. Tranſ. n.* 26. calculos 96. ex veſica pueri inciſa exemit. Haller.

J. Georg. Volcamer in *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* I. *obſ.* 177. idem homo quater calculi ſectionem paſſus. Haller. V. *pag.* 455.

Johannes Groenevelt. V. *pag.* 455.

Justus Schrader in *obſervationibus & hiſtoriis* &c. Maximus calculus a Smalzio lithotomo exciſus. Haller. V. *pag.* 31.

Barent Piebers *geluklig ſteenkonſt den ſteen te ſnyden end uytdryven zonder pyn* 1671. 8. ut videtur ex E. N. C. Ita Haller.

Georg. Wolfg. Wedel. Ejus *de lithotomia* Jen. 1704. 4. Haller. V. *pag.* 34.

Cornelius Solingen in *manual operation* &c. in calculo ſecando melius futurum, ſi inciſio adusque proſtatam produceretur, nunc lithotomos longe citra ſubſiſtere. Veſicæ vulnera non eſſe lethalia, occaſione alti apparatus. Fœminarum urethram per vulvam incidit. In apparatu parvo veſiculam ſeminalem diſſecari. Apparatu alto veſicam ſecare ſuadet inflatam, paulo aliter quam Francus. Ita Haller. V. *pag.* 304.

J. Nicolaus Pechlin in *obſervat. phyſico-med.* L. I. *obſ.* 1. de lithotomia. *Obſ.* 6. calculi infelices per æſtus caniculares ſectiones. Haller. V. *pag.* 37.

Fridericus de Leauson in *traité nouveau* &c. calculum, ſi difficulter obtineri poſſit, melius dimitti, ſponte ſe oblaturum. Haller. V. *pag.* 304.

Jac. Menestel & Fr. Girard *E. æger ad λιθοτομιαν balneo præparandus.* Paris 1675. 4. Haller.

Nicolaus Blegny in *zodiaco medico-Gallico a.* 1681. *Octobr. obſ.* 2. Calculus veſicæ monſtroſus per lithotomiam eductus. Alberti. V. *pag.* 42.

Stephanus Blancard in *collectionis operum medicorum* &c. Tomo II. habetur de lithotomo Raoux, multo magis favens relatio, quam quidem Drelincourtii. Ita Haller. V. *pag.* 45.

Matthias Godofr. Purman in *curioſis obſervationibus* &c. Enormis calculus 15. unciarum exciſus, æger ſervatus. Haller. V. *pag.* 45.

Fran-

François Tolet, chirurgus & lithotomus regius in charitatis noſocomio Parisiis calculum ſecabat. Scripſit *traité de la lithotomie, ou de l'extraction de la pierre hors la veſſie* Paris 1681. 12. 1682. 12. paulum auctum 1708. 12. 1718. 12. 1722. 12. La Haye 1686. 8. Belgice 1693. 12. Utrecht 1689. 12. Germanice Wolfenbütt. & Hannov. 1694. 8. vel 1695. 8. Wesel 1700. 8. Anglice London 1683. 8. Varia de calculo. Bonnetum feliciſſime Parisiis alto apparatu uſum eſſe. In magno calculo collum veſicæ non tangi. Altum apparatum laudat, & veſicæ ſuper os pubis conpunctionem, quæ fit acu triquetra. Acum invenit pro punctione perinæi ſulco effoſſam, ſuper quem ſtylus, deinde tubulus introducatur. Veſicam ipſam absque periculo incidi. Chirurgus Jonnot cum urethram incidiſſet, ob calculum in ea hærentem, inciſionem producebat, ut fit in apparatu magno. In fœminis per dilatatam urethram, aut paulum inciſam calculum noſter extraxit. Inſtrumentum & adminiſtrationes iconibus expreſſæ. Haller.

Martinus Lister in Birchii diario a. 1685. experimenta ſuadet facere veſicæ ipſius incidendæ ad calculum eximendum.

Idem in *Journal of a voyage to Paris* London 1699. 8. aliqua de F. Jacobi lithotomia ſatis infelice. Haller. V. *pag.* 462.

In *Actis Erud. Lipſ.* a. 1691. *Febr.* pag. 62. & 66. calculi ſectio. *Ann.* 1692. *Aug.* p. 343. calculi maximi quomodo ex veſica eximi queant. *Ann.* 1694. *Mart.* p. 224. calculi ſectio. *Ann.* 1707. *Sept.* p. 420. calculi ex veſica gravidæ extracti. *Ann.* 1718. *Aug.* p. 353. calculi veſicæ ſectiones. *Ann.* 1719. *Jun.* p. 253. calculum veſicæ ſecandi methodus Raviana, & methodus monachi Frere Jacques. *Ann.* 1727. *Sept.* p. 404. calculus veſicæ ex ſcroto extractus. In *Supplement.* VII. p. 221. calculi veſicæ magni ſectio. Alberti. V. *pag.* 49.

J. Laurentius Fehr. V. *pag.* 50.

Vitus Riedlin in *lineis medicis* &c. *ann.* IV. *Aug. obſ.* 8. pag. 647. calculi ſectioni eodem non laborans deſtinatus. *Oct. obſ.* 3. p. 814. calculi ſectioni præmiſſa quædam. *Obſ.* 4. p. 817. calculi ſectio quomodo inſtituta fuerit. *Obſ.* 5. p. 820. calculi ſectioni iſchuria ſuccedens. *Obſ.* 6. p. 823. poſt calculi ſectionem abdominis inflatio & tormina. *Obſ.* 7. p. 825. poſt calculi ſectionem urinæ acredo non percepta. *Obſ.* 9. p. 830. poſt calculi ſectionem die ſexto febris nata. *Obſ.* 11. p. 838. diæta, quæ poſt ſectionem calculi ſervata fuit. *Obſ.* 13. p. 841. poſt calculi ſectionem mors quinquageſimo quarto die ſuccedens, & hanc antecedentia ſigna. *Obſ.* 15. p. 857. calculi plures e ſenis veſica feliciter extracti. *Decemb. obſ.* 8. p. 102. calculi ſectioni ſuccedens dolor penis ſumme moleſtus. *Obſ.* 25. calculus veſicæ ſub extractione ipſa fractus. *Ann.* V. *April. obſ.* 3. p. 442. calculi urethræ impacti extractionem diverſo cum ſucceſſu tentans. *Maj. obſ.* 19. p. 545. calculi urethræ infixi feliciter

citer exſecti. *Ann.* VI. *Apr. obſ.* 22. p. 439. calculo non laborans peſſime ejusdem ſectioni ſubjectus.

Idem in *curar. medicarum* &c. *cur.* 349. calculi ſectio parum juvans. *Cur.* 350. calculo ſecto potum male interdicens. ALBERTI. V. *pag.* 52.

JACOB BURGIUS. V. *pag.* 54.

In BIRCHII diario a. 1684. calculus a COLEBRON chirurgo excifus, ut ipſa veſica incideretur. HALLER.

JOHANNES MERY, celebris chirurgus & Academiæ ſcientiarum ſocius, vir minime vulgaris. In faſtis academicis pluſculæ ejus adnotationes reperiuntur, eas inter cicatrix in principio urethræ, iter impediens lotii, quale vitium noſter vulgo putat pro caruncula haberi. Ejus *obſervations ſur la maniere de tailler dans les deux ſexes pour l'extraction de la pierre, pratiquée par le* F. JACQUES. PARIS 1700. 12. Belgice *aanmerkingen over de wyze van ſteen ſnyden van frere* JACQUES. AMSTERDAM 1700. 8. Egregius libellus. Florebat eo tempore fama F. JACOBI, eremitæ, qui rudibus inſtrumentis, anatomes undique ignarus, tamen ob lateralis apparatus prærogativas ſæpe feliciter maximos etiam calculos educebat. Noſter in cadaveribus eorum, qui non pauci tamen interiebant, vitia adminiſtrationis ejus empirici detexit, ſolam, ut videtur, veritatem ſecutus. Separatam vidit a veſica urethram, bis perforatam vaginam, magna vaſa inciſa, neque tamen MERYUS non ſenſit hujus novi apparatus commoda. Non diſplicuit perito viro, quod totam proſtatam, collum veſicæ & partem aliquam veſicæ ipſius JACOBUS incideret, ut per amplum vulnus facile etiam grandes calculos educeret: inſtrumentorum vitia pervidit, ut corrigi poſſent monuit. In fœminis adminiſtrationem eremitæ undique rejicit. A methodo lithotomi RAOUX novam iſtam non longe abludere ſenſit. Adjectæ ſunt NOELIS relationes de calculoſorum ſectionibus, ab eremita Aureliani adminiſtratis. Ita HALLER.

J. DANIEL GEYER. V. *pag.* 57.

CHRISTIANUS FRANC. PAULLINUS. V. *pag.* 57.

PETRUS DIONIS in *cours d'operations* &c. etſi F. JACOBUM non laudat, ſatis tamen ſuadet veſicæ corpus incidere. Calculos ſæpe cis finem urethræ retineri. HALLER. V. *pag.* 304.

J. BAPTISTA VERDUC in *traité des operations* &c. apparatum altum obſoleviſſe. HALLER. V. *pag.* 305.

FRIDERICUS RUYSCH in *epiſtola* XIV. qui ad RUYSCHIUM ſcripſerat MAURITIUS v. REVENHORST aliquoties in ſecando, ut videtur, F. JACOBO calculo felicem eventum fuiſſe. Addit exemplum triſtius, diſſilientium labiorum vulneris a calculi ſectione, quæ deinde urina profluens calculoſa cruſta obduxit. HALLER.

Idem

Idem RUYSCHIUS in *obſervationibus anatomico-chir. obſ.* I. calculorum mirabilis ſectio in octogenaria. ALBERTI.

Idem in *theſauro* VIII. calculi ex fœminis per inciſionem extracti. In *theſ.* IX. per vulvam calculus infeliciter exciſus, feliciter a GERARDO BORTEL. Ita HALLER. V. *pag.* 63.

BARTHOLOMÆUS SAVIARD in *nouveau recueil d'obſervations* &c. fuſe contra F. JACOBUM. Infelix pene lithotomia SAVIARDI, cum oblongum calculum per majorem diametrum forcipe comprehendiſſet. De calculis in cellulis veſicæ latentibus. HALLER. V. *pag.* 64.

JOH. PANTHOT. Ejus *diſſertation pour la pratique ſur trois operations faites en ſix mois.* LION 1702. 4. Contra F. JACOBUM. Bis intra ſextum menſem ſibi calculum a fratre HORATIO PANTHOT exciſum eſſe. HALLER. V. *pag.* 468.

GUILIELMUS COWPER. V. *pag.* 67.

CAROLUS BERNARDUS, vir eruditus, in *Phil. Tranſ. n.* 220. retulit de magnis calculis de urethra exciſis, in qua viginti retro annis ſederant. *N.* 223. fuſe de nephrotomia & hiſtoria hujus adminiſtrationis. Peractæ felix exemplum. HALLER.

HANS SLOANE in *Phil. Tranſ. n.* 250. de ſectione calculi exercita a JACOBO BEAULIEU. Recte vidit ad grandem calculum convenire. HALLER.

JACOBUS BEAULIEU (JACQUES, vero nomine BAULOT, qui amabat audire BEAULIEU) ex Comitatu BURGUNDIÆ natus, in noſocomio primum ægrotorum curam geſſit, deinde PAULONUM Italum lithotomum & herniotomum per varias provincias vagantem ſecutus, poſt aliquot annos eum deſeruit, & propria manu utrumque malum curare ſuſcepit, mutatis magiſtri præceptis, ut ad ſiniſtra a raphe, verſus femur incideret, nimiam urethræ dilatationem vitaturus. Caſtrabat etiam, ſed eam curationem herniarum ut vir pius deſeruit, numorum cæterum minime cupidus. VESUNTIONE a. 1695. per ſuas curationes innotuit, & PARISIIS a. 1697. feliciter primum, deinde minus fauſto eventu calculoſos ſecuit. Deinde AQUAS GRANIAS adiit, perfectioribus jam inſtrumentis uſus, ſulcato cathetere, ex DUVERNEYI conſilio: feliciter etiam VERSALIIS operatus, niſi quod Mareſchallus de LORGE fungo veſicæ præter ſeptem calculos laborans periit. Prope GENEVAM porro & AMSTELODAMI artem exercuit, odia paſſus RAVII, quem nobili vindicta, ipſe ſibi præferebat. Inde ARGENTORATI numeroſos calculoſos ſecuit, magna uſus felicitate. Tunc VENETIAS petiit & PATAVIUM, ROMAMque, & VESUNTIONE mortem obiit, vir ſingularis, animoſus, anatomes imperitus. Si Cl. BUSSIERE audias, (apud DOUGLASIUM) etiam ejus apparatus parvus verus erat lateralis apparatus. Incidiſſe veſicam demum quando

quando calculus permagnus erat, & in fœminis vaginam. Correxit aliquantum methodum CELSI, ut per urethram quidem, & ſuper catheterem incideret, paulum ad latus, cæterum partem urethræ primam proſtatamque & aliquam partem exeuntis veſicæ divideret. Ut omnino ea methodo adulti homines ſanari poſſint, & tamen grandes calculi educi, quos absque ſummo periculo non licuiſſet, integra proſtata, de veſica evellere. Quare hunc curandi modum RAVIUS ſuum fecit & plerique nuperiores chirurgi, varie mutatum receperunt.

De eodem fuſe agit MORAND in *opuſc.* II. pag. 51. ſqq. In noſodochiis Pariſinis infelicem fuiſſe. Monente FAGONIO ſulcum addidiſſe catheteri ab a. 1701. & ab eo tempore feliciores ſucceſſus habuiſſe, experimentis in cadaveribus factis. Quare & FAGONII & FELICIS faventia teſtimonia meruit. Deſcripſit ſuam methodum in libello a. 1702. edito, apud MORANDUM recuſo. In eo ait, ſe digitum in veſicam dare, ut calculum exploret. MERYUM non ipſum vidiſſe, quæ referat; ſe minimum 4500. calculoſos ſecuiſſe, & 200. hernioſos: non caſtraſſe unquam. Porro MORANDUS fatetur, MERYUM JACOBO iniquiorem fuiſſe, ſibi ipſi contradixiſſe, vitia operationis, infortunia aliis adminiſtrationibus communia, male tribuiſſe encheireſi. Non adgnoviſſe corpus veſicæ, quod ſit difficillimum. In HEISTERUM. Se poſſidere inſtrumenta F. JACOBI ipſiſſima.

Exſtat etiam de ejus modo calculum ſecandi codex M. S. HUNALUD patris. Ita HALLER.

CHARLES DENIS de LAUNAI. Ejus *diſſertations phyſiques & pratiques ſur les maladies & les operations de la pierre.* PARIS 1700. 12. Calculi ſex unciarum pondere, equidem ſponte fracti, per fiſtulam urethræ eductio. Cui quater intra quatuor annos calculi, & grandes ii, educti ſunt. Secundum calculum in urethra negligens chirurgus reliquit. TOLETI catheter flexilis, quem in veſica relinquas, ex convoluto filo argenteo factus. Fuſe de F. JACOBO, cui non parcit, & plerosque, quos ad calculum educendum ſecuerat, periiſſe monet. Aliqua contra apparatum altum, & eo tempore in GALLIA obſoletum. Calculus 51. unciarum, quem lithotomus utique absque ſua culpa forcipe non potuit comprehendere. Alii viarum unrinariarum morbi. HALLER.

DANIEL NEBEL. Ejus ſunt diſputationes *de lithotomia.* R. MEYER. HEIDELBERG 1710. 4. Vetula calculum plurium unciarum de veſica digitis expedivit. Ipſe eductis aliquot calculis, cum plures intus hærerent adhærentes, poſt aliquam moram, & injecta medicamenta emollientia, etiam iſtos eduxit. De variis calculi ſecandi modis. HALLER. V. *pag.* 74.

DODARTUS in *Hiſt. de l'Acad. des ſciences n.* 1701. retulit de duodecim calculis de viri veſica exciſis. HALLER.

J. MATTH.

J. MATTH. MÜLLER in *Eph. Nat. Cur. cent.* V. *obſ.* 13. retulit de calculo ex glande penis exciſo. *Cent.* X. *obſ.* 66. calculus per lumborum ſectionem excretus. HALLER. V. *pag.* 472.

J. LUDOVICUS PETIT. Ejus in *Mem. de l'Acad. de Chirurgie* T. I. de tumoribus a veſica fellea ad peritonæum adhærente factis, de ejus veſiculæ inciſione, deque extrahendis calculis cyſticis, nova & eximia diſſertatio.

Idem in *traité des maladies* &c. Tomo I. inciſio veſiculæ felleæ, eductio calculorum biliariorum. In T. III. calculus renalis excilus, funeſto quidem eventu: alias felicius, ut tamen fiſtula ſupereſſet. HALLER. V. *pag.* 76.

J. B. MORGAGNI in *opuſculis miſcellaneis* VENET. 1763. fol. huc facit in P. I. de ſectionibus calculorum a Fratre JACOBO BEAULIEU PATAVII adminiſtratis. HALLER. V. *pag.* 77.

JACOBUS DOUGLAS, Vir doctus, candidus & modeſtus, quocum olim celeberrimus HALLER familiariter vixit, in *Phil. Tranſ. a.* 1706. (vitio ſcribitur 1705.) *n.* 305. egit de ſtruma, in qua magnum oſſeum fuit concrementum.

Ejus *hiſtory of the lateral operation* LONDON 1726. 8. a STEPHANO COULET Latine verſa cum titulo *hiſtoria lateralis operationis* LEID. 1729. 4. prodiit. Primum hiſtoriam ejus ſectionis dedit, quæ dicitur lateralis, a F. JACOBO potiſſimum repetita: de ea ut peritus judex accurate judicat, methodum probat; de MERYI paulum correcta methodo decernit. Deinde de RAVIO ex ALBINI atque ERNDTELII relationibus. Eo tempore CHESELDENIUS digitum in veſicam dabat, inciderat calculum tunicatum. Intra unicum horæ minutum calculum extraxit. In appendice addit ſectiones ad eundem ſenſum LONDINI factas a BAMBER & GUILIELMO CHESELDEN, qui RAVII adminiſtrationem feliciter correxit, ut tamen DOUGLASIUS moneat, ſe forcipis curvitatem malle minorem. BAMBER veſicam paulum replebat, ſic CHESELDENIUS, cætera ALBINUM ſecutus.

Succeſſit *appendix to the lateral operation of the ſtone.* LONDON 1731. 4. & LEIDÆ 1733. 4. vertente PANAIOTA CONDOIDI, qui ad Archiatri in Aula Ruſſica dignitatem pervenit. Hic noſter accuratiſſime CHESELDENII inſtrumenta deſcribit, etiam ponderibus & menſuris expreſſis, additisque figuris, tum ipſam adminiſtrationem a CHESELDENIO nuper perfectam, & in 52. ægris feliciſſime tentatam, quam minutam præceptorum ſeriem hic non datur exſcribere. Incidi nonnunquam partem conſtrictoris urethræ (acceleratoris), tum tranſverſum muſculum, porro ligamentum oſſibus pubis interpoſitum, glandulam COWPERI, partem ani levatoris, nervosque inſignes ramosque arteriæ (pudendæ communis WINSLOWI): veſicam porro urinariam duobus locis, altero ſupra proſtatam, altero circa orificium, tunc

Ttt 2 dimi-

dimidiam proſtatam, & denique urethram, & intra proſtatam, & ſub bulbo. Catheter valde obtuſe flexus. Non vult CHESELDENIUS, in perinæo catheterem eminere: ſectiones faciebat duas; primam ſuperficialem oblique deorſum, alteram profundam; ferramentum digito in catheterem ducebat. Poſtea emendata methodo incipit in veſica inciſionem, & in urethra ejus facit finem. Comparat deinde accurate adminiſtrationem CHESELDENII cum MARIANI ſectione. Antiquitates operationis in poſtſcripto perſequitur. In præfatione Cl. CONDOIDI ab ipſo retro HIPPOCRATE, a CELSO, a ROMANO, a FRANCO &c. ad CHESELDENIUM lithotomiæ modos recenſet, cujus adminiſtrationem omnibus præfert, & catalogum addit eorum, qui a. 1731. magno apparatu in noſodochio Charitatis Pariſino ſecti ſunt, tum in *Hôtel-Dieu* & apud privatos. Infelices fere fuerant Pariſini, mortem multi, plures incontinentiam urinæ non vitarunt. Quomodo de apparatu alto meritus ſit DOUGLASIUS, cum fratris JOHANNIS libello dicetur. Ita HALLER.

THOMAS ALGHISI, chirurgus noſocomii Florentini, & lithotomus. Ejus *litotomia, overo del cavar la pietra.* FIORENZA 1707. 4. VENEZIA 1708. 4. Sectionem bene deſcribit, quæ fit apparatu magno, ut in minutiis inque inſtrumentis valde ſit ſollicitus. Ipſe non videtur aliquid inveniſſe aut perfeciſſe; cannulam quidem in urethra relinquere ſuaſit, aptosque injicere liquores. Ut erat in ipſo opere exercitatus, multas interſperſit proprias adnotationes. Calculos paſſim reperit, etiam in omento, & inter inteſtinorum membranas. Circa cereum etiam natum calculum depingit, & circa acum, & veſicales aliquos mire ramoſos & quaſi radiatos, & renalem. INNOCENTII XI. calculus. Calculi ſi numeroſi glabri ſunt, aſperi fere parvi. Calculi perforati aut crenati. Adhærentes vix dari. Non debere in urethra catheterem relinqui, potius aquam hordei & ſimilia injici inſtrumenti ope, quod delineat. Contra altum apparatum. De catheteribus eorumque applicatione fuſe. Calculos majores jubet frangere. In fœminis partim dilatat, partim incidit urethram ut amplius pateſcat. HALLER.

HERMANNUS BOERHAAVE. V. *pag.* 472.

HERMANNUS FRIDERICUS TEICHMEYER. Ejus *de calculi veſicæ exulceratæ adhærentis ſectione & curatione felici.* JEN. 1739. 4. Memorabilis curatio, cum calculum adhærentem vir Ill. eduxerit, membranaque veſicæ delabente feliciter ſanaverit. Utique adhæſiſſe calculum quem ſua manu ſolvit. HALLER. V. *chirurg. forenſ.*

THOMAS BECKET in *chirurgical obſervations* &c. puer ſectus apparatu magno. De inciſione per glutæum majorem facta ad calculum educendum, quam putat ad F. JACOBI adminiſtrationem proxime accedere. HALLER. V. *pag.* 81.

AN-

Andreas Ottomarus Goelicke. Ejus *de optima lithotomiam adminiſtrandi ratione*, reſpondente J. Meisenbarth lithotomi filio Hall. 1713. 4. Pro apparatu magno. Haller. V. *Lites chir.*

Christ. Henr. Erndl in *itinere Anglico* &c. bis ſe vidiſſe Ravium calculum explorare, deinde ſecare, quam adminiſtrationem minute omnino deſcribit: utebatur eo tempore & itinerario & conductore, faſcias a vulnere abſtinebat (t). Haller. V. *pag.* 82.

Laurentius Heister in *inſtitutionibus chirurgicis* de lithotomia pleniſſime egit. Calculum continuo ſecandum; mora enim augeſcere: ſi educi nequeat, faciendam fiſtulam. In cadavere ſemper collum etiam veſicæ ſecari, ſi Ravium ſequaris, eum ſe omnium primum ſecutum. In profunda inciſione facile nobiles partes lædi. Senfium feliciſſime operatum eſſe cathetere tenuiori, ſectione largiori. In apparatu alto ſanationem eſſe difficiliorem, eam tamen difficultatem ſuperari poſſe. Non debere tentari poſt 30. annum, neque in veſica parva. Calculos in ſacculo ſub urethra hærente ſe vidiſſe. Haller. V. *pag.* 82.

Ejus porro *de alto apparatu ſive methodo calculum veſicæ ſuper oſſa pubis extrahendi.* Helmstadt 1728. 4. recuſ. in Halleri *ſelectis.* Hiſtoria alti apparatus in Anglia renovati, & a Rungio adminiſtrat; tum ab ipſo Heistero ter bisque feliciter, & a Proebischio: & de commodis ejus adminiſtrationis & incommodis diſputatio. Recta ſcalpella curvis præfert. De curatione, quæ pars eſt difficillima. Utitur ſcalpello in globum terminato. Cruſtæ calculoſæ veſicam obducenti calculum poſſe adhærere.

Ejus *de lithotomiæ* Celsianæ *præſtantia & uſu.* Ibid. 1745. 4. recuſ. in Halleri *ſelectis.* Apparatum parvum a Celso bene deſcriptum, a Gallis contemtum, vindicat, quem in juvene 19. annorum feliciter exercuerit Celsi præcepta ſupplet & emendat, laudat adminiſtrationem, quæ cathetere non egeat, quæ facilis ſit & ſimplex, quæ calculum cervici impactum ſola expediat, quæ nullam requirat veſicæ dilatationem. Forcipem ad educendum calculum adhibet. Simplicem eſſe hanc curationem, facilem, nihil valde lædi. Gallice prodiit, *la methode de tailler au haut appareil & ſes avantages.* Paris 1751. 12. verſa a chirurgo Sanchez. Idem præfationem addidit, etiam proceros homines ea adminiſtratione feliciter calculo liberatos vidit. Calculum in Germania rarum eſſe monuit.

Idem in *Eph. Nat. Cur. Vol.* X. *obſ.* 17. iterum de lithotomiæ Celsianæ, ſ. apparatus parvi præſtantia, & icones, quibus adminiſtratio ea illuſtratur.

(t) Male eam curationem deſcripſiſſe Bussiere apud Douglas.

Idem in collectione *mediciniſch-chirurgiſch-und anatomiſche Wahrnehmungen* T. I. relatio de lithotomia a JACOBO RAU adminiſtrata, accuratior, quam ERNDTELII ſodalis. Ita HALLER.

ANTONIUS DEIDIER in *conſultations & obſervations* de lithotomia a B. COLLOT adminiſtrata. HALLER. V. *tumores.*

GUILIELMUS CHESELDEN in *anatomy of human body* in editione tertia a. 1741. 8. retulit de ſuis in ſecando calculo ſucceſſibus, primum in apparatu alto, quem ab omnibus deſertum tamen commendat, neque deſeruit, niſi ob ſpem melioris methodi, lateralis nempe, quem auxit primum repleta veſica, deinde ad RAVII modum, denique ſuo modo inciſione ducta intra penis erectorem & acceleratorem, proſtata ſurſum inciſa (u), ita introducto ſuper curvum catheterem ſemicanali *gorgeret*, arteriis vinculo interceptis. Calculos etiam maximos exciderat, & duodecim unciarum. Ejus methodus nunc a peritiſſimis chirurgis vel ipſa, vel paulum mutata adoptatur. A PETITO præfertur in *Encycloped.*

Ejus porro *treatiſe on the high operation of the ſtone.* LONDON 1723. 8. Eo enim tempore ſupra os pubis veſicam incidebat. Veſicam aqua replebat, tegumenta primum incidebat, altera inciſione ipſam veſicam: eximebat etiam numeroſos lapillos. Addit curationes. Calculorum exempla circa acus, circa glandem plumbeam natorum. Verum locum ad eam calculi extractionem facientem ſuaſiſſe PETRUM FRANCO: FRANCISCI ROSSET caput eo faciens, & PETRI le MERCIER theſes a. 1635. PARISIIS propoſitas, HILDANI de lithotomia caput, & FRANCISCI TOLET de alto apparatu, & DIONYSII recuſa dat. In præfatione relatio legitur MACGILLI chirurgi Scoti, qui feliciter apparatu alto erat uſus, & duæ curationes læſorum inteſtinorum, quæ etiam in anatome reperiuntur. Laudatur candor viri, & expedita intra minutum primum calculi eductio.

Refutatio hujus libri, cujus titulus eſt: *lithotomus caſtratus, or* CHESELDENS *treatiſe on the high operation of the ſtone examined and plainly to be found lithotomia Douglaſiana under an other title* LONDON 1723. 8. Medici JOHANNIS DOUGLAS amici putes eſſe opus. Non differre Cheſeldenianum opuſculum ab eo, quod DOUGLASIUS ediderat, in ipſa etiam adminiſtratione CHESELDENIUM DOUGLASII ductum eſſe ſecutum. BOERHAAVIUM DOUGLASII merita adgnoviſſe. Paginas paginis opponit. Ita HALLER V. *pag.* 86.

J. JACOBUS RAU. Celebris lithotomia lateralis frequentiſſime ab hoc viro & feliciſſime exercita dicetur, quando ALBINI libellus recenſebitur: alio tamen quam ALBINUS ſcalpello uſus eſt, neque ad ALBINI ductum veſica patefiebat. Curatione utebatur ſimpliciſſima ſoloque balſamo ARCÆI teſte BOERHAAVIO. Teſtimonium exſtat TITSINGII, tamen ad digiti longitudinem

(u) Etiam veſicula ſeminali HEUERMAN oper. II. p. 131.

nem ipſam incidiſſe veſicam. Calculum ab adhæſione retentum deſcribit. Nunquam neque veſicam læſit, neque aliud viſcus; hæc DENYS. In ſenio infeliciorem fuiſſe TITSING, cum prius feliciſſimus fuiſſet. Fœminis calculum ſecabat ut in pueris, non læſa veſica. Omnino calculi ſectionem eo modo adminiſtraſſe, quem ALBINUS deſcripſit, teſtatur HEISTERUS. Ab ea operatione ſæpe fiſtulas ſanatas. Difficilem eſſe adminiſtrationem. HALLER. V. *pag.* 87.

In *Giornale de letterati* T. XV. agitur de lithotomo Macedonico illiterato, ſimpliciſſimis utente inſtrumentis. Absque cathetere, forcipe, apparatu parvo ſecabat & feliciter curabat. HALLER.

BARTH. KRÜGER. V. *pag.* 474.

CONRAD LUDWIG WALTHER in *mediciniſch-chirurgiſchen Schatz* &c. calculus ex puero apparatu magno excifus, renatus alius, intra biennium lethalis. Qui ſibi ipſi magnum calculum de veſica exciderit. HALLER. V. *pag.* 87.

J. HENRICUS FEHR. V. *pag.* 475.

In *Act. Eruditorum Berolin. Dec.* I. *Vol.* II. p. 136. calculi veſicæ ſectiones binæ. ALBERTI. V. *pag.* 89.

JOH. KANOLD. V. *pag.* 90.

In *Breslauer Sammlungen.* V. *pag.* 91. & 98.

JOHANNES DOUGLAS, frater JACOBI, chirurgus. Ejus *lithotomia Douglaſiana.* LONDON 1719. 4. Prima quaſi ſchedula monitoria, qua DOUGLASIUS ſuum tentamen poſt primum ſucceſſum publicavit: hiſtorice quidem, absque methodo vel cautelis. Deinde edidit multo auctiorem *lithotomiam Douglaſianam* LONDON 1732. 4. Belgice UTRECHT 1726. 8. Gallice *nouvelle maniere de faire l'operation de la taille.* PARIS 1724. 12. Cum CHESELDENII opuſculo. Germanice BREM 1729. 8. cum notis & ſupplemento. De calculo primum in univerſum. Negat membrana tegi, negat veſicæ adhærere, negat medicamentis cedere. Apparatus magnus & parvus, cum ſua ſuppellectili & cujusque commodis & incommodis. De RAVIO perpauca. ROUSSETI laudes, inſtrumenta, etiam adminiſtratio apta ad veſicam aqua replendam: inſtrumentum ad dilatandum primum veſicæ vulnus. Succeſſus, quos in hac nova (ROUSSETANA) adminiſtratione noſter expertus fuit a die 23. Dec. 1719. Commodo hujus adminiſtrationis. Appendicis loco recudi fecit ROUSSETI locum, & theſin eo facientem NIC. PIETRE & PETRI le MERCIER, primum a. 1635. excuſam.

Idem in *Phil. Tranſ. n.* 371. primum ait ſe apparatu alto veſicam incidiſſe: primum in veſicam aquam injeciſſe, primum veſicam in ſummo vertice incidiſſe, cultri dorſo pubis oſſi obverſo. Aliquando gaſtroraphiæ neceſſitatem adfuiſſe, qua peritonæum reprimeret. *N.* 399. in peritonæo fiſtulam arte facere ſuadet. Ita HALLER.

FRAN-

Franciscus Wiedeman. V. *pag.* 92.

Renatus Jacobus Crescentius Garengeot in *traité des operations de Chirurgie* Volumine II. fuſiſſime agit de ſectione calculi, potiſſimum etiam Cheſeldeniana, qualem Morandus & Perchetus exercebant, prior ille ſui ipſius vindex, alter a Garengeoto unice laudatus. Ex præſcripto Albini rectum inteſtinum certo incidi. Deſcribit calculi ſectionem ex ſuis in cadaveribus factis experimentis. Hiſtoria lithotomiæ Pariſinæ. Se conatum accurate apparatum lateralem adminiſtrare: utique veſicam & partem urethræ aperuiſſe. Fatetur ſe proſtatam non vitare.

Idem ediderat etiam *de l'operation de la taille par l'appareil lateral, ou la methode de* F. Jacques *corrigée de tous ſes defauts* Paris 1730. 12.

Idem in *ſplanchnologia* Paris 1728. 12. 1742. 12. de lithotomia ſe contra Dranium tuetur.

Idem cum libello *myotomie humaine & canine* Paris 1750. 12. digreſſionem edidit, qua ſua & Fouberti in calculo incidendo tentamina defendit. Aqua plenam veſicam digito inter acceleratorem & erectorem percipi. Ita Haller. V. *pag.* 306.

Franciscus Roncallus Parolinus in *Europæ Medicina* &c. etiam de calculi ſectione laterali. Haller. V. *pag.* 93.

Martinus Schurig. V. *pag.* 476.

J. Zacharias Platner. V. *pag.* 477.

Nicolaus Robinson. V. *pag.* 477.

Salvator Franciscus Morand. Ejus *tr. de la taille du haut appareil avec un diſſ. de M. Morand.* Paris 1728. 12. 1747. 12. Primum compilatio eorum, quæ de eo apparatu Franco, Rousset, G. Cheselden, Douglas, Macgill, Thornhill ſcripſerant. Deinde relatio de duabus a Morando factis curationibus ad eam methodum, quarum altera infeliciter ceſſit. Deinde encomia operationis & ad objectiones reſponſiones. De ſectione a ruſtico Helveticæ ditionis feliciter facta, non quidem apparatus alti, ſed calculi de urethra exciſi. Anglice vertit J. Douglas, & ſexaginta exempla adjecit hominum, alto apparatu curatorum London 1729. 8.

Ejus *refutation d'un paſſage du traité des operations de* Sharp. Paris 1739. 12. Perceptis alti apparatus vitiis, noſter Londinum ſe contulerat, ut Cheseldenii artificia diſceret. Cum autem paſſim ad eam legem varii ſecarent, neque feliciter omnes, Londini fama fuit, publica lege lateralem apparatum Parisiis eſſe proſcriptum. Eam calumniam noſter refutat, confirmat, eam adminiſtrationem Lutetiæ exerceri, neque vetitam eſſe.

Idem in *Mem. de l'Acad. a.* 1731. agit de calculi ſectione laterali. Videri eandem eſſe, quam Celsus voluerit. F. Jacobum eam perfeciſſe poſterioribus annis, & feliciter exercuiſſe. Cheseldenium ea optimo cum ſucceſſu uti: ſe etiam & Perchetum in ſedecim ægrotis duos tantum, & aliis ex morbis, amiſiſſe. Cum magno apparatu calculus educi non poſſet, maximum duodecim unciarum lapidem a Cheseldenio eſſe extractum. Ab Albino methodum Ravii non bene deſcribi.

Idem in *Hiſt. de l'Acad. a.* 1737. de calculi ſectione laterali in variis provinciis feliciter adminiſtrata.

Idem in *Hiſt.* a. 1740. inter ſeptendecim calculoſorum ſectiones, quatuordecim ſibi feliciter cecidiſſe.

Idem in *Hiſt.* a. 1744. de ſectione calculi laterali, a D. Grillet molita, feliciter adminiſtrata.

Idem in *Hiſt.* a. 1745. iterum de ſucceſſibus lateralis calculi ſectionis.

Idem in *Mem. de l'Acad. de Chir.* T. III. agit de tumoribus veſiculæ felleæ, & de calculo biliario ex abſceſſu ſupra umbilicum exciſo.

Idem in *opuſcules de Chirurgie* T. II. etiam de calculi ſectione. Vulnera veſicæ felicia, etiam ſclopetaria. Operatio hypogaſtrica Morandi & Bernieri. Plumbeæ pilæ, & alia corpora peregrina, in veſica reperta, & cruſta lapidea obducta. Non meminit noſter, quam ægre vulnus ab alta operatione inflictum ſaneſcat. F. Iacobi curationes poſt illas, quas Meryus deſcripſit, fortunatiores. Meryum Fratris errores male ipſi methodo imputaſſe innocenti. Poſterioribus temporibus Jacobum altius urethram fidiſſe, non veſicam. Sed neque Ravium collum veſicæ aperuiſſe. Le Catii inſtrumenta nimis compoſita videri. Cheseldenii perfectior curatio. Infelicitas ſectionis, quæ Parisiis magno apparatu fit. Ita Haller. V. *pag.* 95.

Tobias Ferdinandus Carli. V. *pag.* 97.

Michael Ernestus Boretius. Ejus diſp. *de alto apparatu.* Regiomont. 1723. 4. recuſa ab Hallero. Contra Denysium ægrius Ravii adminiſtrationem imitatum: ſæpe ab eo veſiculas ſeminales lædi. Douglaſianam adminiſtrationem præfert. Haller. V. *pag.* 97.

Girolamo Marini in *prattica delle più difficili operazioni* &c. agit de apparatu magno, & parvo absque nuperorum inventis. Calculi ex virgunculis exciſio, quæ fit apparatu parvo. De calculo cereo ſcrutando. Haller. V. *pag.* 307.

Vidal. V. *pag.* 478.

Animad-

Animadverſions on a late entitled lithotomia Douglaſiana. LONDON 1723. ut videtur. HALLER.

J. HERMAN FÜRSTENAU in *deſiderata Chirurgia* &c. lithotomiam metuit. Ita HALLER. V. *pag.* 98.

In *Breslauer Sammlung.* V. *pag.* 98.

ROBERTUS HOUSTOUN in *Mem. de Trevoux* a. 1723. *Sept.* Cum calculo extracta membrana veſicæ, nullo tamen cum funeſto eventu. HALLER.

SAMUEL PYE, lithotomus Briſtolienſis. Ejus *ſome obſervations on the ſeveral methods of lithotomy.* LONDON 1724. 4. Contra apparatum altum ſcripſit: quater eum apparatum tentaverat, plerumque infelix. Non ideo idoneas dat rationes, quare hoc apparatu velit abſtineri. Exempla inciſorum ægrorum calculoſorum, felicis apparatus magni. Ita HALLER.

Nouvelle maniere de faire l'operation de la taille pratiquée par DOUGLAS: *on y a joint le ſentiment de* ROUSSET *ſur cette matiere, le traité de* CHESELDEN *ſur la taille par le haut appareil, & la theſe de* NIC. PIETRE *ſur ce ſujet, le tout traduit par* NOGUEZ. PARIS 1724. 12. HALLER.

Cyſtotomia Hypogaſtrica, or the method of perforing the high operation faith fulli collected from the Writings of ROUSSET, DOUGLAS, CHESELDEN. LOND. 1724. 4. HALLER.

J. JAC. (vel CONR.) SCHÆFFER diſp. *de variis lithotomiæ generibus.* STRASBURG. 1724. 4. HALLER.

J. ADAM KULMUS, Profeſſor Dantiſcanus, vir diligens & utilis, Chirurgiæ adeo ſtudioſus, ut eo Præſide tres chirurgi difficillimas adminiſtrationes exercuerint, paracenteſin, apparatum altum. Inſtrumenta etiam ad eum apparatum invenit in *Act. Erud.* LIPS. a. 1732. 4. Ita HALLER. Ejus *hiſtoria calculi apparatu alto inciſi.* GEDAN. 1730. 4. PORTALIUS.

NICOLAUS ANDRY in CLEON & EUDOXE *touchant la préeminence de la Medecine* &c. vitia chirurgorum, malæ calculi curationes, nonnullorum aviditas. Viginti lithotomiam paſſi homines perierunt inter triginta. HALLER. V. *lites chir.*

BERNARDUS SIEGFRIED ALBINUS, ſummus anatomicus (Profeſſor Anatomiæ & Chirurgiæ Leidenſis, qui obiit 9. *Sept.* 1770. æt. 74.) cum *indice ſupellectilis anatomicæ, quam Academiæ Batavæ, quæ* LEIDÆ *eſt, legat* J. JACOB RAU, LEID. 1725. 4. dedit vir Ill. deſcriptionem lithotomiæ RAVIANÆ, quam chirurgi potiſſimum Galli paſſim conqueruntur, ſe cultro ſequi non poſſe. Veſicam utique RAVIO apertam fuiſſe docet. Inſtrumenta viri etiam ſculpta dedit.

Idem

Idem in *adnotationum* T. VI. defendit ſuam lithotomiæ Ravianæ deſcriptionem. Ravium utique proſtatam diviſiſſe, & partem veſicæ. In T. VII. ad calculum veſicæ aliqua. Ulcus a veſica in anum ducens, ut per eum urina prodiret. In T. VIII. iterum pro ſua deſcriptione Ravianæ ſectionis. Haller.

Antonius Thibault a. 1725. obiit, cujus magna in chirurgicis fama fuit, & conſilia atque experimenta paſſim a Garengeoto citantur. Ita Haller.

Joh. Sermes, medicus, qui lithotomiam manu ſua exercuit. Ejus eſt *lithotomia Douglaſiana ofte een nieuwe wyze van ſteenſnyden voorgeſteld in een vorteeling van* J. Douglas, *and* W. Cheselden *benevens de gedagten van* Heister *waar by eenige aanmerkingen voor de wyzen van ſteenſnyden geoeffend door* Douglas & Rau *en een nieuwe manier van breukſnyden.* Utrecht 1726. 8. Apologiam in præf. ſuam ſcripſit, cum, Bortelio lithotomo exſtincto, neque Vylhoornio, neque Verduyno juniori feliciter calculum ſecante, tamen ob adverſam collegii medici Amſtelodamenſis relationem eo officio excluſus fuiſſet, demum ineptus ad officium judicio publico declaratus. Sedecies apparatu alto uſus fuerat, undecies feliciter, ter ut poſt ſectionem ægri interierint, bis ut longo elapſo tempore. Ipſe eum altum apparatum commendat ob facilitatem aliaque commoda. Optime fieri inciſo perinæo, introducto cathetere, ſuper quem veſica incidatur, quæ quidem adminiſtratio ipſi feliciter ceſſit, peritonæum enim cathetere perforavit, ut inteſtina exierint. Ita Haller.

Johann v. Wyck in *warneeminge* &c. apparatum magnum parum a Raviano differre, ut in Hôtel-Dieu producta inciſione exerceatur. De Foubertiana calculi ſectione ſuper acum triquetram. Haller. V. *pag.* 101.

Petr. Afforty & Franc. Mery. *E. in lithotomia integri calculi exitum vulneris ſuppurationi committere malum.* Paris 1726. 4. Haller.

Franciscus Colot. Familia Colot ante ducentos jam annos ſua in ſecando calculo peritia eminuerat. Laurentius, uti diximus, Paræi ævo magno ſecabat apparatu, alius Franciscus Colot patrem Philippum calculo liberavit. Alius Franciscus, de quo nunc agimus, noſtro ſeculo vixit, cum de F. Jacobo ſuam ſententiam dicat, Colotorum ultimus. Arcana gratis non revelavit, bonas tamen adnotationes dedit, ex ampla praxi collectas. P. Albini, Petri Franco, & F. Jacobi apparatus & adminiſtrationem rejicit: F. Jacobum hæſitaſſe ait, & conſilii inopem adſtantes conſuluiſſe. Soli favet magno apparatui. Contra apparatum altum, quem tamen Turbier feliciter exercuerit. Aperta per abſceſſum repletiſſima veſica, bono eventu. Parvum apparatum agyrtis relinquit, Quos Roux ſecue-

ſecuerat, eos ſe plerumque iterum ut calculo liberaret incidiſſe, impoſtorem ne urethram quidem aperuiſſe. Laudat venæ ſectionem, purgantia medicamenta, opium: corticem Peruvianum rejicit ſuperſtitioſus, quod ſuppurationem putet inhibere. Interruptam inciſionem in perinæo, & ſub tempus demum ſuppurationis apparatu alto abſolutam calculi extractionem laudat. Calculos adhærentes negat. Pro calculo educta turunda, quæ in cruſta tartarea latebat. Calculus nidulans in veſicæ cellula. Collum oſtii veſicæ incidit. cannulam inmiſit. Scrotum excidit. In arctiſſima urethra cannulam in veſicam dedit. Exempla fiſtularum ſanatarum. Scirrhi proſtatæ. Veſicæ paralyſis. Octo in eadem urethra carunculæ. In debilibus ægris ſectionem duobus temporibus factam probat. Calculum ex recti inteſtini ulcere erumpentem excidit. Contra medicamenta. Calculi intra membranas veſicæ. Calculus circa ſtylum, circa cereum natus. Renes conſumti, poſt plurimos exciſos calculos. Fuſe de paralyſi veſicæ. De calculo impacto. In iſchuria cereolis utitur, & fiſtulam in vulnere relinquit.

In præfatione medicus, cujus eſt opus, DOUGLASII altum apparatum deſcribit & CHESELDENII, atque eum apparatum excuſat: in octodecim menſium infante ſe eo uſum eſſe teſtatur, neque peritonæum aperuiſſe: chirurgum citat, qui in viro feliciter uſus ſit. De infelicibus eventis apparatus magni, quo in noſodochio Charitatis utuntur. Inciſionem fuiſſe molituros, cum deprehenſum ſit, nullum in veſica calculum eſſe. RAVII inſtrumenta & adminiſtratio: & ipſam magno apparatui præfert. BRAYER apparatum altum laudaſſe, COLLOTUM vero omnia evertiſſe, quæ pro eo dicebantur. Ita HALLER.

JOH. MIDDLETON *ſhort eſſay on lithotomy as it is performed above the os pubis and a letter of* M. MACGILL *at Edinburgh to* D. DOUGLAS. LONDON 1727. 4. Totus Douglaſianus: ipſe quidem calculum non ſecuit, GUILIELMI vero THORNHILL pluſculas curationes recenſet, quarum in duabus equidem peritonæum aperuit. Altum apparatum contra SAMUELIS PYE objectiones tuetur. MACGILLUS & ipſe alto apparatu uſus eſt, maximum calculum ex pueri veſica excidit. Poſtquam veſicam incidit, vulnus forfice dilatat. Ita HALLER.

WILHELM HENRICH PRÖBISCH *von der Operation des Steinſchneidens über dem oſſe pubis.* KÖNIGSBERG 1727. 4. Chirurgus peritonæum incidit, calculum de veſica exemit, vulnus gaſtroraphia continuit.] Moleſtiam in curationes reſes fecit urina, æger tamen ſanatus eſt. HALLER.

J. CASIMIR HERTIUS & FILGUS diſp. *de variis lithotomiæ adminiſtrandæ modis & Ravianæ præſtantia* GIESS. 1727. 4. Reſpondens ſecantem viderat RAVIUM. Ita HALLER.

JACOBUS (BENIGNUS) WINSLOW, celeberrimus inciſor, dedit de apparatu alto epiſtolam, quæ eſt in tractatu Gallico edito ſub titulo: *traité*

de

de la taille au haut appareil par Monſ. MORAND, *avec une lettre de Mr.* WINSLOW *ſur la meme matiere.* PARIS. 1728. 8. Experimenta cum chirurgo THIBAULT in cadaveribus fecit, quæ bene ceſſerunt. Injectam in veſicam aquam non probat. Monet, ne caput elevetur inter incidendum. Lineæ albæ parci non eſſe neceſſe. Operationem ſibi ſuper omnes alias placere. Telam cellulosam non debere ſolvi. De Le DRANII conſiliis: qui veſica m malebat transverſim incidi.

Idem SIMONIS PIETRE theſin *de apparatu alto* recudi fecit PARIS. 1751. 4. & Præſidium ſuſcepit. Ita HALLER.

GEORG. PARIS. Ejus *lithotomia più facile e più ſicura.* VENEZIA 1728. 4. PALERMO 1730. 4. HALLER.

JOSEPH RAMEAU *analyſe de la diſſertation de M.* MORAND *ſur la taille au haut appareil.* AMSTERD. 1729. 8. ASTRUC.

GIUSEPPE MARIA BACCHETONI. Ejus *lettera al* D. SANCASSANI & alia *al* S. G. MARIA CAROCCI *delle Precie.* SPOLETO 1729. 4. De medicamentis vulnerariis, de calculi ſectione, lithotomi & chirurgi opus. HALLER.

J. THEODORUS ELLER in *nützlichen* &c. agit etiam de variis lithotomiæ methodis, & de RAVII adminiſtratione, quam ipſe coram vidit. SENFII ſectio calculi hypogaſtrica aliquoties repetita.

Idem in *Mem. de l'Acad. de Berlin* Tomo XI. ſ. a. 1755. Calculus, qui adnatus videbatur & membrana tectus, & quem SENFIUS non poterat extrahere, extra cavum veſicæ in tela celluloſa urethram ambiente repertus eſt. HALLER. V. *pag.* 103.

HENRICUS FRANCISCUS le DRAN, chirurgus Pariſinus, HENRICI chirurgi filius, qui per cancri curationem inclaruerat, & morienti LUDOVICO XIV. adſtiterat, vir ingenio & judicio magis valens, quam aut anatomes cognitione, aut librorum lectione, in ſummo ſenio ſuperſtes, quem celeberrimus HALLER ſe perbene noviſſe, atque ſuum aliquot menſibus fuiſſe hoſpitem ait. Ejus eſt *parallele des differentes manieres de tirer la pierre hors de la veſſie.* PARIS 1730. 8. Belgice vertente E. J. SWAGERMAN, AMSTERDAM 1765. 8. Anglice 1768. 8. Multa tentaverat ad perficiendam artem excidendi calculi, tum in cadaveribus, tum in vivis ægrotis (quos ex provincia accerſitos, ab eo ſecari vidit celeberrimus HALLER) ut experiretur novam artem, qua catheteris uſum effugeret. Ipſa nempe per tegumenta communia in veſicam vulnus infligebat, ſulcato cultro, ſuper quem forcipem introduceret. Sed ea experimenta infeliciter ceſſerunt, cum veſica inter forcipis dentes comprehenderetur, ureter reſecaretur &c. Interim in hoc opere digne & ſapienter ſe geſſit noſter etiam anatome præmiſſa. Varias adminiſtrationes comparat, quibus chirurgi calculum educere ſunt adgreſſi: apparatum parvum, quem rejicit; apparatum altum valde ſpernit. Inde magnum,

quem vocat apparatum laudat, tamen ut corrigat, ſectione per bulbum urethræ ad duas tertias proſtatæ partes, in collum veſicæ producta, qua arte illa funeſta laceratio vitetur, quæ præcipua hujus apparatus culpa eſt. Magnus ſi fuerit calculus, dilatat inciſionem externam inter anum & veſicam, ut privilegia apparatus lateralis ſua faciat. Lateralem tamen apparatum præfert, ad CHESELDENII modum adminiſtratum. Laudat, quod hæmorrhagiæ periculum abſit &c. De ALBINI cathetere queritur, non poſſe in vivo homine uſui eſſe, ut eum mutare neceſſe fuerit, ne rectum inteſtinum violaretur. CHESELDENII adminiſtrationem parum a magno apparatu differre. Pro varietate corporum & calculorum alium aliumve denique apparatum præferri.

Ejus *ſupplement au parallele* &c. PARIS 1756. 8. De novis inventis in calculi ſectione FOUBERTIANA. Adminiſtrationes THOMÆ (THOMAS), qui primum lithotomo occulto uſus eſt, ſubula veſicam perforavit, ſuper eam ſuum ſcalpellum introduxit. Adnotat noſter, poſſe eam ſubulam a veſica aberrare; poſſe veſicam lacerari, neque grandiorem calculum educi poſſe. Se diviſa, ſua in adminiſtratione, proſtata glandula calculos feliciter eduxiſſe: uti ſe & vulgari cultro, & altero, cujus exigua pars ſecat, & qui proſtatam dividit, collumque veſicæ; alio vero minori, de tubulo prodeunte, quoties neceſſe videatur, vulnus dilatare, dum proſtatam & veſicæ collum in dextro latere dividit, quas in ſiniſtro jam inciderat. Le CATIUM fere ea præſtare, quæ CHESELDENIUM. Non probat Fr. COSMÆ inventum, cum difficile ſit magnitudinem calculi æſtimare &c. De vitiis deque commodis cujusque adminiſtrationis. CHESELDENIUM totam proſtatam & magnam una arteriam poſſe dividere. Non debere ad RAVII ſenſum ſimplici deligatione vulnus ſanari: neceſſe videri plumbeum in veſica tubulum relinquere quoties eam ſuppurari conveniat. Suum cultellum non poſſe nocere. Non debere veſicam nimis ampliter dividi.

Idem in *traité des operations de Chirurgie* PARIS 1743. 12. in fœminis calculum niſi maximum non requirere operationem: eo in caſu findit noſter collum veſicæ, & urethram. Ita HALLER.

CAMILLUS FALCONET. Ejus theſis in hæc verba *E. educendo calculo præferendus apparatus lateralis.* PARIS 1730. 4. 1742. 4. Crudelitatem oſtendit magni apparatus, ob viæ anguſtiam, per quam calculus educitur, ob ſtructuram partium ejus viæ convulſivam. Obniti in vulgari adminiſtratione ſphincterem ani, qui ſit irritatus. Lateralem apparatum laudat, ut in ſiniſtro latere fiat, quod fere latus cellulæ veſicæ teneant. In laterali ſectione metum eſſe incidendæ arteriæ pudendæ. Si in dextro latere veſicæ calculus fuerit, debere incurva forfice extrahi. Male ab ALBINO adminiſtrationem deſcribi; ſphincterem debere diſcindi & veſicæ aditum. Erudita

præterea

præterea hiſtoria lithotomiæ; RIOLANUM in enchiridio apparatum lateralem deſcribere. Laudat hanc theſin S. MORAND. Ita HALLER.

JOHANNES TIMME, Bremenſis medicus. Paſſim in diariis aliquas publicavit adnotationes. Ejus *einiger Engelländer und Franzoſen Anmerkungen über den Steinſchnit nach dem Engliſchen apparatu.* BREM. 1731. 8. Recenſet MORANDI de alto apparatu librum. PLATNERI inſtrumenta, in *Actis Erudit.* depicta, reddit imitata. HALLER.

JACOB DENYS, chirurgus, lithotomus & publicus obſtetrix. Anno nempe 1719. LEIDÆ collegium obſtetricium conſtitutum eſt, præſide Profeſſore Medicinæ, adſeſſoribus quatuor medicis, & viro obſtetricio. RAVII diſcipulus & in ſecando calculo imitator & ſucceſſor, ſed in ea curatione ſub vitæ finem infelix fuit, non diffidens ſibi homo, qui ne BOERHAAVII quidem auctoritati ceſſerit, quæ erat maxima. Ita HALLER, qui eundem probe novit. Ejus ſunt *obſervationes de calculo renum, veſicæ, urethræ; lithotomia & veſicæ punctura, quibus* RAVII *methodum exercuit, tutiſſimam & feliciſſimam eſſe probat.* LEID. 1731. 8. & Belgice eodem anno 8. Liber quidem titulo non penitus reſpondet, neque encheireſin RAVIANAM aperit, quam ait myſterium eſſe, ſibi ſolum a RAVIO revelatum, etſi apparatus alti incommoda æſtimat, & RAVII & ſuam adminiſtrationem tutiorem eſſe, inque omni ægroto perinde locum habere poſſe contendit, negatque, ſibi unquam tot in ægrotis accidiſſe, ut vel rectum inteſtinum incideret, vel veſicam ſeminalem, tantamque fuiſſe ſuam felicitatem, ut in maximo numero quinque tantum ægrotos amiſerit. Quam quidem felicitatem eo facilius admittas, quod calculum ramoſum, adhærentem, nimis magnum, aut nimis exiguum jubeat deſerere. Fuſe contra apparatum altum. RAVIUS & ipſe calculum, qui adhærebat, intactum deſeruit. Puncturam veſicæ ut in urinæ ſuppreſſione noſter molitur, paulum quam RAVIUS aliter, propria acu triquetra, cujus in fiſtula tres prope finem ſunt ocelli. De variis caſibus, in quibus aut catheterem in urethra relinquere præſtat, aut veſicam compungere, & candelas, argenteum catheterem inmittere. Major vero pars operis eſt de calculi ſignis, ſymptomatibus & varietate. De calculo latente, quem etiam peritiſſimi chirurgi fruſtra quæſiverint. Ditiſſimam cæterum dat calculorum collectionem, etiam muriaticorum, articulatorum, crinitorum. In calculoſis tamen ægris ſubinde veſica ampla eſt. Calculi in cellulis veſicæ latentes. Calculus per cujus crenam lotium fluebat. Alius imi ureteris membranæ adhæſerat, neque enim aliter noſter putat adhærere. Calculus congenitus & hæreditarius. In BELGIO malum frequentiſſimum eſt, rarum BATAVIÆ JAVANÆ. In ipſa eductione J. v. BORTEL accidit, ut calculum non poſſet reperire. Glandem plumbeam noſter excidit, cum calculum expectaſſet. Feliciter ex lumborum abſceſſu excifus lapis. Calculus poſt multos dolores ſuper

genu.

genu. Magnus ramoſus nullo ſigno ſe prodens. Non ſecandi ægroti, quando lumbi dolent, novus enim adventat calculus. HALLER.

ABRAHAM TITSINGH, chirurgus Amſtelodamenſis, polygraphus, acris homo & litigioſus. Ejus *heelkondige verhandeling over de ſteen en het ſteenſnyden van frere J. de* BEAULIEU *uytgevonden, door* J. J. RAU *beſchaaft, & door* JACOB DENYS *verdonkerd, en wederum opgehelderd door* A. TITSINGH. AMSTERD.... 8. absque anno, ſed prodiit a. 1731. In gratiam SERMESII & VYLHOORNII ſcriptus acris libellus. Oſtendit DENYSIUM αναλφαβητον eſſe, artem arcanam RAVII minime revelaſſe. Hiſtorica multa de lithotomis Belgicis celebrioribus, de adminiſtrationibus memorabilibus, de variis veſicæ malis. SERMESIUM proſcriptum excuſat, ipſe quidem non lithotomus. Calculi urethram rumpentes. Belgicos chirurgos meliora doctos fuiſſe a COLOTO, & ab eo apparatum magnum recepiſſe. CYPRIANUM & RAVIUM infauſtos paſſim eventus expertos eſſe: GOMARUM a BORTELIO felicitatem ſuam debuiſſe lentæ operationi. Exempla calculi, quem chirurgus non reperiſſet, cum vere tamen adeſſet. FRANKEN a ſectione vinum injiciebat. Contra accuratam deligationem & turundas. BENEVENTIUM, LAKEMAN & BORTELIUM voluiſſe veſicam incidere.

In ejus *ruſtuuren beſtoit* &c. habetur epiſtola CORNELII PLEVIER de Pariſinorum Chirurgia, omnino lectu digna: infeliciter fere operari, non quod ferro male utantur, ſed quod & ante operationem & poſt eam, ægrum male medicentur. Lithotomiam fere infeliciter cadere. HALLER. V. *pag.* 106.

HENRICUS VYLHOORN. Ejus *koorte voorſtelling wegens een nieuw uytgevonden pompſpuyt.* AMSTERDAM 1740. 4. Duo ſunt gemelli ſiphones, qui duobus tubulis in catheterem bilocularem ſe inſerunt; eorum ſiphonum alter liquorem pellit, fugit alter: ſcopus eſt cavere, ne in hypogaſtrica calculi ſectione veſica nimis diſtendatur. In anguſta veſica, qualis ſæpe in calculoſis reperiatur, liquorem feliciter injici. Veſicam lapideam nonnunquam cruſta obliniri; poſt excoriationem calculum omnino poſſe adhærere, utiliter in eo caſu liquores injici ſaponaceos, tum molles, quando pingue veſicæ linimentum periit. In vulnerata veſica non debere permitti, ut multum lotium colligatur. Bonas eſſe injectiones, quoties coactus ſanguis in veſica adeſt. HALLER. V. *ſpinam bifid.*

In hoc inſtrumentum nonnulla emendat Anonymus in parvo libello *verbeeterende aanmerkinge op de nieuw uytgevondene pompſpuyt.* AMSTERD. 1754. 4. Vocat ſe M. D. Ita HALLER.

GUILIELMUS BROMFIELD. V. *inſtrum. chir.*

PAULUS GOTTLIEB WERLHOF in *Comm. Nor. a.* 1733. *h.* 34. exemplum ſectionis calculi hypogaſtricæ & felicis eventus. HALLER. V. *hæmorrhag.*

THO-

THOMAS GOULARD in *Mem. de Montpel. a.* 1745. egit de laterali operatione, qua uſus ſit. Reperiri apud H. FRANCO & CELSUM. Nullo noſter adjutore utitur. Per laminam lithotomi inſtrumenta in veſicam ducit, & celerrime operatur absque hæmorrhagia: ex 34. inciſis hominibus ſeptem amiſit. Celerius ſe & tutius, quam Angli ſecare. HALLER. V. *obſt. art.*

JOH. DOUGLAS (an qui pag. 519.?) in *Eſſays of a Society at* EDINBURG. T. V. *n.* 35. de nephrotomia, quam in cadavere vix putat locum habere poſſe, etiam experimento facto. HALLER.

ALBERTUS de HALLER in ſua *bibliotheca chir.* T. II. pag. 172. narrat ſe & H. F. Le DRAN in cadaveribus apparatu alto PARISIIS anno 1727. uſos eſſe, feliciter hactenus, ut etiam verſus umbilicum vulnus potuiſſet dilatari, absque periculo peritonæi. Sectio lateralis in cadavere: veſica, quæ ſatis ampla, aqua repleta: ad digiti ab ano diſtantiam tuber verſus iſchii, cultro ſulcato inciſio facta, recta primo, deinde oblique introrſum, antrorſum: immiſſi conductores permagni, ſuper eos forceps. Id conſilium in aliquot cadaveribus felici eventu bene ceſſit, absque ſulcato cathetere. Sed in juvene vivo eadem adminiſtratio repetita minus bene reſpondit: forceps in veſicam non potuit adigi, cathetere ſulcato opus fuit, ſuper eum demum conductor immiſſus & forceps, & calculus eductus; ſed mors miſeriæ finem fecit. Sic & alias in vivo ægerrime aperta veſica, quæ parva erat, & in adminiſtratione vulnerata etiam funeſtum ſortita eſt eventum. V. *pag.* 112.

CLAUDIUS NICOLAUS le CAT, Rothomagenſis, etiam Medicinæ demum doctor, chirurgus, potiſſimum lithotomus, & inciſor, vir acris, minimeque ſibi diffidens, aut malignus propriorum meritorum æſtimator, hypotheſibus cæterum addictus, ſuisque opinionibus. In diariis multa ejus ſunt opuſcula, ut in *Hiſt. de l'Acad. a.* 1734. in qua felices ſuos ſucceſſus prædicat, quos in lithotomia ſit expertus.

Idem in *Hiſt. de l'Acad.* 1738. Aliqua habentur de ejus methodo, in qua ſcopus ſit collum veſicæ & proſtatam incidere (*debrider*), & de inſtrumentis, quibus utitur, anguſtis potiſſimum ſcalpellis.

Idem in *Phil. Tranſ. n.* 476. apparatum magnum omnibus perpenſis tamen inter omnes palmam mereri, niſi quod alto apparatu ſolo magni calculi commode educantur. Eum ut perficiat, alterne flexum vectem habet, quo veſicam ſuſtinet, & feliciter eo apparatu uſus eſt. Porro in laterali apparatu omnino non debere veſicam incidi, id ſe conatum, ter omnino potitum votis, toties infelicem exitum paſſum eſſe. RAVIUM veſicam ita non inciſiſſe, ut ne collum quidem diſciderit, quod utique aperuerit. FULBERTI adminiſtrationem nimis incertam eſſe. In *n.* 480. felicem a ſe peractam ſectionem calculi deſcribit, cum veſica bipartita, & in altera camera calculus con-

conſtrictus eſſet, & denique adhæreret. In *n.* 491. deſcribit calculi in fœminis ſectionem ſuam, quam inſtrumentis ſubinde aliter, & aliter mutatis adminiſtrat. Gangrænam internam ſanare adgreditur medicamentis calidis & ſudorem pellentibus. Ad deſtruendos tumores remotos, quos manus non adſequatur, forcipem excogitavit, cujus alterum crus rectum eſt, alterum in arcum flexum & ſulcatum. Ejusmodi etiam forcipe calculum educit incommodo loco in veſica poſitum. In *n.* 492. de excidendo ex fœminis calculo: ſulcum catheteris ſiniſtrorſum convertit, curvo lithotomo utitur, qui ex ſulcato ſpecillo prodit & urethram dividit. Ex theoria.

Ejus *recueil des pieces concernant l'operation de la taille.* ROUEN 1752. 8. maj. (x). Edidit nempe le CATIUS collectionem litium cum monacho, qui novum ad lithotomiam inſtrumentum invenerat. Reperias eo loco cenſuram le CATII in F. COSMAM jam editam in *Journal des ſav.* 1749. *Mars*, & *Journal de Verdun* 1749. *Mars*, recuſam in F. COSMÆ *recueil de pieces importantes ſur la taille.* PARIS 1751. 12. Varia objicit, quæ in nuperioribus ſcriptis repetit. Porro hic continetur

Lettre de Mr. le CAT *au ſujet du lithotome caché & de la tenette pour caſſer une pierre dans la veſſie*, contra F. COSMÆ, aut certe Anonymi ejus amici, duas epiſtolas in *Journal de Verdun & Journ. des ſav.* 1749. *Mai.* Periculoſum eſſe cultrum quemcunque in veſicam introducere; rectum vero ſcalpellum etiam certius necare (in eo nimius, cum certe multi boni fuerint eventus methodi F. COSMÆ. Ita HALLER). Multo melius parvam inciſionem dilatari, quam fieri magnam. Debere proſtatam accurate & ampliter diſcindi: non probat menſuras vulneris ab ejus Fratris COSMÆ lithotomo inflicti.

Ejus *lettre à M. B. l'un des auteurs du Journal des ſavans.* Ad alteram apologiam in *Jun. Journal des ſavans*, 1749. Omnino PETRUM FRANCO ſcalpellum dixiſſe ſimile illi F. COSMÆ, & ſpecillo ſulcato fixum. Redeunt in COSMÆ *recueil de pieces* &c.

Ejus reſponſum ad pacifici cujusdam arbitri nomine MOMI epiſtolam ironicam in *Journal de Verdun* editam.

Ejus *lettre à Mrs.* FALCONET & PUZOS. Queritur de favore, quo F. COSMAM ſint proſecuti.

Ejus *reponſe à un livre intitulé jugement.* Inſtrumentum FRATRIS periculo plenum eſſe, neque felicitate ſucceſſuum ſuo comparabile: primam in veſicam a F. COSMA fieri inciſionem, & tunc demum ſerius collum veſicæ aperiri; facillime veſicam funeſtam pati violentiam, in parte potiſſimum poſteriori & ſuperiori; ſibi ipſi nimias inciſiones funeſtos acciviſſe eventus, eo vitio emendato neminem ſibi interiiſſe. Privilegium ſui

(x) Cel. PORTALIUS numerat *premiere partie* ROUEN 1749 8. *ſeconde* 1752. 8. *troiſieme* 1753. 8.

ſui inſtrumenti eſſe, quod in apice inmotum ſit, neque niſi extrorſum ſecare poſſit.

Iterum duæ diſſ. contra *les reflexions* F. COSMÆ. Contra ſitum planum veſicæ: noxium eſſe, & requiri inclinatum ſitum, in quo ſuperior pars corporis altius pateat, ut calculi ſe offerant ſecanti. Calculum in ſitu plano poſſe retrorſum recedere ad os ſacrum, & veſicam perforari a cultro, ſuo in ſitu calculum ſæpe confeſtim proſilire. Contra ſedem poſteriorem veſicæ, quam FRATER velit acu triquetra compungere. Experimenta in cadaveribus facta: ſi vivi hominis reſpirationem fueris imitatus, utique veſicam poſterius & ſuperius perforari, nimiam etiam & funeſtam in veſica inciſionem fieri: in fœminis vaginam lædi. Teſtimonia funeſtorum eventuum in F. COSMÆ curationibus, & GARENGEOTI epiſtola, qua FRATRIS inſtrumentum improbat. Tabulæ anatomicæ non optimæ, ad calculi ſectionem pertinentes. Icon & deſcriptio inſtrumenti, quo le CAT utitur; ſemicanalis, obtuſo mucrone, de quo canali firmata in apice lamina chalybea prodit, qua pro arbitrio plus minusve poſſit incidere. Aliud inſtrumentum ex binis compoſitum, quæ poſſis conjungere, & vias neceſſarii vulneris dilatare. Comparat hæc ſua cum le BLANC, THIBAULD, ANDOUILLÉ, & F. COSMÆ, utcunque adfinibus inſtrumentis: ita vero comparat, ut ſuum præferat.

Cum F. COSMAS reſpondiſſet in *additions au recueil des pieces importantes ſur la taille*, PARIS 1753. 12. Le CATIUS repoſuit in *reponſe au ſecond tome du recueil de frere Come intitulé additions.* ROUEN 1753. 8. Fatetur poſſe F. COSMÆ nuperos ſucceſſus minus funeſtos fuiſſe, ſed tamen calculum in veſica reliquiſſe, ſed tamen FRATRIS *biſtouri caché* a chirurgo CHAIGNEBRUN eſſe inventum, ſed tamen ad F. COSMA medium muſculum acceleratorem dividi, & majuſculam arteriam lædi, periiſſe ſectos ex nimia veſicæ inciſione exque ſanguinis jactura. Lotium in abdomen aliquando effuſum eſſe, ab ipſo operationis vitio. In ſuis & imitatorum 2764. ſectionibus 164. mortuos, in F. COSMÆ 84. tamen 8.

Ejus *remarques ſur quelques endroits des journaux concernant l'operation de la taille.* ROUEN 1753. 8. *Journ. des ſav.* 1753. *Oct.* Queritur de auctoribus diarii eruditorum: nuperrimas etiam ſectiones F. COSMÆ infelices fuiſſe: de ſuæ adminiſtrationis præſtantia teſtes producit, fere Rothomagenſes.

Aliter citat *cinq lettres en reponſe au ſecond Tome du recueil de* F. COSME *& remarques ſur quelques endroits des journaux concernant l'operation de la taille* PARIS 1753. 8. GUNZ.

Ejus *lettre à M.* DUMONT *lithotomiſte à Bruxelles ſur l'operation de l'adhérence des pierres à la veſſie & autres erreurs ou imputations contenues dans une brochure de Bruxelles.* ROUEN 1763. 8. Negat calculum adhærere.

Ad eandem porro litem pertinet *parallele de la taille laterale de M. le C. avec celle du lithotome caché, ſuivi de deux diſſertations, 1. ſur l'adhérence des pierres à la veſſie, 2. ſur quelques nouveaux moyens de briſer la pierre.* AMSTERDAM 1766. 8. Edidit ALEXANDER P. NAHUYS. Le CATIO certum eſt proſtatam non totam aperire, ne hæmorrhagiæ fiant, neque demum veſicam incidere. Veſicam in ſuo oſtio melius dilatari: dilatationem prudentem inciſione tutiorem eſſe. Periiſſe VANDERGRACHTII hominem, cui veſica fuerit inciſa. Inſtrumenta ſua deſcribit, ſpecillum ſulcatum, urethrotomum, quo ad bulbum usque incidatur, deinde proſtatam & veſicæ collum in altero latere dividit, inciſionem paulum dilatat. In nuperioribus curationibus uti ſe cultro in ſemicanali occulto. Nullam ſe hæmorrhagiam metuere, proſtatam recte aperire, veſicam non perforare, tutiusque operari FRATRE. Chirurgorum Academiam noluiſſe judicium ſuum de FRATRE edere. Aliquos tamen chirurgos ſuis motos rationibus FRATRIS partes deſeruiſſe. Pauciſſimos ægros perire, quos le CAT ſecuerit. Nullos calculos adhærere. Magnos calculos utiliter forcipe diffringi, quam delineat. Icones anatomicæ negligentes.

Memoire du Sr. le CAT *contre le Sr.* DAGEST. 1768. 4. Ad litem de calculi ſectione contra F. J. de S. COSMA. Ita HALLER.

ANTON. MOMBERS. V. *pag.* 483.

PHIL. DAVIER de BREVILLE & FRANC. FELICIS COCHU *E. educendo calculo cœteris anteferendus apparatus altus.* PARIS 1735. 4. recuſ. in HALLERI *ſelectis.* Cum magno & parvo comparat. HALLER.

JACOB. TRANT & HENR. FRANC. BOURDELIN *E. ad extrahendum ex veſica calculum diverſa pro re nata oportet uſurpari chirurgia.* PARIS 1735. 4. recuſ. in HALLERI *ſelectis.* Commoda cujusque apparatus & vitia exponit, & cuique ſuum locum eſſe oſtendit. Bulbi inciſionem eſſe Gallorum inventum. HALLER.

PIERRE DESAULT. V. *pag.* 483.

LUDOVICUS MONTERO. V. *pag.* 114.

VACHER. Ejus eſt *hiſtoire de Frere Jaques lithotomiſte de Franche Comté Beſançon* 1756. 12. Laudes viri equidem meritæ, quæ ſuo loco jam dictæ ſunt. HALLER. V. *empyem.*

JUSTUS GODOFREDUS GUNZ, Profeſſor Lipſienſis, vir acris ingenii, præter clinicen potiſſimum etiam Chirurgiam coluit, & ſuis laboribus ornavit, ut tamen ab immatura morte ſit abreptus. Ejus *de calculum curandi viis.* LIPS. 1740. 8. Ex GALLIA redux noviſſima Gallorum inventa exponit, inſtrumenta depicta dat, judicium ſuum addit. Cadavera aliqua hominum a calculo peremtorum inciderat, omnia minute rimatus. Obſervationes ſunt quinque; I. de FOUBERTI methodo, quam rejicit. II. GARENGEO-

TUM

TUM MERYUM exſcripſiſſe, & CHESELDENIUM, neque unquam ſerio ipſum calculum ſecuiſſe. PERCHETUM MORANDUM eſſe ſecutum. III. Le DRANIUM aliqua ſua ipſum mutaſſe, urethræ bulbum incidiſſe. Ejus inſtrumenta. PERCHETUM veſicam non incidiſſe. IV. Le CATIO favet, MORANDI diſcipulo: de ejus duobus ſcalpellis: incidi vero eas partes, quas GARENGEOTUS jubeat incidere. V. De ſingulis judicat. RAVIUM ſolam veſicam aperuiſſe vult, quem alii putant omnino non adtigiſſe. Inſtrumenta Le CATII ſe non bene depinxiſſe fatetur (ad PLATNERUM).

Hic etiam recenſendæ ſunt *duæ epiſtolæ*, quarum altera a chirurgo Anonymo, altera a COGHLANO dicitur ſcripta eſſe. De FULBERTI calculum ſecandi ratione; aperiendum abdomen, tollenda cauſa adhæſionis. Gallice ſcripta ſunt LIPS. 1745. 4. GUNZIUS auctor eſt. Ita HALLER.

ZACHARIAS VOGEL. V. *pag.* 115.

SAMUEL SCHAARSCHMIDT in *mediciniſchen und chirurg.* &c. T. I. calculus ſectione laterali eductus, qui circa ſpicam hordei coactus fuerat. In T. V. felix ſectio lateralis ad RAVII modum, cum diu arctatum collum veſicæ catheterem excluſiſſet. HALLER. V. *pag.* 115.

GEORGE de la FAYE in nova editione PETRI DIONIS *cours d'operations* &c. laudat CHESELDENII lithotomiam. Eamdem fere eſſe adminiſtrationem D. BOUDOU. Vitia methodi FOUBERTI. Ipſe ſecat lateraliter proſtatæ bulbum, collum veſicæ, aliquantum tamen lacerat.

Contra novam editionem DIONYSII Anonymus GARENGEOTI amicus edidit *lettre de M. chirurgien* &c. Non ſatis merita PERCHETI & GARENGEOTI laudari. Lateralem operationem eſſe F. JAC., ab eo viro reliquos omnes ſua ſumſiſſe. MORANDUM ſua artificia ex ANGLIA petita vix unquam tentaſſe. Pro FOUBERTO, quem G. de la FAYE præter meritum depreſſerit, & præcipuam ejus laudem omiſerit, neceſſitatem ablatam catheteris. HALLER. V. *pag.* 308.

COGHLAN in *obſervations critiques ſur la lettre d'un chirurgien de Province* &c. ſcripſit pro GEORGIO de la FAYE. Non præter rem minus laudaſſe FOUBERTI adminiſtrationem. FOUBERTUM bis acu ſua triquetra a veſica aberraſſe, cultro demum veſicam incidiſſe. Utique urethram diſſecuiſſe, & ſymphyſeos ligamentum arteriasque varias, etiam hæmorrhoideæ truncum. Quæ meliora habeat eſſe a Le DRANIO. HALLER. V. *pag.* 309.

In *Act. Erud. Lipſ.* 1745. aliqua contra FOUBERTUM. Ita HALLER.

J. HENRICUS KESSELRING. Ejus *hiſtoria & examen methodi Foubertianæ pro extractione calculi.* HALL. 1738. 4. Eſt diſputatio recuſa etiam in HALLERI *ſelectis.* Experimenta & inſtrumenta hujus methodi exponit, qua veſica urina retenta repleta acu triquetra perforatur, ſuperque eam acum gracili ſcalpello aperitur, ureterem inter & proſtatam. CHESELDENIUM etiam ſecantem vidit, ejusque adminiſtrationem deſcribit; eam adminiſtra-

 niſtra-

niſtrationem optime M. Gillo exerceri. Pro Foubertiana, quam & F. a. 1731. exercuit. Ejus commoda, catheteris evitatio, ipſius veſicæ apertio, firmitas acus triquetræ; quæ ſcalpellum tuto ducat: denique quod ſola ægrotum ſanare apta ſit, quoties catheter nequit ſubire. Incommoda & periculum non attingendæ veſicæ non diſſimulat, ut eam eo minus probet. Ex octo tamen ægrotis unicus periit. Haller.

Comes de Bievre in *Hiſt. de l'Acad. a.* 1738. de ſectione calculi aliqua, etiam potiſſimum de Le Catii & Morandi ſucceſſibus. Haller.

Prevot in *Mercure de France* 1738. magnum apparatum ad parvos calculos convenire. Ejus 16. felicia exempla. Haller.

Samuel Sharp in *critical inquiry* &c. in ſecando calculo & Fouberti adminiſtrationem rejicit, & productam retrorſum ſectionem apparatus magni. Cheseldenii encheireſin præfert, ſimplici ſcalpello longaque forcipe. Excuſat altum apparatum; ex Albini præceptis veſicam non aperiri. Contra magnum apparatum. Contra Gallos. Calculum adhærere poſſe incluſum in veſicæ cellula, etiam absque cyſtide. De calculis adhærentibus & in cellula latentibus. Haller. V. *pag.* 309.

Petrus Vink. Ejus *Aanmerkingen over de chirurgicale operation van Dionis.* Rotterdam 1740. 8. Gallos veſicam ad Ravii modum incidere &c. Haller.

Guilielmus Bromfield ad excidendum calculum novum inſtrumentum invenit, cui nomen fecit *double gorgeret*, quod ob facilem & expeditum uſum multis cum placuiſſet, deſcriptum eſt in libello Florentiæ 1761. 4., recuſo cum titulo *obſervationes ad lithotomiam pertinentes.* Duo ſunt utique ſemicanales, quorum alter vulgaris eſt fabricæ; alter laminam ſecantem exſerit, qua ab interioribus extrorſum proſtata findatur. Forceps quatuor brachiis calculum præhendens. Haller.

Idem in *chirurgical obſervations* &c. T. II. fuſe agit de calculi ſectione. V. *pag.* 121.

Gerardus v. Swieten in *commentarior.* T. V. cap. de calculo. V. *pag.* 123.

J. Georg. Siegwart. Ejus *cyſtotomia lateralis* Moreauiana *nova eademque receptis longe præſtantior*, *& omnino tutior*, reſp. auctor Car. Lud. Fried. Breger, Tubing. 1764. 4. Hiſtoria variarum adminiſtrationum, quibus calculus exciditur. Laudat ſpecimen cultelli anguſti de ſemicanali ſurgentis, quo proſtata & aliqua veſicæ pars dividatur. Haller. V. *ocul. morb.*

Julianus Ofrai. V. *pag.* 126.

Andreas Westphal. Ejus diſp. *de nephrotomia.* Greifswald 1766. 4. Haller. V. *vuln.*

In

In *Hiſt. de l'Acad.* 1743. exempla reperiuntur ſectionis lateralis a variis, etiam le CATIO & D. VACHER feliciter adminiſtratæ. HALLER.

HEVIN in *Mem. de Chir.* T. III. de nephrotome eruditum dedit tractatum. Non putat hominem cum venia LUDOVICI XI. chirurgis traditum lithotomiam paſſum eſſe, & rem ad apparatum altum potius refert. De nephrotome in univerſum dubitat, abſceſſum tamen jubet aperire, neque calculum educere vetat, & exemplum addit feliciter educti. Sanum renem non vult incidi. HALLER. V. *pag.* 127.

PETRUS FOUBERT in *Mem. de Chir.* T. I. egit de novo calculum de veſica excidendi artificio. Longa acu triquetra veſicam compungit, ſuper crenam ejus acus veſicam late dividit; ea omnia dilucide exponit. Res ipſa non invenit plaudentes chirurgos, etſi catheteris aufert neceſſitatem, & veſicam ipſam aperit. Objectum eſt, diſſecari ligamentum interoſſeum, aberrari a veſica GUNZ. Ita HALLER.

JOACHIM FRID. HENKEL in *dritter Sammlung* &c. V. *pag.* 128.

Idem in *Abhandlung der chirurgiſchen Operationen drittem Stück* &c. quo magis in calculi ſectione horizonti parallelus eſt æger, eo profundius catheter ſubit. De calculo in femore ad exteriora vaſti externi. De perforatione urethræ *la boutoniere.* Nupera ad lithotomiam inſtrumenta CLAUDII POUTEAU. Ita HALLER. V. *pag.* 309.

OLAUS ACRELL. V. *pag.* 131.

Idem in diſſ. *om nödwändigheten och formoner* &c. in calculo ſecando ſedem CHESELDENII, ſcalpellum F. COSMÆ præfert. Le CATII inſtrumenta nimis eſſe compoſita. HALLER. V. *pag.* 310.

ANTONIUS LOUIS. Ejus & PETRI FAGUER diſp. *de methodi Hawkinſianæ præſtantia in calculoſorum ſectione.* PARIS 1769. 4. Inſtrumenta & encheireſes deſcripſit. Catheterem miniſtro tradit. Conductorem habet, cujus dextra ſedes ſecat, is conductor per ſemicanalem *gorgeret* introducitur in ſulcum catheteris, & collum veſicæ unaque proſtata dividitur. Eam adminiſtrationem D. LOUIS repetit.

Idem LOUIS in *Mercure de France* 1755. *Oct.* de calculis agit, qui extra urinæ vias reperti ſunt, per ruptam urethram eo elapſis. Inciſione calculus eductus absque fiſtula. Calculus in eadem ſede unciarum decem cum dimidia pondere. De modo utendi magno apparatu: timendum eſſe, ne fiſtula ſuperſit. Contra eum magnum apparatum.

Idem in *Memoires de Chirurgie* T. III. habet magni momenti diſſertationem de diverſis calculi ſecandi modis. De apparatu magno ex MARECHALLI conſilio producto, breviter. Noſter perfectionem adminiſtrationis fere in diviſione proſtatæ ponit, De lithotomo occulto F. JOHANNIS de S.

COSMA,

Coſma, cujus ſucceſſus Academia chirurgica accurate inveſtigavit. Inſtrumenti effectum incertum eſſe, & majorem deſtinata, & minorem facere inciſionem, alias nimis alto loco ſupra collum veſicam aperire, alias profundius, & tunc veſiculas ſeminales diſcindere, rectum inteſtinum ſauciare, hæmorrhagias facere, alias proſtatam non ſatis dividere, unde difficilis calculi extractio ſequatur. In omni adminiſtratione bonos ſucceſſus citari. Correctio inſtrumenti a D. Caque facta; mucro obtuſus, pars magna aciei demta, apertura magis definita. Pro Fouberti emendata ſectione, quam Thomas feliciter mutaverit, ut certius veſicam aperiat. Sectionem deorſum dirigit. Ejus felices operationes. Feliciter ſub oculis Senaci eum calculos ſecuiſſe. Haller. V. *vuln.*

Angelus Nannoni in *trattato chirurgico* &c. V. *pag.* 134.

Lud. Ren. Marteau & Florent. Carl. Bellot *E. ad extrahendum e veſica calculum diverſa pro re nata debet uſurpari chirurgia.* Paris 1746. 4. Haller.

Herman Schützer. V. *pag.* 138.

Petri Tarin *ad* Cl. Guattanum *brevis epiſtola de lithotomia.* Paris 1748. 8. recuſa in Halleri *ſelectis.* Lithotomum hactenus perficit, ut curvum faciat, atque in apice fiſſum, atque principium crenæ latius. Monet veſicam urinariam inteſtino recto ſiniſteriorem eſſe. Haller.

J. G. Block. V. *pag.* 139.

Fr. Johannes de S. Cosma, monachus, quos vocant *feuillans*, a. 1748. in *Journ. des ſav. M. Jun.* primum deſcripſit novum ſuum inſtrumentum ad calculum excidendum, excogitatum, quod ab eo tempore celebritatem adſecutum eſt, & *lithotome caché* dicitur. Specillum eſt cavum, de quo lamina chalybea exit, tantum ſcindens quantum juſſeris, & majorem minoremve partem proſtatæ & veſicæ aperturum.

Succeſſit menſe Julio, & in *Journ. de Verdun*, deſcriptio forcipis ad confringendum calculum grandiorem idoneæ. Exemplum additur felicis uſus lithotomi, prius dicti.

Cum Le Catius menſe Auguſto in eodem diario in novum inventum animadvertiſſet, prodiit primum reſponſum in duobus menſibus diarii *Journal de Verdun* & in Jun. & Julio *du Journal des ſavans.* Laudat Frater magnum vulnus, quo veſicam aperiat, & proſtatam dividat, neque laceret. Le Catium infeliciter calculum ſecuiſſe, quod non ampliter ſatis veſicam aperuiſſet. Ad aliud iterum ſcriptum reſpondet duabus epiſtolis ſive *Lettres à M.* Mopillier *pour ſervir de reponſe à la critique de M. le* Cat, in *Dec.* 1749. & *Jun.* M. 1750. *diarii eruditorum* excuſis. Vitia refutantur, quæ Le Catius inſtrumento Fratris imputabat. Ejus *gorgeret* nimium habere voluminis, & ſolam partem urethræ aperire, quæ eſt ante proſta-

proſtatam. Le CATIUM nihilo aliis lithotomis feliciorem eſſe. Suum inſtrumentum aperire, quantum ad calculum educendum ſufficiat, etiam ſi major fuerit. Teſtimonium producit D. BOUDOU.

In *jugement d' après les faits*, enumerat ægrotos, qui feliciter a calculo ſuo lithotomo liberati fuerint, cum dimidia pars ægrorum in Le CATII manu perierat. Pro ſitu plano. Prodiit in *Journal des ſavans* & *de Verdun Avril* 1750.

Idem in *Journ. des ſavans* l. c. urget, ut ægrotus, cui calculum velis excidere, plano corpore & ad horizontem parallelo decumbat, ne inclinati corporis inteſtina veſicam urgeant, neve plica fiat inter calculum & forcipem. A Chirurgis TARDY & la ROCHE feliciter calculos ſuo inſtrumento fuiſſe exciſos. HEVINI teſtimonium producit. Deſcribit etiam lacum triquetram ad punctionem veſicæ hypogaſtricam idoneam, quæ tubulum in veſica relinquat, ſtylo non extracto.

Cum iterum eſſet a Le CATIO refutatus, reſpondit denuo in *reflexions qui ſervent de reponſe au dit memoire*, in quo ſitum planum defendit. Le CATIUM oſtendit ſibi ipſi contradicere.

Deinde edidit *recueil des pieces impartiales ſur l'operation de la taille faite par le lithotome caché; avec un memoire concernant la retention d'urine, cauſée par l'embarras du canal de l'urethre.* PARIS 1751. 12. Eo priora omnia continentur.

In *Journal des ſavans* 1752. enumerantur 23. homines, quibus Chirurgi CAMBON & LE SAC inſtrumento COSMANO calculum ſecuerant, feliciter omnes unico excepto: hæmorrhagia tamen nonnunquam ſupervenit. Omni deligatione ad RAVII morem abſtinet.

Secutum eſt aliud volumen *additions à la ſuite du recueil de toutes les pieces, qui ont été publiées au ſujet du lithotome caché.* PARIS 1753. 12. Contra Le CATIUM pugnat, fere productis teſtimoniis hominum, qui ſui inſtrumenti beneficio calculo liberati fuerint, ut theoria pugnare non valde opus ſit. Frater S. COSMÆ nomen ſuum nunc aperit, & FALCONETI teſtimonium producit. De Le CATII odiis & clancularis inquiſitionibus queritur. Infelices ſu ceſſus ex mala conditione veſicæ debere repeti. De hæmorrhagia in unico caſu funeſta fatetur. Le CATIUM perpetuo inſtrumenta & adminiſtrationem mutare. VANDERGRACHTIUM Le DRANIUM potius quam Le CATIUM ſecutum eſſe. Inſtrumentum ſuum collum veſicæ ſolum aperire, neque laminam rumpi poſſe. Male inſtrumentum ſuum ex cadaveribus a Le CATIO dijudicari, quod a peritis probetur. Numeroſos chirurgos recenſet, qui eodem utantur. Forcipe etiam ſua calculos majores bene fractos eſſe. Tunc etiam feliciter eſſe operatum, quando calculus aut in cellula veſicæ ſederit, aut fungoſa carne fuerit obvolutus.

In

In *Mercure de France* 1756. *M. Mai.* Frater S. COSMÆ iterum ad felices curationes provocat, quæ ſuo inſtrumento a chirurgis TARDY & ab aliis adminiſtratæ fuerint. Exiguum eſſe, quod in eo mutaverit, & fere duo elaſtra. Prius inſtrumentum delineatum dat, & hoc novum.

In *Journal des ſavans* 1763. *Juin*, epiſtola exſtat contra LE CATIUM. Periiſſe, cui veſicam cruſta lapidea obducebat.

In *Journal de Medecine T. XXXIX.* fuſe ſe tuetur contra BEAUSSIER ob curationes aliquas calculoſorum hominum minus felices & ſibi imputatas. De fungis veſicæ; de calculis in cellula latentibus, etiam adhærentibus, etiam feliciter ſolutis. Calculi a fungo quaſi celati & occultati. In adminiſtratione ſua B. BEAUSSIER erraſſe, & inſtrumento non bene uſum eſſe.

Omnino perſecutiones ob gloriam inventi plurimas paſſus eſt, ut etiam litteras Regio ſigillo munitas chirurgi petierint, quo GALLIA expelleretur. HELVETIUS *de l'homme* p. 542. Ita HALLER.

LE BLANC in *Journal de Medecine T. XXXIX.* agit de calculis in cyſtide latentibus excidendis: id ſuo inſtrumento putat fieri poſſe, ſi calculus non longe a collo veſicæ remotus fuerit. HALLER. V. *vulnera.*

JOHAN. MUDGE in *Phil. Tranſ. n.* 491. forcipem, qua utitur ad extrahendum calculum, ſulco excavat, ut ſit pro cathetere, ſuper quem anguſto ſcalpello vulnus veſicæ poſſit, quantum ſatis eſt, dilatari. Ita periculum a majori calculo imminens tollit. HALLER.

In *Journal des ſavans* 1749. *M. Jul.* Anonymus diverſas excidendi calculi adminiſtrationes comparat. In CHESELDENIANA facile arteriam diſſecari. In FOUBERTIANA incommode veſicam urinariam aqua repleri, & tamen ſæpe non adtingi. Quare magnum apparatum defendit. Negat ſupra octavum inter eos perire, quibus in *Hôtel-Dieu* calculus eo apparatu ſecatur. Tubulos in veſica non vult relinqui. Lacerationem vitari inciſione producta. Scalpello utendum utrinque ſcindente, paulum magis, quam apud LE DRANIUM curvo, ita vulnus inteſtini vitari. HALLER.

GOTTLOB CARL SPRINGSFELD in *Nov. Act. Nat. Cur. Vol. I. obſ.* 7. poſt fruſtraneum uſum remedii Stepheniani, calculus feliciter per vaginam exciſus. HALLER. V. *pag.* 494.

ANTONIUS de HAEN. V. *pag.* 140.

NATALIS JOSEPH. PALLUCCI. Ejus *nouvelles remarques ſur la lithotomie, ſuivies de pluſieurs obſervations ſur la ſeparation du penis & ſur l'amputation des mammelles.* PARIS 1750. 12. Germanice LIPS. 1752. 8. De variis calculi excidendi artificiis. In apparatu parvo ipſam veſicam non urethram incidi: eum apparatum minime improbat, cujus quædam emendationes omnes illæ nuperæ adminiſtrationes ſint. FOUBERTI acu ita mallet uti, ut prius cutem incidat, deinde demum veſicam perforet,

ret, poſtquam ejus ſitum melius recognovit. In *coup de maître* Gallorum, quo apparatus magni ſectionem producant, ipſam aperiri veſicam. In apparatu alto ſuadet prælonga acu triquetra imam partem veſicæ perforare, per id vulnus cannulam ſubdere, per quam urina exeat. Poſt exciſum calculum veſicæ ren alter maximus in plurimum adipem demerſus, ipſe parvus, pure plenus, quod ſæpe habetur pro muco. In principio urethræ aſper calculus. In GALLIA CHESELDENII adminiſtrationem perfectiorem factam eſſe. FAGETI dexteritatem laudat & felicitatem. SHARPIUM utique collum veſicæ & oſtium diviſiſſe in cadavere vidit. GOULARDI adminiſtratio. Vehementer ſuadet in veſica cannulam relinqui. Le CATII inſtrumentum ad calculi ſectionem. Diaria quatuor hominum, quibus ipſe & FAGETUS calculum exciderint. Contra STEPHENIÆ & DARANII arcanum.

Ejus *lithotomie nouvellement perfectionnée, avec quelques eſſais ſur la pierre & ſur les moyens d'en empécher la formation.* VIENNE 1757. 8. Multa in calculi ſectione emendavit, & eo reduxit, ut medium quid ſit inter parvum apparatum magnumque. Catheter leniter curvus roſtro eſt prælongo: lithotomus vehementer curvus, obtuſus, anceps: acus triquetra ſulco notata: aliqua fere ad vulgarem modum, ſed menſa perfecte plana, ut æger totus ſupinus ſit. Primam ſectionem ad duas cum dimidia uncias ducit, parallelam ramo iſchii, æque diſtantem ab eo oſſe & ab ano. In hac ſectione quærit ſulcum catheteris, in eum acum triquetram defigit, inter bulbum urethræ & proſtatam. Per ſulcum catheteris cultrum majorem deorſum movet, proſtatam, oſtium veſicæ, hujusque ipſius partem proximam dividit: tunc apicem cultri ſurſum ducit, ut ne ſulcum acus triquetræ deſerat. Reliqua de more. Ita maximos calculos educit, tamen ut aliquanto poſt triduum inciſionem oportuerit producere. Inter ſervatos eſt Cel. P. FRÖLICH. Puellæ urethram anguſtiori cultello ad veſicam usque. In parte II. analyſin addit calculi. Prima ei origo eſt a ſanguinis grumo purisve, ut omnino a ſola aqua calculi albi in puris naturam reſtituantur. In ſanguine maceratus inſignia capit in dies incrementa. Non ſolvitur niſi educto muco, qui ejus elementum eſt pro glutine. Maximam vim ſolvendi calculi eſſe in anſerinæ infuſo, quod ipſum commendat ad incrementa lapidis coercenda. Frequens VINDOBONÆ malum eſſe.

Idem in ſua *deſcriptione novi inſtrumenti pro cura cataractæ nuper inventi ac exhibiti* VIENNÆ 1763. 8. negat a Fratre COSMA unquam proſtatam dividi.

Ejus *lettre à M.* HUMELAUER *ſur la cure de la pierre* VIENNÆ 1764. 8. ILL. HAENIUS adminiſtrationem F. COSMÆ & curationem CAMBONI laudaverat. Noſter & STEPHENIÆ medicamenta improbat & COSMÆ inſtrumentum. Vitium cum magno apparatu commune ei eſſe,

quod bulbum urethræ findat, arteriam facile violet. Se iſthmum urethræ findere & proſtatam, & eam inciſionem maximis calculis educendis ſufficere. Ut feliciter ſpinoſum calculum in cellula veſicæ latentem exciderit. Quinquies noſter ſecat, priusquam ſulcum catheteris adtingat. Contra apparatum altum & punctionem veſicæ. Tendines absque ſenſu vulnerari. Ita HALLER. V. *ocul. morb.*

FRIDERICUS BOERNER. Ejus in HIPPOCRATIS *locum maxime vexatum meditationes.* LIPS. 1751. 4. De HIPPOCRATIS a lithotomia averſione. HALLER. V. *obſt. art.*

JOSEPH WARNER. V. *pag.* 142.

GEORGIUS HEUERMAN in *vornemſten chirurgiſchen Operationen* &c. T. II. De urethra per calculos exiguos arctata, tum per induratam proſtatam, quo in caſu fiſtula facta, deinde inciſa ea ſede ad proſtatam uſque, malum ſanatum eſt. De calculi ſanandi varia ratione, fuſe. RAVIUS ſecundum ALBINI deſcriptionem proſtatam neceſſario dividebat, exque ea inciſione incurabile & humore tenui manans ulcus ſequitur. RAVII diſcipuli non raro inteſtinum rectum læſerunt, neque corpus fere veſicæ dividunt. In fœmina ea adminiſtratio omnino locum non habet. Ut calculus laterali apparatu, homine in planitiem diſpoſito, optime excidatur; ventrem catheteris medium facere oportet & proxime oſſa pubis contingere. Sectionem noſter partitur, & ſiniſtræ digito rectum inteſtinum deprimit, neque proſtatam aperit, ſed veſicam. Scalpello recto utitur. Vitium eſt in incertitudine, ut etiam liberum calculum peritus chirurgus in veſica relinquere coactus fuerit. Ad calculum prægrandem, & in fœminis, ſectionem hypogaſtricam præfert, neque peritonæum difficulter putat vitari: veſicam per menſem retento, quantum ejus fieri poteſt, lotio, paulatim dilatat; peritonæum pollice ſuo reprimit, in veſicam proxime os pubis ſcalpellum immergit, vulnusque dilatat. Exemplum felicis ejus ſectionis, & cito ſanatæ. Adnatos calculos ſectione propria liberat, in ea adminiſtratione felix. HESSIUS calculum, quem funda non poterat apprehendere, forcipe demum extraxit.

Idem in *vermiſchten Bemerkungen* &c. T. II. Calculus ſupra os pubis ex puero feliciter exciſus, quam calculi educendi rationem noſter ita probat, ut in mulieribus non alia tuta ſuperſit. Ita HALLER. V. *pag.* 310.

In *Journal œconomique* T. I. 1751. refertur de calculo feliciter ex puella octenni exciſo, cum chirurgus F. COSMÆ inſtrumento uteretur. HALLER.

J. JACOBUS LUDOVICUS HOIN in *Memoires de Dijon.* 1769. 8. fuſe de calculi ſectione egit, quam ſubinde ad varia conſilia omni inſtrumentorum genere exercuit. Ut in fœminis urethram vel dilatet, vel ſuo inſtrumento ad utrumque præterea latus incidat, quo quidem auxilio calculus

culus quatuordecim unciarum eductus ſit. Porro in virorum calculo eodem inſtrumento utitur, quod pertinet ad lithotomos occultos; tripartitum tamen eſt, & alia ſui parte cultellum habet ſibi adnatum. HALLER. V. *ocul. morb.*

CHAIGNEBRUN, chirurgus, in *Journal de Medecine* T. XII. urethræ lacerationem in lithotomia factam non nocere, proprio in fœmina exemplo, cum prægrandem calculum eximeret. Altum tamen apparatum ſe præferre. HALLER.

J. BAPT. MARTINENQ & J. BAPT. BASSEVILLE *E. in lithotomia calculi exitus per ſuppurationem vulneris expectandus.* PARIS 1752. 4. HALLER.

JAC. BEN. WINSLOW & C. T. G. GUILBERT de PREVAL *E. ad extrahendum calculum diſſecanda ad pubem veſica.* PARIS 1752. 4. Vetuſta eſt NICOLAI PIETREI diſp. a. 1635. dicta. Exſtat in HALLERI *ſelectis.* HALLER.

Lettre de M. D. F. D. en M. aux ſujet d'une operation de la taille faite à la Charité 22. *Juin* 1753. PARIS 1753. 8. HALLER.

MEJEAN in *Journal de Med.* T. XXVIII. de ſectione calculi fruſtranea, cum calculus circa acum natus, veſica craſſa inque tria cava diviſa eſſet. HALLER.

LAFFITTE in *Mem. de Chir.* T. II. exempla abſceſſuum renalium feliciter apertorum, extractorum calculorum. HALLER.

GERARD, chirurgus militaris in *Mem. de Chir.* T. II. de felici uſu lithotomi F. JOHANNIS de S. COSMA. HALLER.

PETRUS CAMPER. Ejus *diſſ. anatomicarum* L. I. AMSTERDAM 1760. fol. maj. L. II. Ibid. 1762. fol. maj. In L. II. in calculi ſectione inſtrumenta ſecundum ductum axis pelvis introducenda, & ſecundum eumdem extrahendum lapillum. Quæ partes in calculi ſectione dividantur, muſculi tranſverſi, levator ani, COWPERI glandulæ, proſtata, arteriæ aliquæ. De cathetere & ſpecillo ſulcato fuſe. SHARPII catheterem præfert. De RAVIANA adminiſtratione accurate. Muſculis quos diximus inciſis, digitos in vulnus dat, pertentat proſtatam, ſulcumque ſulcati ſpecilli, tunc cultro crenam ſubit, proſtatam dividit. Ex ALBINI præceptis proſtatam lacerari, veſicam non tangi. Non adeo felicem fuiſſe RAVIUM, cui ex 22. ægrotis quatuor perierint, quibus calculum eduxerat. FLURANTIUM optime egiſſe de veſicæ punctione. De fiſtulis, de veſicæ herniis utilia addit. Ita HALLER.

CAROLUS ALSTON. V. *pag.* 495.

VILLIAM BUTTER. V. *pag.* 496.

CLAUD. THOM. GUILLAUM. GUILBERT de PREVAL & HENR. JAC. MACQUART auctoris *E. ſcalpello vagina recondito cyſtotome lateralis*

perfectior. PARIS 1754. 4. & Gallice Ibid. 1754. 12. cum latino textu. Magnum apparatum totum rejicit: eſſentiam apparatus lateralis ponit in aperitione ipſius veſicæ. Eam certiſſime obtineri per inſtrumentum F. JOHANNIS de S. COSMA, quo tantum incidatur, quantum lithotomo viſum ſit. Ipſam veſicam, ejus collum proſtatam & bulbum incidi. Ducentis in cadaveribus nunquam fefelliſſe, in 140. vivis hominibus nullum malum eventum ſuperveniſſe, qui inſtrumento imputetur. Laudat Fr. S. MORAND.

Cum adverſus diſputationem MACQUARTI *lettre au ſujet de la taille du lithotome caché* noſter reſpondit, & oſtendit inſtrumento Fr. de S. COSMA CHESELDENII deſideriis ſatisfieri, neque eam difficultatem chirurgo moleſtam eſſe, quæ vulgaribus inſtrumentis difficulter ſuperatur.

In *parallele de deux inſtrumens*, *qui portent le nom de lithotome caché*, una excuſ. deſcribit lithotomum chirurgi THOMÆ, cujus fere eadem ſit ad imperatam amplitudinem inciſionis obtinendam aptitudo. Verum rectum pugionem, in quem terminetur, veſicam perforare poſſe, necque inciſionem certam eſſe, & alia habere vitia. Præſtare adeo Fr. de S. COSMA inſtrumentum. Icones additæ inſtrumenti hujus Fratris. HALLER.

AUGUSTUS FRIDERICUS PALLAS, HALLERI auditor, & celebris chirurgi filius. Ejus eſt diſſ. *de variis ſecandi methodis*. LEID. 1754. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis*. Omnes hactenus adminiſtrationes recenſet, quibus calculus exciditur. In laterali apparatu utcunque a variis perfecto carpit, quod non ſatis amplo vulnere veſica aperiatur, neque adeo calculus abſque laceratione poſſit educi. Idem etiam eſſe Le CATIANI inſtrumenti vitium, neceſſario nempe vulnus in ejus uſu deorſum produci, ſic rectum inteſtinum violari poſſe, & neque eo cum adminiculo vulnus ſatis amplum obtineri. De THOMÆ inventis. FOUBERTI fere inciſione uti, inſtrumentis ad F. de S. COSMA inſtrumentum fictis; ſed perinde ut FOUBERT a veſica aberraſſe, ut operationem non potuerit abſolvere. Denique HAWKINSII inſtrumenta & adminiſtrationem deſcribit. Æger perinde horizonti parallelus decumbit; muſculi, proſtata, veſica conſuetis fere inſtrumentis aperiuntur. Verum ſuper catheterem nunc ſemicanalem introducit, qui & forcipem deducat, & ſcalpello acutiſſime ſcindente ſiniſtrorſum ſurſumque verſus iſchii os plagam veſicæ continuet ſiniſterius, ut hæc nova inciſio, cum priori vulnere angulum deorſum obtuſiorem intercipiat. Eam adminiſtrationem ſolam in veſicam ſufficientem aditum parare & grandi calculo viam, neque lædere quidquam, quo ſervato opus ſit. HALLER.

FRID. ALBINUS. Ejus *diſſertatio chirurgico-medica de variis calculi ſecandi methodis*. LUGD. 1754. 4.

In *Mercure de France* 1754. *M. Jan.* curationes variæ lithotomicis Le CATII inſtrumentis factæ recenſentur, & mors fœminæ excuſatur, in qua minus fauſtus eventus fuerat. Epiſtola etiam Veſuntiana, qua refertur de fœmina

mina inſtrumento Fratris de S. COSMA ſecta. S. M. *Fevrier* & *Septembre* HALLER.

L. H. S., chirurgus. V. *pag.* 148.

MAUPILLIER. V. *pag.* 148.

DESTREMAU. V. *pag.* 149.

BENJAMIN GOOCH. V. *pag.* 149.

DOMINICUS MASOTTI. Ejus *lettera ſopra gl'inſtrumenti neceſſari alla litotomia delle donne*, *e ſopra l'ago Barbettiana* 1756. 4. Id opuſculum auctor, nunc in noſodochio Florentino chirurgus lithotomus, recuſum edidit cum titulo *la litotomia delle donne perfezionata*, FIRENZA 1763. 8. CHRISTOPHORUM de VEGA de ſpeculo ſcripſiſſe, quo urethram in fœmina dilataverit, calculum exemerit: ſic & noſter ſpeculum tricrure ad naturæ ductum curvatum deſcribit, quod propriis alis totam urethram dilatat. Aliquoties feliciter ſuo inſtrumento uſus eſt, ut etiam veſicæ ſua vis urinam continens ſervaretur. Cum calculus in collo veſicæ lateret, eum digito per anum dato elevavit & eduxit. Inde inſtrumentum ſuum perfecit, ut & ſpeculum ſit & forceps. Habet etiam acum triquetram, & ipſam perforatam, foraminibus ad foramina tubuli reſpondentibus. Neſcio quem formidabilem inſtrumenti adſpectum non probes. Ita HALLER.

BONAMI. V. *pag.* 152.

SERON. V. *pag.* 154.

In *Mercure de France* 1755. *Jun.* P. I. felix uſus inſtrumenti Fr. J. de S. COSMA. Ita HALLER.

ALEXANDER CATANI. Ejus *il litotomo in prattica*, *ov. diviſamente regolare delle operazioni di litotomia.* VENEZIA 1766. 4.

Ejus *la verità ſmaſcherata per raporto ad un caſo medico ceruſico.* LUCA 1769. 4. Nobili juveni noſter feliciter calculum exciderat, decimo tamen die idem interierat, neque ulla manifeſta mortis cauſa in cadavere reperiebatur. Noſter ſuam innocentiam contra VALCARIUM defendit, qui CATANI adminiſtrationem accuſaverat. HALLER. V. *medicam. chir.*

ROLAND MARTIN. V. *pag.* 155.

In *Mercure de France* 1756. *M. Fevrier*, refertur de VACHERI junioris felicibus curationibus inſtrumento F. JOHANNIS de S. COSMA peractis. HALLER.

AMBROSIUS BERTRANDI ubique aliorum adminiſtrationes expendit. V. *pag.* 162.

CHASTANET in *Mercure de France* 1757. *Sept.* de ſuis felicibus calculoſorum ſectionibus, quæ fiunt ægroto ſupino & ad horizontem parallelo. Facilem eſſe F. J. de S. COSMA operationem, etiam imperito. HALLER.

CAM-

Cambon ibid. 1754. *Decembre* refert de infelici ſectione calculi, quæ magno apparatu in noſocomio *Hôtel-Dieu* ſit adminiſtrata. De calculis a Boulland, & a ſe ipſo ad F. Johannis de S. Cosma conſilia feliciter exciſis.

Ejus *lettre ſur la lithotomie*, *pour prouver la ſuperiorité du lithotome caché pour l'operation de la taille ſur tous les autres inſtrumens.* Paris 1760. 8. alii 1763. Contra Vandergrachtium. Plures ei perire ægros, quam quidem inter eos, qui lithotomo F. J. de S. Cosma ſecantur.

In *Journal de Medecine* T. XIII. exemplum felicis eodem inſtrumento factæ ſectionis calculi.

In *Journal des ſavans* 1757. Menſe April ad *lettre de M... à M..* Contra D. Chastanet aſperum ſcriptum, & contra F. J. de S. Cosma inſtrumentum.

In *Journal œconomique* 1757. deſcribitur *lithotome couvert*, inſtrumenti genus, in quo unita habetur acus triquetra, ſcalpellus & conductor. Ibidem fuſe de calculo ejusque ex humoribus lymphaticis ortu. De Thomæ optima calculi ſectione. Haller.

Giuseppe Grossatesta. Ejus *lettera ad un amico ſu l'apparecchio grande lateralizato.* Modena 1758. 4. Auctor lithotomiam exercet. Incidit urethram uti in apparatu laterali ſolet: Verum inciſionem oblique verſus tuber iſchii producit, tunc ſurſum redit, ubi inciſio cœpit, cultrum in crenam catheteris deſigit, catheterem manubrio clavato ad ſymphyſin oſſium pubis apprimit: denuo cultello oblique deſcendit, ut inciſio natem dextram reſpiciat, manubrium catheteris verſus abdomen ducit, cultro per crenam redit, & inciſionem finit, qua cœpit. Ita fere in Italia calculum excidi addit. Haller.

Enoch de Vries. V. *pag.* 499.

Claud. Pouteau, filius. Ejus *la taille au niveau avec addition de pluſieurs inſtrumens.* Paris 1763. 8. Ægrotum cui calculum excidit, horizonti parallelum diſponit, inſtrumenta tria habet, quæ lithotomi operti fere vices tenent; primum catheterem ſulcatum, quem per vulgarem catheterem in veſicam ducit: deinde veram libellam, ex qua conſtat, lineam veram horizontalem teneri: denique ſpecillum annulatum acie deorſum verſa, latum a 5. lineis ad 8., ut ægroti ætas fuerit, robuſta, parallela eſt. Inſtrumenta ſua Cosmæ inſtrumentis præſtare oſtendit: inciſionem etiam maximo calculo ſufficere, & ſex lineas ſemilibrali calculo reſpondere: proſtatam pene totam debere dividi: inciſionem exteriorem potius majorem minori præſtare, & deorſum productam: cutem amplius quam proſtatam incidi: ita caveri ne lotium in celluloſam telam effundatur. In ſitu ægri horizonti parallelo oſtium

veſicæ

veſicæ non incidi. Hæmorrhagiam compeſcit agarico Broſſardiano. Inteſtinum rectum facile dividi. Incontinentiam urinæ frequenter ſupervenire. Chirurgus LAURETS manu Cl. BOUTEAU calculum ſibi ſecari paſſus eſt.

Idem in *Journ. de Med. T.* XXVI. contra D. PAMARD ſe tuetur, cujus aliqua de ſectione calculi in fœminis cogitata ſuppreſſerit. HALLER. V. *pag.* 170.

CHRISTOPH LUDWIG HOFMAN. Ejus *proluſio novam proponens methodum calculum veſicœ ſine periculo in maribus ſecandi.* STEINFURT 1760. HALLER.

COLIGNON. V. *pag.* 172.

DUMONT. V. *pag* 173.

Avis d'un ſerviteur d'Eſculape ſur les melanges de chirurgie de M. POUTEAU. PARIS 1761. 8. Aſpera ſatyra æmuli chirurgi. GOULARDI lithotomiam laudat, in qua bulbus urethræ, & proſtata fere tota ad collum uſque veſicæ dividitur. HALLER.

FOLKERTUS SNIP, M. D., diſcipulus Le CATII, qui & manu ſua operabatur. Ejus diſſ. *de lithotomia ſ. calculi ſectione.* AMSTERDAM 1761. 8. Adminiſtrationes variæ, etiam nuperæ Le CATII, F. J. de S. COSMA, & THOMAS. Noſter contra FRATREM pro præceptore ſuo pugnat. Decem ægros intra triginta horæ minuta ab eo calculo fuiſſe liberatos. HALLER.

GRIMA in *Journal de Medecin* 1761. *Vol. XIV.* de lithotomo BROMFIELDII hic deſcripto. Methodum eamdem eſſe, quæ CHESELDENII, inſtrumenta tutiora. HALLER. V. *Tend. affect.*

Extrait d'une lettre à M. le CAT *ſur les operations de la taille faites à Dijon en* 1762. ROUEN 1763. 4. HALLER.

ALLIET. V. *pag.* 182.

SAMUEL CLOSSY. in *obſervations* &c. Sect. VI. exemplum enormis calculi feliciter exciſi. HALLER. V. *pag.* 183.

De GRAVE in *Journal des ſavans* 1763. *Jun.* pro Fratre J. de S. COSMA dicit in D. DUMONT, & ſuos ſucceſſus laudat, quos ei inſtrumento debeat. HALLER.

AUGUST. FRID. PALLAS. V. *pag.* 185.

ANTONIUS PORTAL in *précis de Chirurgie* T. I. inſtrumenta varia. In T. II. chirurgum le VACHER addito elaſtro inſtrumentum Fratris de S. COSMA correxiſſe. HALLER. V. *pag.* 186.

CAROLUS LUDOV. BREYER, Ludovicopolitanus. Ejus diſp. præſide GEORGIO FRIDERICO SIGWART *cyſtotomia lateralis Moreauiana nova eademque receptis præſtantior, quia omnino tutior.* TUBINGÆ 1764. 4.

BEAUS-

BEAUSSIER. V. *pag.* 188.

Lettre de M. CAMEON, chirurgi, *à M.* CHASTANET *chirurgien de Liſle en reponſe à la lettre de M.* PALLUCCI *à M.* HUMELAUR VIENNE 1765. 12. Pro fratre JOHANNE de S. COSMA in PALLUCCIUM. Non probat, quod iſte vir Cl. ſcalpellum ſuum in crena catheteris huc & illuc ducat. Inciſionem cutis nimis humili loco fieri, & recto inteſtino nocere poſſe. Quo utitur PALLUCCIUS verum eſſe apparatum magnum. Lentas eſſe ejus curationes. HALLER.

PILLORE. V. *pag.* 190.

PAMARD. V. *pag.* 190.

CHARLES BISSET. V. *pag.* 191.

RICHARD de HAUTESIERK. V. *pag.* 192.

J. CARL GROSSARD. Ejus *de optima & tutiſſima Rothomagenſis profeſſoris methodo, qua in viris celebratur ſectio lateralis.* BOURDEAUX 1766. 4. HALLER.

CHRISTOPH GOTTLIEB BÜTTNER. V. *pag.* 195.

Le MERCIER. V. *pag.* 199.

BASEILHAC. V. *pag.* 200.

Hiſtoire de la maladie & de ſes ſuites du Sr. le ROUGE *attaqué de la pierre avec quelques obſervations ſur les notes inſerées au bas des pages d'un écrit imprimé qui a pour titre Memoire du Sr.* le CAT. *contre le Sr.* DAGEST. PARIS 1768. 4. Is homo a F. JOH. de S. COSMA inciſus periit. Hic vero producitur teſtimonium vulneris optimam fuiſſe conditionem, neque eum ex hæmorrhagia periiſſe, ut falſo adfirmat le CATIUS, ſed exhauſto corpore. HALLER.

J. SIGM. MÜLLER. V. *pag.* 501.

J. A. ROUSSIN de MONTABOURG. *E. ad extrahendum calculum diſſecanda ad pubem veſica.* PARIS 1768. 4. Eadem diſp., quæ NICOLAI PIETRE a. 1635. HALLER.

VALENTIN, chirurgus. Ejus *éloge de M.* le CAT. PARIS 1769. 8. In calculo ſecando feliciſſimum fuiſſe. Fratri J. de S. COSMA utiliter ſe oppoſuiſſe: panegyriſta. HALLER.

La MARQUE, chirurgus. Ejus *l'operation laterale ſimplifiée & abregée par le moyen d'un lithocyſtotome, inſtrument nouveau, qui ſeul avec & les tenettes ſuffit à cette operation.* TOULOUSE 1769. 12. HALLER.

An EJUSDEM gangræna velociſſima inter 24. horas progrediens & funeſta in *Journal de Med.* T. XLI.? HALLER.

J. PHILIBERT MARRET. V. *pag.* 207.

ERN. PLATNER. Ejus *hiſtoria litteraria chirurgica lithotomiæ mulierum.* LIPS. 1770. 4. HALLER.

PERRET. V. *inſtrum. chir.*

FRID.

Frid. Theodor Oehme *obſervation eines 20. Jahre lang in der Harnröhre ertragenen und mit dem apparatu minori ausgeſchnittenen Steines.* Warschau 1773. 8. etiam Polonice, & Latine. Calculi in urethra ſenſim collecti, mobiles in principio mali, inde firmi & immoti, fiſtulas fecerant. Auctor urethram ſuper calculum incidit, glomerem lapillorum exemit, in maſſam biuncialem coacervatorum. Curatio facilis. Haller.

Gervais. V. *pag.* 230.

J. Leberecht Schmucker. V. *pag.* 230.

Le Blanc. V. *pag.* 311.

Raphael Joh. Steidele. V. *pag.* 243.

Maximilianus Stoll. V. *pag.* 251.

Goubelly. V. *pag.* 254.

Lamarque (an idem qui pag. 546.?) V. *pag.* 255.

Georgius Kast, Kizingenſis. Ejus præſide Carolo Casparo Siebold *hiſtoria lithotomiæ in eodem homine bis factæ cum ejus reſtitutione.* Herbipoli 1778. 4. cum inſtrumentorum iconibus. Kast diſcipulus le Catii lithotomiam Catianam defendit, hanc probe adminiſtratam periculo carere. Methodum Fr. J. de S. Cosma, quæ multos homines necaverit, damnatam eſſe; hinc male ab Haenio ut præſtantiſſimam laudari.

CALLUS. Vide *oſſium morb.*

CANCER SIVE CARCINOMA, CARCINUS.

Hippocrates in *aphoriſmis* cancros occultos vetat curare.

Idem in *Epid. V.* cancer in gena funeſtus. In *Epid.* VII. cancer in mamma funeſtus, in faucibus uſtione curatus.

Idem in L. *muliebrium* II. mammarum & uteri cancer. Haller. Vide *pag.* 286.

A. Cornelius Celsus in *Medicinæ* L. V. cap. 28. agit etiam de carcinomate. Waltherus. V. *pag* 287.

Archigenes agit de uteri cancro (a). Ad uteri cancrum, in quo ſolano utitur (b). Haller. V. *pag.* 319.

(a) Apud Aetium L. XVI. c. 44. 50. (b) Ibid. L. IV. c. 96.

Leonides cancrum mammæ alterne incidit & urit, donec totum umorem amputaverit; aliquando tamen igne abſtinet (c). Haller. V. *pag.* 320.

Galenus in *meth. med.* L. XIV. cap. 19. de cancri ortu & cura.

Idem *de arte curativa ad Glaucon.* L. II. cap. 10. de cancro.

Idem in L. de tumoribus P. IV. cap. 7. de cancro. Wallh. V. *pag.* 264.

Oribasius *de morb. curat.* L. III. cap. 28. de curatione cancri. Walth. V. *pag.* 264.

Aetius in *tetrabibl.* IV. ſect. 2. cap. 57. de canceratis tumoribus. Sect. 4. cap. 43. 44. 45. 47. curatio cancrorum. Cap. 48. fraxini arboris folia mollia aqua cocta trita & calida impoſita mammarum ulcerum dolores mitigant & aſſiduus illorum uſus mirifice ea diſcutit. Mirifice etiam prodeſt cancrorum fluviatilium e lacte aſinino 5. diebus exhibitum, ita ut totidem ſubinde diebus cancri ipſi comedantur; talis enim periodus ſepties peracta mammarum cancros effecit placidiſſimos, ut deinceps ſimplicium epithematum uſu ſanitas comparetur. Cap. 49. cancri exulcerati curatio. Cap. 94. de cancro uteri. Walth. V. *pag.* 265.

Paulus Ægineta *de re medica* L. IV. cap. 26. de cancro. In L. VI. cap. 48. de cancro. Walth. V. *pag.* 293.

Johannes Actuarius in *meth. med.* L. II. cap. 12. de tumoribus p. 1. (cancer). In L. IV. cap. 16 de tumoribus p. 1. (cancer). Walth. V. *pag.* 358.

Johannes Serapionis filius in L. V. agit de cancro, quem totum jubet amputare, ne quidquam fiat reliqui. Haller. V. *pag.* 265.

Rhazeus in L. III. cancrum non oriri niſi in palato. Cancrum ſanari ſcalpello (ſpatha) carne reſecta, alio proprio inſtrumento extracta, deinde radice reliqua acri medicamento exeſa. Haller. V. *pag.* 265.

Haly Abbas in L. III. aliqua etiam de cancro. Haller. V. *pag.* 295.

Avicenna in L. III. *fen.* 5. tract. 2. cap. 11. 12. de cancro narium. In L. IV. *fen.* 3. tract. 2. cap. 15. 16. ſqq. de cancro & ejus cura. Walth. V. *pag.* 267.

Albucasis in *libro practicæ* tract. 29. cap. 15. de apoſtemate cancroſo. Walth. V. *pag.* 267.

Maimonides breviſſime etiam de cancro agit. Haller. V. *pag.* 267.

Eros agit de naſi cancro. Haller. V. *pag.* 418.

Lan-

(c) Apud Aetium L. II. c. 46.

Lanfrancus in *Chirurgiæ magnæ* tract. 2. cap. 13. de cancro ulcerato. *Doctr.* II. tract. 3. cap. 15. de cura cancri non ulcerati. Walth. V. *pag.* 2.

Bernardus Gordon in L. *Medicinæ* part. I. rubric. 8. de cancro. Walth. V. *pag.* 270.

Franciscus de Pedemontio in *ſupplemento* &c. tract. de apoſtematibus, ſumma 4. p. 2. ſect. 4. cap. 2. de cancro. Walth. V. *pag.* 418.

Guilielmus de Varignana in *ſecretor. ſublim.* tract. 4. ſect. 3. cap. 8. de cancro. Walth. V. *pag.* 371.

Guy de Chauliac in *Chirurgiæ* tract. 2. doctr. 1. cap. 5. etiam de apoſtemate cancroſo. Tract. 4. doctr. 4. cap. 6. de cancro ulcerato. Neminem ſe vidiſſe, qui cancrum ulceratum ſanaverit. Walth. V. *pag.* 297.

Balescon de Tarare in *tractatu Chirurgiæ* pag. 418. (d) cancrum arſenico optime exſtirpari, eoque cum ſucco ſolani intrito cancrum & antiqua tibiæ ulcera ſe ſanaſſe. In unguenta tamen non ſine periculo arſenicum vel auri pigmentum recipi. Haller. V. *pag.* 299.

Leonardus de Bertapalia in L. *ſuper quartum* &c. pag. 272. (e) ruptorio (cauterio) medicamento cancrum, ut videtur, mammæ adgreſſus eſt, eum quidem ſanavit, fatetur tamen ingenue, & rediiſſe malum, & linguam infeciſſe, & ægrotam interemiſſe. Alium cancrum inciſione, & ruptorio, & debitis evacuationibus adgreſſus tantum profecit, ut incantanti mulieri laus curationis tribueretur. Haller. V. *pag.* 3.

Petrus de la Cerlata in *oper. chirurg.* pag. 13. (f) cancrum in mamma curatum redire in altera: in eo malo verbaſcum laudat. Pag. 49. b. cancrum non debere adtingi, & funeſtum effectum ſe vidiſſe admoti ruptorii (cauterii). Haller. V. *pag.* 269.

J. Matthias de Ferrariis in *conſilior. ſecundum vias* &c. *conſil.* 98. pro cancro non exulcerato. Walth. V. *pag.* 372.

Bartholomæus de Montagnana in *conſil.* 12. 26. de cancro mammarum, quem locum J. Burguer laudat: nihil utile ſe reperiſſe teſtatur celeberrimus Haller. V. *pag.* 372.

Antonius Guainerius in *opere medico* &c. agit etiam de cancro. Haller. V. *pag.* 372.

Udalricus Binderus in *epiphanior. med. epiph.* 3. pag. 197. de cancro & ejus cura. Walth. V. *pag.* 275.

Antonius Cermisonus in *conſiliis med. conſil.* 2. ad cancrum confirmatum. Walth. V. *pag.* 372.

(d) Edit. Francof. 1680. 4. (e) Edit. Venet. 1499. fol. (f) Edit. Venet. 1520. fol.

ANTONIUS BENIVENIUS *de abditis rerum cauſis* cap. 72. cancer faciei diu toleratus, funeſtus cum medicamentis exaſperaretur. HALLER. V. *pag*. 362.

JOHANNES de VIGO in *practicæ* L. II. pag. 51. b. cancri reliquias ſublimato argento vivo jubet exſtirpare, quod ſibi gloriatur optime ſucceſſiſſe. Cancrum uteri cum curatione palliativa 26. annis eſſe toleratum. HALLER. V. *pag* 270.

ALEXANDER BENEDICTUS *de omnium a capite ad calcem morborum cauſis* &c. L IV. cap. 17. de narium carcinomate. WALTH. V. *pag*. 300.

SYMPHORIANUS CHAMPIER in *practicæ novæ* &c. L. V. pag. 482. (g) de carcinomate. WALTH. V. *pag*. 373.

GODOFREDUS STEGHIUS in *artis medicæ* L. XII. cap. 45. de cancro ſ. carcinomate non ulcerato. In L. XIII. cap. 23. de cancro ulcerato. WALTH. V. *pag*. 313.

JOH. STOCKERUS in *praxis aureæ* L. II. cap. 4. de cancro. WALTH. V. *pag*. 374.

PETRUS de BAYRO in *operis poſthumi* &c. L. XX. cap. 7. de curatione cancri. WALTH. V. *pag*. 374.

PHILIPPUS THEOPHRASTUS PARACELSUS *von der groſſen Wundarzney Berteoneæ* L. II. cap. 4. de cancro. In L. VI. de ulceribus cap. 3. de cancro. WALTH. V. *pag*. 272.

JOHANNES GUINTHERUS in *comment*. T. I. agit etiam de cancro. HALLER. V. *pag*. 421.

JOH. EICHMANN vulgo DRYANDER in *der ganzen Arzney* &c. etiam de cancro. HALLER. V. *pag*. 421.

J. FERNELIUS in *pathologia* agit de cancro. HALLER. V. *pag*. 273.

ANTONIUS FUMANELLUS in tract. *de compoſit. med*. cap. 75. de iis, quæ faciunt ad diſpoſitiones cancroſas. WALTH. V. *pag*. 375.

JOH. TAGAULT *de chirurgica inſtit*. L. I. cap. 15. de cancroſo tumore. In L. III. cap. 19. de cancro exulcerato. WALTH. V. *pag*. 6.

VIDUS VIDIUS *de curatione generatim* L. V. cap. 7. de cancro. WALTH. V. *pag*. 375.

CONRADUS KUNRATH in *medullæ deſtillatoriæ* &c. part. I. pag. 484. (h) ad cancrum. In P. II. pag. 398. ad cancrum. WALTH. V. *pag*. 397.

AMBROSIUS PARÆUS in *operum chir*. L. VI. cap. 26. de cancro. Cap. 30. de cancro mammarum. WALTH. V. *pag*. 301.

MAT-

(g) Edit. BASIL. 1547. 8. (h) Edit. HAMBURG. 1628. 4.

Matthæus Curtius, Ticinenſis Profeſſor. Ejus L. *de cancro & ejus natura & curatione.* Lion 1550. 8. Ordinem laudat Portalius.

Benedictus Textor. Ejus *de cancri natura & cura.* Lion 1550. 8. Haller.

Amatus Lusitanus in *curat. med. centuria* III. *curat.* 52. de cancro mammarum Walther. Ad cancrum ferro candente & ſublimato mercurio utitur, non feliciſſimo, quod fatetur, eventu. Haller. V. *pag.* 314.

J. Baptista Montanus in *conſil. chir. conſil.* 7. de cancro narium. *Conſil.* 18. de cancro mammarum. Walth. V. *pag.* 424.

Jodocus Lommius in *obſervat. med.* L. II. pag. 239. (i) de cancro. Walth. V. *pag.* 425.

Antonius Chalmetæus in *enchir. chir.* cap. 47. de cancroſo tumore. Unguentum ex ranis viridibus valde laudatur. Walth. V. *pag.* 274.

Gabriel Fallopius in L. *de ulceribus* &c. cauteria in cancro adhibere diſſuadet expertus. Decocto radicis chinæ ſe cancri dolores ſedaſſe. Haller.

Idem in L. *de tumoribus* part. 1. cap. 3. & 5. de cancro. In cancro occulto valde commendat radicem dracunculi Dioscoridis cum arſenico mixtam. Hujus medicamenti efficaciam ſe ſæpius expertum eſſe. Walth. V. *vuln.*

Guilielmus Rondelet in *meth. curand. morb.* L. II. cap. 24. de cancro. Walth. V. *pag.* 377.

Johannes Wier in *medicinalium obſervat.* L. I. cancer teſticuli ab emollientibus exulceratus & funeſtus. Haller. V. *pag.* 8.

Johannes Fragosus in *Chirurgia univerſal.* &c. a cancro exſtirpato mors. Fila ſicca cancro exſtirpato feliciter admota. Cancrum oris igne ſanavit. Haller. V. *pag.* 9.

Hieronymus Mercurialis *de morbis puerorum* L. IV. cap. 20. cancer uteri. Walth. V. *pag.* 362.

Franciscus Arcæus *de recta curandorum vulnerum ratione* T. II. cap. 3. de cancri mammarum in fœminis cura. In cancro exulcerato ſequens expertus laudat: ℞. *olei roſar.*, *omphacin.* ana lib. β. *ſevi hircini & vitulini cum unguento roſarum & populeo* ana unc. ijβ. *vini granator.* unc. ijβ. *ſucci ſolani*, *plantaginis*, *acetoſæ* ana unc. jβ. bulliant lento igne ad conſumtionem ſuccorum, colentur, adde *ceruſſæ* drach. ijβ. *lithargyri* drach. v., *plumbi uſti*, *antimonii* ana drach. x. *tutiæ* unc. jβ. *ceræ albæ* q. ſ. f. unguentum molle.

(i) Edit. Francof. 1643. 8.

molle. WALTH. In cancro amputando ARCÆUS ſola manu utebatur. HALLER. V. *vuln.*

MAURITIUS de la CORDE in L. *de morbis mulierum* &c. de cancro labiorum ſanato gallinis impoſitis. HALLER. V. *obſt. art.*

HORATIUS AUGENIUS in *epiſtolarum medicarum* L. V. *epiſt.* 4. & in L. XI. *epiſt.* 44. de cancri exulcerati non exquiſita curatione. WALTH. V. *pag.* 427.

VICTOR TRINCAVELLUS in *comment. de compoſit. medicam.* L. III. cap. 26. de medicamentis ad cancrum curandum. WALTH. V. *pag.* 378.

DOMINICUS LEONUS in *artis medendi* &c. Sect. III. L. VI. cap. 19. de cancro uteri. WALTH. V. *pag.* 378.

JOH. RIOLAN in *generali med. methodo* ſect. 3. cap. 9. de cancro. In *particulari med. meth.* ſect. 1. tract. 3. mammarum ſcirrhus & cancer. Sect. 4. tract. 2. de cancro uteri. WALTH. V. *pag.* 378.

J. MARTIN & PETR. ARTHUYS *E. cancer occultus incurabilis.* PARIS 1578. 4. HALLER.

BARTHOLOMÆUS CARRICHTER in *practicæ* &c. L. II. cap. 8. de cancro. WALTH. V. *pag.* 379.

JULIUS CÆSAR ARANTIUS in L. *de tumoribus* &c. cancrum incipientem ſolis medicamentis ceſſiſſe vidit. HALLER. V. *tumor.*

JUSTUS ORTLOPHUS MAROLDUS in *practicæ medicæ* &c. pag. 284. pro mitigatione cancri. Pag. 318. ad cancrum ſequens eſſe præſtantiſſimum: ℞. *mercurii ſublimati* unc. iij. cum ſucco apii fiat unguentum, extende ſuper corium partis exulceratæ latitudinem habens, & ſtet deſuper horas ſex, dolet enim multum, poſtea eo remoto appone axungiam porcinam veterem, ſequenti die iterum appone unguentum, ſtet duabus horis, rurſus de axungia horis tribus, tunc eleva cancrum & totam carnem mortuam videbis exire radicitus, deinde procede cum mundificativis, & conſolidantibus. Pag. 338. emplaſtrum ad cancrum exulceratum in mammis: calx nempe filicis cum melle bulliat in modum unguenti, impone cum panno linteo. WALTH. V. *pag.* 379.

JACQUES GUILLEMEAU. V. *obſt. art.*

MARCUS ANTONIUS MONTAGNANA, junior, nepos utriusque BARTHOLOMÆI, patris & filii, medicus Patavinus. Ejus *de herpete, phagedæna, gangræna, ſphacelo, & cancro.* VENET. 1589. 4. Res ex veteribus compilata. Sæpe citat ANTONIUM PLATUM LEONIUM chirurgum, quem valde laudat: ejus auctoritate & ſuo experimento didicit, cancrum reſectum facile redire. Curatio cancri cæterum ex AETIO absque chirurgia. Ita HALLER.

JOHAN-

JOHANNES CRATO in *epiſt. med.* L. II. pag. 399. oculi cancrorum præparatorum plurimum poſſunt in ſedandis cancri doloribus, ſi ex vino ve juſculo bibantur. Pag. 411. pulvis ad cancrum. *Epiſt.* 61. pro cancro. WALTH. V. *pag.* 380.

RODERICUS a FONSECA in *conſultationum med.* T. I. *conſul.* 43. pro cancro incipiente non ulcerato in mamma ſiniſtra. *Conſ.* 63. pro cancro non ulcerato in brachio. In T. II. *conſ.* 17. pro ulcere cancroſo, ſ. cancro ulcerato. WALTH. V. *pag.* 381.

J. BAPTISTA ZAPATA in *ſecreti varii* &c. ad cancrum pulvis ex antimonio & riſagalo. HALLER. V. *pag.* 429.

ANDREAS LIBAVIUS, Hallenſis, COBURGI ſedem fixit, ſcholæ director, calculoſus, Chemiæ deditus, neque tamen fanaticus aut Paracelſiſta, & plurima edidit opera. Primum a. 1588. *de ſummo & generali medendi ſcopo, quod nimirum in omni therapeuſi contraria contrariis ſunt curanda* BASIL. 8. Ejus *epiſtolæ variæ medicæ & conſilia* in *ciſta* J. HORNUNGI, NORINBERG. 1625. 4. Magna pars hujus voluminis fit epiſtolis LIBAVII ad SIG. SCHNITZERUM medicum Bambergenſem datis. In iis multa medicamenta etiam parum nota citat, ut Anglicum pulverem ex fuligine ad cancrum. Arſenico cancrum exulceratum non ſuperari, fuſe. Ita HALLER. (k)

PETRUS FORESTUS in *obſervat. med.* L. XVII. *obſervat.* 26. 27. cancer mammarum. WALTH. V. *pag.* 381.

EUSTACHIUS RUDIUS in *artis medicæ* &c. L. V. de tumoribus part. 1. cap. 21. pag. 186. de cancro. WALTH. V. *pag.* 382.

HERCULES SAXONIA in *panthei Medicinæ* &c. L. IV. cap. 20. de cancro uteri. WALTHERUS. V. *pag.* 362.

HIERONYMUS FABRICIUS in *operum chirurg.* L. I. de tumoribus, parte 1. cap. 27. de cancro. (cancrum in mamma ſanavit emplaſtro ſolanaceo. HALLER.) In *operationibus chir.* pag. 58. (l) de mammarum cancro. WALTHER. V. *pag.* 302.

GUILIELMUS FABRICIUS in *obſervationum chir. centuria* I. *obſ.* 89. tumores cancroſos emollientibus exacerbari. *Cent.* II. *obſ.* 78. ex lacte coagulato ſcirrhus cancroſus in mammis ſecutus. *Obſ.* 80. de abſciſione mammarum cancri. *Cent.* III. *Obſ.* 84. cancer linguæ graviſſimus. *Obſ.* 86. de cancro occulto. *Obſ.* 87. de cancri occulti periculoſa curatione. *Cent.* IV. *Obſ.* 73. & *epiſtolarum centuria* I. *epiſt.* 40. de cancro exulcerato. (In cancro medio materies eſt ſebo ſimilis. Cancer gulæ quater recrudeſcens HALLER.) *Cent.* V. *Obſ.* 28. de exciſione tumoris cancroſi in mala exiſtentis.

(k) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 282. (l) Edit. PATAV. 1643. fol.

tis. *Cent.* VI. *Obſ.* 75. de ſcirrho maligno & ejus cura. Ad cancroſos adfectus ſæpe cum fructu ſe applicuiſſe ℞. *unguent. diapompholig.* unc. iij. *theriacæ Venet.* unc. j. *ſaturni nitro calcinati*, & *aqua plantaginis loti* unc. ij. *ſucci geranii*, *ſ. herb. Roberti* q. ſ. ad juſtam conſiſtentiam unguenti. *Obſ.* 81. de cancro ulcerato. WALTHER. Contra arſenici in cancro uſum, & contra PHÆDRONEM, qui eo utebatur. HALLER. V. *pag.* 274.

BRUNO SEIDEL in L. *morborum incurabilium* &c. pag. 19. cancer an curari poſſit. WALTH. V. *pag.* 383.

LUDOVICUS MERCATUS in T. III. *de mulierum adfectibus* L. I. cap. 17. de cancro exulcerato. WALTH. V. *pag.* 383

NICOLAUS ABRAHAM FRAMBESARIUS in *canonum & conſult.* L. VII. *de tumoribus* L. V. cap. 7. cancri cura. WALTH. V. *pag.* 14.

HIERONYMUS KREBS. Ejus diſp. *de cancro.* WITTEBERG. 1595. 4. HALLER.

MARTINUS AKAKIA *de morbis mulier.* L. I. cap. 19. de cancro uteri & mammarum. WALTH. V. *pag.* 363.

JOH. SCHENK in *obſervat. rarar.* &c. L. II. *obſ.* 290. mamma cancroſa quomodo incidenda. *Obſ.* 294. 295. 296. 299. de cancro mammarum vario. WALTH. V. *pag.* 16.

JOHANNES JESSENIUS *inſtitutionum chirurg.* Sect. 3. cap. 20. etiam cancer mammarum. WALTH. V. *pag.* 384.

JOH. ZECCHIUS in *conſultat. medicinal.* &c. *conſult.* 40. de cancro dextræ mammæ. WALTH. V. *pag.* 384.

BARTHOLOMÆUS CABROL in *alphabet anatomique* &c. cancer ferro & igne exſtirpatus, ſed recidivus. HALLER. V. *pag.* 275.

MARTINUS FABRICIUS. Ejus diſp. *de cancro non ulcerato*, *ſ. apoſtematoſo.* BASIL. 1602. 4. HALLER.

FELIX PLATERUS *de doloribus* L. II. cap. 17. pag. 602. de uteri cancro. Pag. 842. cancri cura.

Idem in *obſervationum* &c. L. II. pag. 48. 84. 89. cancer mammarum. Pag. 490. &c. cancer in diverſis corporis partibus. WALTH. V. *pag.* 385.

RODERICUS a CASTRO *de univerſa morborum Med.* L. I. part. 2. cap. 21. de mammarum cancro: ſi cancer jam exulceratus fuerit, aqua aluminoſa ſuper ignitum laterem effundatur, ibique infrigidari ſinatur, in ea intinge linteum & ulceri applica, mirifice putridam carnem conteret. Cap. 24. de cancro uteri. WALTH. V. *pag.* 363.

FRANCIS. ELLAIN & SIMON. a CUBES *non ergo omnis cancer curabilis.* PARIS 1604. 4. HALLER.

JULIUS CÆSAR CLAUDINUS in *conſultat. & reſponſ.* reſponſ. 35. pro quodam carcinomate mammæ laborante.

Idem

Idem in *empiricæ rationalis* L. IV. ſect. 2. tract. 1. part. 1. cap. 4. de cancro mammarum.. WALTH. V. *pag.* 386.

CLAUDE CHAPUIS, *de St. Amour* ex Comitatu BURGUNDIÆ. Ejus *traité des cancers tant occultes qu' ulcerez.* LION 1607. 12. Amicus HILDANI, chirurgus, multum tribuit arſenicali vinculo, quo circumdati tumores abſque malo ſymptomate conſumantur, & quo in exemplo oculum feliciter amputavit. Cancro mammæ ſublimatum mercurium admovet in aqua forti ſolutum, adjecto ſale ammoniaco, quo mala caro conſumatur abſque venenato effectu, quem admotum arſenicum edat. Eſcharam deinde butyro ad lapſum diſponit, & cicatricem unguento calcinato PARACELSI inducit. HALLER.

BERNARDUS PENOTUS in *tract. ſpecificorum recept*, VERDUN. 1608. 8. pag. 74. camphoræ mirabilis vis ad cancrum ulceratum. WALTH.

CHR. (vel CAR.) RUMPF. Ejus *de cancro.* BASIL. 1608. 4. HALLER.

PETRUS PIGRAUS in *epitome præceptorum* &c. cancro reſecto ignem admovet. HALLER. V. *pag.* 17.

RUDOLPHUS GOCLENIUS in *Experimentirbuch* cap. 26. de cancro. WALTH. V. *pag.* 352.

J. SIG. RUDELIUS. Ejus *de carcinomate.* BASIL. 1609. 4. HALLER.

CHRISTOPHORUS GUARINONI in *conſiliis* &c. *conſil.* 371. de cancro mammarum. *Conſil.* 403. de cancro mulieris. *Conſil.* 534. de cancroſo tumore. WALTH. V. *pag.* 436.

SEBASTIANUS CORTILIO in *inſtit. chirurg.* L. IV. cap. 2. de cancro. WALTH. V. *pag.* 17.

DANIEL SENNERTUS in *Medicinæ practicæ* L. I. parte 3. ſect. 4. cap. 2. de cancro narium. In Lib. IV. parte 1. ſect. 1. cap. 11. de cancro uteri. Part. 3. ſect. 1. cap. 7. de cancro mammarum. WALTH. V. *pag.* 17.

JOH. HARTMANNUS in *praxis chymiat.* pag. 18. ſpiritus fuliginis ad cancrum. Pag. 56. carcinoma narium. WALTH. V. *pag.* 437.

PETRUS van der STYLLE in *chirurgiſchem Handbuche* FRANKFURT 1611. 8. (m) parte 2. cap. 10. de cancro. WALTH. Conf. *pag.* 48.

DIONYSII GUERIN & NIC. GIRAULD *non ergo cancri occulti ſanabiles.* PARIS 1611. 4. HALLER.

HIERONYMUS GUARGANTUS in *reſponſis variis* &c. aliqua habet de cancro mammæ. HALLER. V. 437.

GREGORIUS HORST in *obſervat. med.* L. IX. *obſ.* 3. pag. 423. medicamenta ad cancrum: laudat arſenicum, ſulphur, herbam agrimoniæ. WALTH. V. *pag.* 276.

(m) HALLER in *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 425.

Johannes Vigier in *operum chirurg.* L. I. cap. 25. de cancro non ulcerato: feliciter ſæpe ſe applicuiſſe ℞. *theriacæ Venet.* unc. j. *ſucci cancrorum*, *ſucci lactucæ*, *olei roſar.* ana unc. j. *vitell. ovorum ſub cineribus coctor.* num. ij. *camphoræ* drach. β. agitentur in mortario plumbeo & f. unguentum. In L. III. cap. 23. de cancro ulcerato. Cap. 36. de mammarum cancro exulcerato. Oleum ſaturni præ cæteris excellere, quod cancri malignitatem obtundat, dolores leniat, ſæpe cancros exulceratos cicatrice obducat. Walth. V. *vulnera.*

Petrus Poterius in *inſignium curationum* &c. *centuria* I. tumorem cancro adfinem, vermibus plenum, cauſticis ſuſtulit. Haller. In *cent.* II. cap. 53. de carcinomate. Cap. 58. de carcinomate in labiis, alias noli me tangere: parte affecta balſamo mercuriali bis in die inuncta, hoc unico præſidio miraculi inſtar ſublatum eſſe tumorem. In *cent.* III. cap. 46. de uteri tumore (cancro) Walth. V. *pag.* 387.

Guilielmus Ballonius in *conſiliorum med.* L. I. *conſil.* 96. pro cancro uteri. In L. III. *conſil.* 26. de tumore cancroſo. Walth.

Idem in *paradigm.* &c. a pilo evulſo cancer. Haller. V. *pag.* 387.

Franciscus Peccetti in *Chirurgiæ* L. I. cap. 30. de cancro. Ad corroborationem partis poſt cancri curationem prodeſt linimentum ex pulvere lapidis molendini, aut lutum illud, quod ex cote ſive rota reſultat, dum ferramenta acuuntur, idque vel per ſe vel cum oleo myrtino, aut ſempervivi ſucco, aut ſolani, aut plantaginis mixtum & illinitum. Pro cura palliativa cancri exulcerati ad dolorem ſedandum efficaciſſime operatur oleum ovorum in mortario plumbeo tamdiu agitatum, donec ſpiſſitudinem acquirat. Walth. V. *pag.* 18.

Franciscus Joel in *operum med.* T. III. L. III. ſect. 3. cancri mammarum. Walth. V. *pag.* 18.

Theodorus Corbæus in *pathologiæ* &c. L. II. cap. 1. de cancro mammarum. Sect. 5. cap. 9. de cancro. Walth. V. *pag.* 315.

Philippus Müller in *miraculorum & myſt.* L. V. pag. 134. ad cancrum. Walth. V. *pag.* 388.

Henricus Petræus in *Handbüchlein* &c. tract. 9. cap. 11. de carcinomate. Cap. 14. de cancro. Walth. V. *pag.* 18.

Lazarus Riverius in *obſervationum med.* &c. *centuria* I. *obſ.* 97. cancer. In *obſ. communicat. obſ.* 20. & 21. de cancro. In *cent.* IV. *obſ.* 57. fovea in mamma (a cancro occulto).

Idem *praxis medicæ* L. V. cap. 10. de cancro uteri. Walth. V. *pag.* 388.

Aber-

ABERNETHE' in *quæſtionibus medicis Monſpelienſibus* anni 1617. quærit an cancri in mamma curatio ſcindentibus, cauſticis, vel rodentibus tentanda. HALLER.

MELCHIOR SEBIZ in *manual. ſ. ſpecul. med.* T. I. parte 2. ſect. 7. cap. 9. ad naſi cancrum. WALTH. V. *pag.* 364.

PAULUS ZACCHIAS in *quæſt. med. legal.* L. III. T. II. *quæſt.* 3. mulierum cancros in mammis ſimulantium hiſtoriæ. In T. III. *conſ.* 8. de cancroſo quodam pectoris tumore ulcerato. WALTH. V. *chirurg. forenſ.*

HENRICUS ab HEER in *obſervationibus medicis* &c. etiam uteri carcinom. ta. HALLER. V. *pag.* 364.

J. HORNUNG in *ciſta medica* &c. de cancro fuſe agit. D. ANTONII FUCHS circa a. 1577. probata, & a PENOTO repetita medicamenta ad cancrum, pro quibus etiam teſtimonia adferuntur. Ex arſenico, fuligine metallica & radice ſerpentariæ componebantur. HALLER. V. *pag.* 440.

J. RUPERT SULZBERGER. Ejus *de cancro.* LIPS. 1625. 4. HALLER.

PHILIPPUS SALMUTH in *obſervationum med. centuria* II. pag. 71. cancer ingentis magnitudinis. *Pag.* 109. medicamenta plumbata ab omnibus ſumme commendari. WALTH. V. *pag.* 442.

PETRUS JOH. FABRUS in *chirurgiæ ſpagiricæ* ſect. 3. cap. 11. de cancro.

Idem in *myrothec. ſpagir.* L. III. cap. 16. de quinta eſſentia arſenicali, quæ cancrum abſque ullo fere dolore exſtinguat. WALTH. V. *pag.* 442.

ARNOLDUS WEICKARDUS in *pharmacopeæ domeſt.* L. I. cap. 9. pag. 170. cancer mammarum. Cap. 19. pag. 362. uteri cancer. In L. IV. cap. 1. pag. 536. cancer. Mirifice prodeſt cynogloſſa viridis in vini & aquæ part. æqual. cocta, & loco dolenti impoſita. Pag. 538. ad cancrum ulceratum. WALTH. V. *pag.* 389.

ZACUTUS LUSITANUS *de medicorum principum hiſtor.* T. I. L. II. *hiſt.* 29. de cancro.

Idem in *praxis medicæ* &c. L. I. *obſ.* 125. cancri memorabile exemplum. *Obſ.* 126. cancri ſuper oculum enati hiſtoria rariſſima. WALTH. V. *pag.* 389.

SAMUEL HAFENREFFERUS in πανδοχειον &c. L. II. cap. 7. de cancro. WALTH. V. *pag.* 412.

JACOBUS PRIMEROSIUS in *enchiridii* &c. *pag.* 93. & 197. cancer. WALTH. V. *pag.* 443.

J. PHARAMOND RHUMEL in *baſilic. chym.* pag. 36. ſingulare remedium contra cancrum. WALTH. V. *pag.* 443.

MARCUS AURELIUS SEVERINUS *de efficaci med.* parte 2. de ſectionibus cap. 134. de cancro mammarum. WALTH. V. *pag.* 303.

JOH. WALÆUS in *meth. med. breviſſ.* pag. 127. cancer.

Idem in *Medicinæ pract.* L. II. cap. 25. cancer. WALTHER. V. *pag.* 390.

JOHANNES AGRICOLA in *commentariis in* POPPIUM varia recenſet ad cancrum medicamenta.

Idem in *Chirurgiæ parvæ* tract. 5. pag. 566. de cancro. WALTH. V. *pag.* 21.

WOLFGANG HOEFER in *Herculis med.* L. V. cap. 1. pag. 243. cancri curatio. WALTH. V. *pag.* 390.

HEINRICH BOETZO *de cancro, morbo illo fœdo & curatu difficili.* LIPS. 1640. 4. HALLER.

GODOFREDUS MOEBIUS. Ejus diſp. *de cancro.* JEN. 1644. 4. HALLER. V. *obſt. art.*

NICOLAUS TULPIUS in *obſervationum med.* L. I. cap. 9. (vel 47.) cancer per 50. annos innoxius. L. III. cap. 51. carcinoma femoris (cancer erat immanis 17. annis ſolo plumbo ſuſtentatus. HALLER). In L. IV. cap. 7. cancri contagium. Cap. 12. (vel 13.) cancer oſſis. WALTH. Cap. 38. cancer veſicæ. ALBERTI. V. *pag.* 22.

THOMAS BARTHOLINUS in *hiſtoriarum anatom. centuria* I. *hiſt.* 7. mercurius ex mamma cancroſa ſtillans. *Hiſt.* 58. fungus cancroſæ mammæ. In *cent.* V. *hiſt.* 100. cancer in mamma exulceratus feliciter exciſus. In *cent.* VI. *hiſt.* 21. carcinomatis in abdomine ſectio. WALTH.

Idem in *Act. Hafnienſ. Vol.* I. *obſ.* 17. cancer mammæ feliciter exciſus. HALLER. V. *pag.* 23.

JOHANNES V. HORNE in *μικροτεχνη* &c. per mammam amputandam duas acus trajicit. Vulgarem eſſe, neque metuendam cancri mammarum amputationem. HALLER. V. *pag.* 23.

JOH. JOHNSTONUS in *ideæ univ. Med.* L. VI. tit. 1. cap. 4. articul. 2. de cancro. In L. IX. tit. 8. artic. 2. de cancro & magnitudine mammarum. WALTH. V. *pag.* 391.

CHRISTIAN LANG. Ejus *de cancro in genere.* LIPS. 1661. 4. HALLER. V. *obſt. art.*

J. DAVID RULAND in *pharmacop.* pag. 113. ad cancrum mammarum medicamentum ex limatura cupri, ferri, & cort. granatorum. WALTH. V. *pag.* 449.

JOSEPH SCHMIDT in *Spiegel der Wundarzney* Sect. 2. pag. 267. de cancro. WALTH. V. *pag.* 23.

ECCAR-

Eccardus Leichner, per multos annos Profeſſor Erfordenſis, anno jam 1645. contra Harveium ſcripſerat. Ejus diſp. *de cancro.* Erford. 1687. 4. Haller (n).

Johannes Schilling καρκινωματος σκιαγραφια. Argentor. 1649. 4. Haller.

Conrad Victor Schneider. Ejus *de cancro.* Witteberg. 1666. 4. Haller. V. *pag.* 450.

Dominicus Panarolus in *iatrologiſmorum* &c. *pentecoſt.* IV. *obſ.* 33. cancer horrendus verrucæ ſimilis in axilla. Walth. V. *pag.* 25.

Martinus Schmuck in tract. *de occulta magico-magnetica cura* pag. 36. ad cancrum. Walth. V. *pag.* 451.

Joh. Scultetus in *armamentarii chirurgici* pag. 147. de abſciſione mammæ carcinomate affectæ. Ibid. in *obſervationum chirurgicarum obſ.* 33. cancer labii inferioris exulceratus. *Obſ.* 44. cancer mammæ exulceratus & exciſus. *Obſ.* 46. cancer mammæ parvus & occultus a menſium ſuppreſſione medicamentis reſolutus. *Obſ.* 47. cancri dolores in mamma mitigati. Ita Alberti. *Obſ.* 52. 54. 55. 56. dolores cancri. Præſtantiſſimum cancri anodynum fit ex linimento ſimplici cerato ex elæo & ol. myrtin. miſto. *Obſ.* 61. cancer incurabilis. Ita Walth. V. *inſtrum. chirurg.*

Petrus Borellus in *hiſtoriarum & obſervat.* &c. *centuria* II. *obſ.* 51. narium cancri cura: plurimi ſanati ſunt onopordi contuſi ſucco, qui ſæpe admoveri debet, imo & herba contuſa. *Obſ.* 67. ad cancrum. Walth. V. *pag.* 25.

Baldassar Timæus in *caſuum med.* L. IV. cap. 39. 40. cancer occultus & ulceratus. Walth. Cancer ex labio fiſſo ſanatus. Cancer mammæ plumbeorum præſidiorum uſu multis annis pene innocuus. Cancer labii feliciter exciſus. Haller. V. *pag.* 26.

Petrus de Marchettis in *obſervationum medico-chirurg.* &c. *obſ.* 29. cancer exulceratus in naſo ſolo uſu unguenti de ceruſſa ſanatus. Walther. In labio ſcalpello exciſus cancer. Haller. V. *pag.* 26.

J. Jacobus Wepfer in *obſervationum medico-pract.* &c. Pag. 978. 979. cancer colli, ejus hiſtoria & cura. Pag. 839. 840. cancroſum miaſma quomodo expugnandum. Mammæ cancroſæ ablatio & conſolidatio. Pag. 875. cancroſi tumoris ſigna quædam diagnoſtica. Pag. 879. cancer auris dextræ, ejus hiſtoria. Pag. 979. ad cancros fomentum. Alberti.

Idem in tract. *de cicuta aquatica* a cancro, etſi ſummos excitante dolores, tamen nullas convulſiones cieri. Cancrum facile alio in loco repullulare. Haller. V. *pag.* 27.

Joh.

(n) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 708.

JOH. ANDREAS SMITZIUS in *Medicinæ practicæ* pag. 31. cancer. WALTH. V. *pag.* 316.

HENNING (vel HENSING) GREGORIUS. Ejus *de cancro mammarum.* FRANECKER 1661. 4. HALLER.

PAULUS AMMAN. Ejus *de cancro mammarum.* LIPS. 1669. 4. HALLER.

Idem in *Medicinæ criticæ* &c. *caſ.* 37. 94. cancer mammarum. WALTHER. V. *chirurg. forenſ.*

ROBERTUS BOYLE in *conſiderations* &c. HARBERFELDIUM chemico vitriolico liquore certo cancros curaſſe. HALLER. V. *pag.* 28.

PHILIPP JACOB. SACHS in *gammarologiæ* &c. L. II. ſect. 2. cap. 4. medicamenta ad cancrum. WALTH. V. *pag.* 453.

PETRUS MICHAEL de HEREDIA in *operum. med.* T. IV. L. II. *de morbis mulierum* diſpoſit. 9. cap. 34. de cancro exquiſito & ejus cura: ſi ardor nimis moleſtat, ranæ vivæ per medium ſciſſæ applicatæ & denuo mutatæ ſummo ſunt auxilio; dolor mitigatur & tumor mira proprietate reſolvitur. Cap. 35. de cura cancri exulcerati. Pag. 229. medicamenta ad cancrum exulceratum. Pag. 240. laudat calcem vivam cum melle miſtam, in vaſe fictili exuſtam, & in pulverem redactam; & pulverem ex vitriolo, alumine, auripigmento, viridi æris, & ſale gemmæ compoſitum. WALTHER. V. *pag.* 454.

EBERHARDUS GOEKEL in *obſervationum & curationum* &c. *centuria* I. *conſil.* 58. cancer in femore dextro lethalis. *Cent.* II. *conſ.* 60. cancer exulceratus magnus pond. 4. in ſiniſtri femoris ſuperiori parte exciſus. *Conſ.* 70. cancer mammæ ſiniſtræ. *Conſ.* 100. cancer occultus in mamma dextra. ALBERTI. V. *pag.* 29.

PETRI ALLIOT *E. phænomena carcinomatis* αγωνιςικως *curari poſſunt arcano alcali remedio.* PARIS 1665. 4. recuſum in ETTMULLERI *Chirurgia medica.* HALLER.

FRANCISCI BLONDEL *epiſtola ad* ALLIOTUM *de cura carcinomatis absque ferro vel igne.* PARIS 1665. 4. ALLIOTUS medicamentum parabat ex arſenico rubro, in aqua forti ſoluto, addito ſaturni aceto, donec nihil ultra præcipitaretur; pulverem ad fundum vaſis dejectum duodecies aqua ſimplici eluebat, quoad ea inſipida deflueret, deinde ſpiritu vini quinquies vel ſexies deſuper incenſo mitigabat. HALLER.

J. WOLLEB *de cancro mammarum.* BASIL. 1667. 4. HALLER.

OLAUS BORRICHIUS in *Act. Hafn. Vol.* I. *obſ.* 72. de cancro mammæ a PETRO ALLIOT curato, cum ALLIOTI diſſertatione. HALLER.

GEORG.

Georg. Hieronymus Welsch in *obſervationum phyſico-med. hecaſt.* II. *obſ.* 42. p. 24. cancer faciei cerato curatus. Alberti. V. *pag.* 30.

Johannes Muraltus in *Schriften von der Wundarzney* &c. cancroſæ mammæ funeſta amputatio, Tumor cancroſus vaginæ vinculo ablatus.

Idem *E. N. C. Dec.* II. *ann.* III. *obſ.* 125. cancer, quem vocat penis ſanatus. Haller. V. *pag.* 30.

J. Henricus Meibom. Ejus *de cancro mammarum.* Helmstadt. 1673. 4. Haller. V. *oſſ. morb.*

Simon Schulze. V. *pag.* 32.

Paulus de Sorbait. V. *pag.* 33.

Ehrenfried Hagedorn in *obſervationum & hiſt.* &c. *centuria* III. *hiſt.* 72. cancer mamillæ ſiniſtræ exciſus. Alberti. V. *pag.* 33.

Georgius Wolfgang Wedel. Ejus *de cancro mammarum.* Jen. 1704. 4. Haller. V. *pag.* 34.

Fridericus Lossius in *obſervationibus med* cancer exulceratus faciei & naſi curatus, ſalivatione per argentum vivum mota. Haller. V. *pag.* 34.

J. Baptiste Denis in *conference* L. II. refert Raulinum multoties cancroſas mammas feliciter amputaſſe. Haller. V. *pag.* 36.

J. Nicolaus Pechlin. V. *pag.* 37.

J. Nicolaus Binninger in *obſervationum & curat. centuria* IV. *obſ.* 43. cancer mammæ ſiniſtræ. Alberti. V. *pag.* 37.

Augustinus Henricus Faschius. Ejus *de cancro occulto.* Jen. 1688. 4. Haller. V. *veſicat.*

Antonius Molinetti in *diſquiſitionibus* &c. cancrum balani ſanavit amputatione. Haller. V. *pag.* 459.

Rudolphus Wilhelmus Krause. Ejus *de cancro.* Jen. 1713. 4. Haller. V. *hern.*

Raymundus Fortis. V. *pag.* 42.

Abraham Blendinger. Ejus diſp. *de cancro.* Erford. 1677. 4. Haller.

Dionysius van der Sterre in *genees en heelkonſtige practyc* &c. cancer oris & linguæ ſanatus. Cancroſa mamma tota cum univerſa cute ſubito feliciter amputata. Haller. V. *pag.* 48.

Jerem. Loss, Profeſſor Wittebergenſis. Ejus diſp. *de cancro mammarum.* Witteberg 1682. 4. Haller.

Dionys Dodart & J. Boudin *ergo cancro hydrargyrum.* Paris 1682. 4. Haller.

In

In *Act. Eruditorum Lipſienſ. ann.* 1692. *Menſ. Jun.* pag. 269. cancri exſtirpatio. *Ann.* 1695. *Mart.* p. 125. cancer quis occultus dici meretur. *Ann.* 1699. *Febr.* p. 74. cancroſis ulceribus ſuffumigium cinnabaris medetur. *Ann.* 1700. *Jun.* p. 254. in cancroſæ mammæ doloribus ſedandis vis radicis *ſeleri* (apii). *Aug.* p. 370. cancer mammæ notabilis. *Ann.* 1701. *Mart.* p. 110. 111. cancer quando narcoticis curandus. *Jul.* p. 304. 312. cancri natura & cura; p. 305. cancri cauſa in partibus ſolidis; p. 307. cancer exulceratus ab exulceratione cancroſa diſtinguendus; cancri accretio ut fiat; cancer occultus dolorem non ſemper conjunctum habet; p. 309. cancer quando operationes chirurgicas admittat; cancri per eſcharotica cura non improbanda; p. 310. cura palliativa per topica caute inſtituenda; in cancro occulto cura temeraria; p. 311. cancroſa exulceratio quomodo tractanda. *Ann.* 1704. *Sept.* p. 428. cauſa cancri occulti. *Ann.* 1709. *Mart.* p. 132. mammæ cancroſæ amputatio ſine filo aut tenaculo. *Ann.* 1714. *Aug.* p. 377. cancri rariores. *Ann.* 1716. *Apr.* p. 190. cancer penis per topica ut curandus. *Ann.* 1723. *Mart.* p. 93. cancer inuſitatus. *Ann.* 1725. *Aug.* p. 332. cancri cura. In *ſupplement.* III. p. 179. cancer in mammis exulceratus quando curetur; p. 313. cancri non exulcerati natura & curatio. ALBERTI. V. *pag.* 49.

J. LAURENTIUS FEHR. V. *pag.* 50.

GUNTHER CHRISTOPH. SCHELHAMMER in poſthumi operis *de re medica* T. III. cancrum gingivæ ſe feliciter reſecuiſſe, nullo ſuperſtite malo. HALLER. V. *pag.* 50.

JOHANNES MUYS in *Podalirio redivivo* &c. cancer mammæ bono eventu amputatus. HALLER. V. *pag.* 51.

VITUS RIEDLIN in *obſervationum med. centuria* II. pag. 5. cancer oculi ſiniſtri. *Cent.* III. pag. 6. cancer labii inferioris.

Idem in *linearum med. ann.* I. *Oct. obſ.* 3. p. 326. cancer mammarum exulceratus. *Obſ.* 29. p. 355. cancer non dolens.

Idem in *curarum med. cur.* 408. ſalivatio mercurialis cancro parum conferens. ALBERTI. V. *pag.* 52.

J. WILHELM. OTT. EGGERS diſp. *de carcinomatis malignitate, ejusque cura.* ALTDORF. 1685. 4. HALLER.

CORNELIUS STALPART van der WIEL in *centum & quinquaginta adnotationibus* &c. cancer de uteri collo ligando remotus. HALLER. V. *pag.* 56.

GUALTHERUS HARRIS in *diſſert. med.* diſſ. X. de cancro. A levi guſtu liquoris cancroſi mors miſerabilis, & ab odore. Non placet noſtro cancroſæ mammæ amputatio. HALLER. V. *pag.* 339.

PETRUS DIONIS in *cours d'operations* &c. cancrum mammæ in ſacrarum virginum cœnobiis perfrequentem eſſe. De variis cancri antidotis: ſanari obſtru-

obſtructas glandulas, ſed eas non debere pro cancris haberi. Cancrum ſola manu juſſit ſuſtentari, dum cultro reſecabatur. HALLER. V. *pag.* 304.

J. BAPTISTA VERDUC in *traité des operations* &c. exempla aliqua mammæ cancroſæ feliciter ablatæ. HALLER. V. *pag.* 305.

CONRADUS HORLACHER. Ejus *dreyfacher chirurgiſcher Wundarzt, der Krebs, Kropf, und Naſegewächs-Heilung.* ULM. 1697. 8. HALLER. V. *venæ ſect.*

ADRIANUS HELVETIUS in tract. *de cancro* deſcribit forcipem dentibus ſcindentibus ad cancrum comprehendendum excogitatam. Medicamenta aliqua ad cancrum: eum derivat ab humore coacto. HALLER. V. *hæmorrhag.*

J. JAC. ESPICH. Ejus diſp. *de cancro.* ARGENTOR. 1691. 4. HALLER.

La gueriſon du cancer au ſein. ROUEN 1693. 8. HALLER.

WALTHER SCHOUTEN. V. *tumores.*

FRID. HOFFMANN in *Medicinæ conſultatoriæ* T. XI. aliqua habet ad cancrum occultum. HALLER. V. *pag.* 394.

PETRUS VERDUYN in *obſervationibus chirurgicis* de cancro ex avulſa barba nato. HALLER. V. *pag.* 69.

GUILIELMUS RIVIERE inter ejus *quæſtiones XII.* MONSPEL. 1696. eſt *Ergo cancro, ſcrophulis, lui venereæ panacea mercurialis.* HALLER.

PAULUS BOCCONE. V. *pag.* 70.

PETRUS ANTONIUS LEPY & EDMUND CLAUDIUS BOURRU, auctor, *E. ſatius eſt catheterem in media ſuæ curvationis parte foraminulo utrinque pertundi quam verſus apicem.* PARIS 1766. 4. Addita eſt icon catheteris in viis urinariis poſiti: duplex ei non ſimplex curvatura eſt; ſed primus

mus arcus deorſum cavus, alter ſurſum, in cujus principio foramen patet. HALLER.

J. CHRIST. ANTON. THEDEN. Ejus *Sendſchreiben an den berühmten Herrn Profeſſor* RICHTER *in Göttingen, die neuerfundenen catheter aus Reſina elaſtica betreffend.* BERLIN 1777. 8. Inventi ſui vitia, quæ ſingulari dexteritate & perſpicacia celeberrimi RICHTERI detecta ſunt, ſe emendaſſe ait auctor. Reſina hæc neque ſpiritu vini, neque aqua bulliente ſolvitur, ſed utique oleo nucum, ut vim tamen elaſticam amittat. Ætheris puriſſimi uncia reſinæ drachmam ſolvit, non ablata elaſticitate. In pulverem teri nequit Ejus ſolutionem in naphtha vitrioli MACQUERUS detexit, qui & primus reſinam hancce ad catheteres conficiendos adhiberi ſuaſit methodo ſequenti: cereolus reſina elaſtica ſoluta tamdiu obliniatur, donec debitum robur acquiſiverit; cereolus deinde in aqua ebulliente liquefiat. Verum fiſtula talis nulli corpori firmo innixa facile a ſphinctere veſicæ comprimi poterit. Pro baſi itaque THEDENIUS filum metallicum ſumit, debite craſſum, ex quo canalem ſpiralem efformat, quem poſtea reſina ſoluta ad juſtam craſſitiem obducit. Ejusmodi catheter metallicis aliis, quamvis etiam flexibilibus, præferri meretur, ideo quod facile ab imperita quoque manu in urethram dari, ac diu ibidem absque ægri moleſtia relinqui poſſit. Catheter ſic conſtructus id adhuc vitii habuit, quod ſub extractione pars catheteris a contracto ſphinctere veſicæ compreſſa, atque diſtractis ab invicem ſpiris intercepta retineretur. Id incommodum correxit auctor filis ſericis ſupra ſpiralem fiſtulam longitudinaliter ductis, ut ſic firmatæ ſpiræ figuram canalis immutatam ſervent. Modus catheterem applicandi. Diutius in urethra hærens catheter a calore corporis plerumque tam mollis fit, ut non niſi frigore iterum induratus in uſum trahi queat. Pretio ſex imperialium venditur. (Celeberrimus RICHTER (a) ita refrigeratos catheteres certum rigiditatis gradum adquirere putat, hinc fieri, ut incurvari nequeant, quin ſimul fiſſuras transverſas facile contrahant. Quamquam autem uſum ſuum propterea non amittant, ſuadet tamen calefaciendos eſſe parumper, antequam iterum applicentur. Porro teſtatur alias etiam a THEDENIO fiſtulas ex eadem reſina ad diverſos uſus chirurgicos elaboratas eſſe, & nuper ab eo ſe obtinuiſſe inſtrumentum ad lac e mammis exſugendum, marſupio reſinoſo, aptoque orificio vitreo mammis admovendo conſtans, quod ipſo vel aſpectu ſatis commodum appareat.) V. *pag.* 211.

Le BLANC. V. *pag.* 311.

ALEXANDER CELLAI, chirurgus noſodochii Sanctæ Mariæ novæ. Ejus libellum ex Italico vertit JOHANNES DAVID HOMBERG cum titulo: *Betrachtung über das Verfahren den Urin aus der Blaſe zu ziehen, nebſt Beſchreibung eines beſonderen Inſtruments, mit welchem man ſicher denje-*

(a) In *chirurgiſch. Bibl.* 4. *Band.* 3. *Stück* p. 530.

nigen Urin abziehet, der mit dem Catheter nicht abgeführt werden kann. Breslau 1775. 8. Libellus utilis, ſed dictio incomta, ordo malus, minutiſſime quædam ad nauſeam usque, obiter alia & obſcure pertractata. Nec ideo auctor ſua fraudandus eſt laude, qui primus inſtrumentum invenit, quale nec aut Anglis, aut Gallis, gentibus cæteroquin ad nova artificia excogitanda aptis, contigit invenire. Simplex eſt hoc inventum: catheter nempe, cui ſipho cochleæ ope adjungitur ad urinam, ſi craſſa fuerit, e veſica expediendam. Ita Tode (b). Verum hoc inſtrumentum non ſatisfecit expectationi. Ita Richter.

CAUTERISATIO.

Hippocrates in libro *de aëribus, aquis & locis* agit de Scytharum uſtionibus robori artuum augendo deſtinatis.

In L. *de locis in homine* agit de cauteriis. De cruſtis inurendis in hydrope, ad tumorem lineis; de vena exurenda.

Quis eſt liber *de inuſtionibus & fonticulis* Hippocrati inſcriptus cura P. Barre, Lion 1681. 12.? Ita Haller. Vide *pag.* 286.

Euryphon, coævus Hippocratis phthiſicis eſcharas pariter inurebat (a). Haller.

Aristoteles, Nicomachi filius Stagirites, celeberrimus philoſophus, cum juvenis voluptatibus obſecutus fuiſſet (b), ab egeſtate coactus ſeplaſiam aperuit, & medicamenta vendidit pharmacopola (c); Medicinam demum ipſam excoluit, neque voluit medicamentum ſumere niſi explicata (d) ratione, qua operaretur (e), & cauſa ob quam præſcriberetur. Alexandri M. præceptor, Lycei præſes, auctor ſectæ peripateticæ. Hippocratis ſcripta legit, ut paſſim diſſentiret. Denique Chalcide ſumto aconito obiit. Plurimæ ſunt editiones. Cum commentariis Petri de Apono & repertorio Petri de Tussigniano ex verſione Theodori Gazæi prodiit Venet. 1518. fol. Hallerus uſus eſt editione Septalii Græce & Latine cum peramplis commentariis Lion 1632. fol. In *Probl.* V. cap. 31. agit de temporum uſtione.

Aristotelis tract. de Chirurgia non dubie pſeudonymus eſt, qui exſtat in libris B. R. Par. I. n. 349. Haller.

Themison jecoroſis jubet mederi cauteriis aut ferro (f). Haller. V. *hirudin.*

A.

(b) In *mediciniſch- chirurg. Bibl.* 5. *Band.* 1. *Stück* p. 59. (a) Galen. VII. *aphor.* 44. (b) Timæus, Ælianus. (c) Ælian. *var.* L. V. c. 9. (d) Idem L. IX. c. 22. (e) Ibid. c. 23. (f) Apud Cælium *tard.* L. III. c. 4.

A. Cornelius Celsus in L. VII. agit de Afrorum aduſtionibus. Haller. V. *pag.* 287.

Aretæus in *diut. cur.* L. I. cap. 2. ignem admovet ad curandos lienis ſcirrhos. Haller V. *pag.* 291.

Cælius Aurelianus ſæpe utebatur cauteriis in iſchiade (g). Frequenter urebat lienoſos & jecoroſos (h). Haller V. *pag.* 293.

Archigenes in paralyſi juſſit in medullæ ſpinalis ſede & in vertice cauteriis uti (i). Veteres uſtione eſſe uſos, multos eſſe eo remedio ſanatos (k). Haller. V. *pag.* 319.

Leonides agit de cauteriis (l). Haller. V. *pag.* 320.

Antyllus cauteria in ore, nare, aure, pene, per cannulam admovet obvoluta pannis madidis (m). Haller. V. *pag.* 406.

Rhazeus in L. *de affectionibus juncturarum* cauterii in femore uſum deſcribit. Haller. V. *pag.* 265.

Haly Abbas in *practicæ* L. IX. de cauteriis agit. Haller. V. *pag.* 295.

Avicenna. Ejus *liber fiſtularum & de cauterizationibus* exſtat M. S. in Collegio Caj. Gonvil n. 844. Haller. V. *pag.* 267.

Albucasis in L. I. cauteriorum ſuorum & utilitatem fuſe laudat, & per ſingula: latiſſime enim ignis utilitatem patere perſuadetur, & inciſioni ſæpe præfert. Varias illas in capite uſtiones ad os uſque urget, id ut deoperiat. In paralyſi etiam & apoplexia, & epilepſia caput urit, inque trichiaſi, ut tamen etiam lapide infernali utatur (ex ſapone & calce viva parato). Sic in fiſtula lacrumali os nudat, urit & cædit. Amburit etiam os, plumbo per fiſtulam infuſo. In pulmonum frigida humiditate ramoſo ferramento tribus ſimul locis urit; ſic alam, ad humeri luxati ob copioſum & craſſum humorem labilitatem. Abſceſſum hepatis ferramento candente aperit. In hydrope & abdomen urit & pedes, tum renum regionem in dolore ejus viſceris; & femur ab humore nimio expulſum. Aquam phagedænicam indicat, quæ vires alcali & calcis vivæ unit Etiam in hernia inguinali repoſito inteſtino ad os uſque urit. Haller. V. *pag* 267.

Guilielmus de Saliceto in L. V. de cauteriis agit, cum iconibus. Haller. V. *pag.* 268.

Lanfrancus in *practicæ* &c. pag. 242. ſeqq. ferro ignito variis in morbis utitur. Cauteria varia dat depicta. Haller. V. *pag.* 2.

Guy de Chauliac in *Chirurgiæ magnæ* pag. 96. b. (n) male, inquit, cauteria nuper negligi, quod idiotæ fere iis uterentur. Haller. V. *pag.* 297.

(g) *Tard.* L. V. c. 1. (h) Ibid. L. III. c. 4. (i) Aetius L. X. c. 28. (k) Ibid. L. III. 4. c. 3. (l) Apud Aetium L. VII. c. 92. (m) Apud Actuar. L. XIV. c. 7. (n) Edit. Venet. 1546. fol.

JOHANNES ARCULANUS in *practicæ medicæ* pag. 56. b. (o) cauterium laudat ex *capitello* factum, ad lacrumalem fiſtulam. HALLER. V. *pag.* 373.

PHILIPPUS THEOPHRASTUS PARACELSUS in *operis chirurgici* &c. L. I. de vulneribus: agit de combuſtione, quæ fit aqua ſtygia. In L. II. de apoſtematibus: contra cauteria. HALLER. V. *pag.* 272.

ANTONIUS FUMANELLUS. Ejus *de uſtione capitis in oculorum & pulmonis morbis; de fractura calvariæ; de vulnere pectoris & pulmonis* in operibus omnibus BASIL. 1543. 4. HALLER. Conf. *pag.* 375.

HIERONYMUS CARDANUS. Ejus *de ſubtilitate* L. XXI. BASIL. 1550. fol. 1552. fol. 1560. 8. In L. VII. lapidem cauſticum ex ſapone & calce viva deſcribit. HALLER. V. *pag.* 300.

JACOBUS HOLLERIUS in L. *de morbis internis* &c. agit de cauterii uſu adverſus capitis dolores. HALLER. V. *pag.* 335.

J. PHILIPPUS ab INGRASSIA in *iatropologia* &c. etiam de cauteriis agit, quibus opus ſit. HALLER. V. *pag.* 6.

PETRUS FRANCO in *traité des hernies* &c. cauterii etiam uſum deſcribit. HALLER. V. *hern.*

HIERONYMUS CRASSUS. Ejus *de cauteriis*, *ſ. de cauterizandi ratione.* VENET. 1594. 8. HALLER. V. *vuln. capit.*

GABRIEL FALLOPIUS. Ejus *de cauteriis liber*, *deque medicamentis ignis poteſtatem habentibus, aliisque acribus.....* HALLER. V. *ulcera.*

JACQUES GUILLEMEAU in *Chirurgie Françoiſe* &c. PARÆUM ad hemicraniam & cephalæam cauterium uſum eſſe. Eſcharotica varia mitiora. In concurſu duarum ſuturarum eſcharoticum a PARÆO admotum fuiſſe, & altera die cauterium. Ignis etiam auriculæ lobo admovetur. HALLER. V. *pag.* 11.

MICHAEL GAVASSET, Novellarienſis, medicus Patavinus. Ejus eſt liber *de natura cauterii & ejus accidentibus* VENET. 1583. 4. 1584. 4. cum *præludiis anatomicis* excuſus. Agit de eſcharoticis mitibus, fortioribus, acerrimis. De cauteriis, veſicatoriis, ſetaceis, fonticulis. Cauteriorum ſymptomata. HALLER.

J. THOMAS MINADOUS. V. *cucurbit.*

PROSPER ALPINUS in *Medicina Ægyptia* de uſtionibus quoque Ægyptiorum agit, quas goſſypio aut lineo panno moliuntur in arthritide, podagra, chiragra, tum ob fluxiones in capite, in empyemate. Goſſypii incenſi uſum ALPINUS ferro ignito præfert. HALLER. V. *pag.* 13.

HIERONYMUS FABRICIUS in *pentateuch.* cauterium in concurſu ſuturæ coronalis cum lamdoide deſcribit, ut rem notam & ſalutarem; tum exuſtionem occipitis in pueris factam. HALLER. V. *pag.* 302.

GU-

(o) Edit. VENET. 1557. fol.

Guilielmus Fabricius in tribus voluminibus, in quibus multum eſt ineditorum, pro cauteriis dicit. Haller. V. *pag.* 274.

Hieronymus Capivaccius, quem Patavinæ ſcholæ lumen, & ornamentum vocat celeberrimus de Haen. Ejus libellus *de recta cauteriorum adminiſtratione* prodiit cum *conſiliis & epiſtolis* Johannis Crato (vide *pag.* 380.), deinde cum *operibus* Capivaccii *omnibus* Francof. 1603. fol. V. *pag.* 382.

Johannes Costæus, Profeſſor Turinenſis & Bononienſis. Ejus *de igneis Medicinæ præſidiis L. II.* Venet. 1595. 4. Placita Græcorum & Arabum bono ordine recenſet, de cauſticis & de cauteriis, non abſque propriis adnotationibus. Sinapiſmos, etiam dropaces & veſicatoria tractat. Infinitos morbos his præſidiis tolli. Cauſtico medicamento ut herniæ ſanantur. Palpebrarum craſſitiem melius igne tolli, quam ferro. Hydrocelen Mediolani curari ignita acu trajecto ſcroto & inducto laqueo, & cauterium homines a peſte tutos ſervare. In apoplexia caput uri. Exuſto ſincipite maniam ſuperatam. Amauroſin ſanatam tegula in caput illapſa. Haller.

Thomas Fienus, Antwerpienſis, Profeſſor Lovanienſis. Ejus *de cauteriis* libri V. Lovanii 1598. 8. Colon. 1601. 8. Plenum opus, quo omnia continentur, quæ de hoc remedii genere & ejus adminiſtratione innotuerunt. Multæ cauterii in univerſum laudes & peculiariter fontanellæ. De cauterio metallico, ſigillatim, de lino & bombyce &c. de medicamentis veſicam cientibus, de cathæreticis, ſepticis, eſcharoticis. Quæ ſint obſervanda in cauterii uſu: ut vicinæ carnis partes defendantur. Inſtrumenta. Peculiaris & cautior eorum uſus in fiſtula, in carie, ad aperiendos abſceſſus ſetaceum. Ferramentorum, quæ igniuntur varietas & icones. Locus cauterii pro fine vario. Collectanea fere ſunt ex Græcis & Arabibus.

Ejus etiam ſunt *de præcipuis artis chirurgicæ controverſiis libri XII.* poſthuma opera H. Conringii cura edita Francof. 1649. 4. 1669. 4. London 1733. 4. Belgice *de twelf voornaamſte handgreepen der heelkonſt* cum notis S. Blancard, Amsterdam 1685. 8. Germanice *Wundarzneykunſt* Nürnberg 1679. 8. Paſſim Scacchium exſcripſit. Ita Haller.

Jul. Casserius. V. *pag.* 407.

J. Martin & Romigneus *E. malignis morbis ignis & ferrum.* Paris 1601. 4. Haller.

J. Zecchius in *conſultationibus medicis* &c. inuſtionem capitis laudat quidem, ut tamen in coronali ſutura facile noceat, & duram membranam oſtendat: ſe enim phrenitidem continuo ſupervenientem vidiſſe. Haller. V. *pag.* 384.

J. Strackius. Ejus diſp. *de carbone, machæra & cauterio ignitis & ex igne candentibus.* Marburg 1614. 4. Haller.

Fr. le Sages & J. Martin *E. ſuppuratæ nephritidi cauterium.* Paris 1616. 4. Haller.

Andr. du Chemin & Sim. Letier *E. uſtio arthritidi.* Paris 1618. 4. Haller.

Dominicus Galvani, Hieronymi Fabricii diſcipulus, medicus Eſtenſis. Ejus *delle fontanelle L. II. l'uno partenente alla teoria, l'altro alla prattica.* Padova 1620. 4. In primo libro fonticulos illos ab uſu cauterii manantes ad omnia mala laudat. Sed & veſicatoriorum utilitatem prædicat, quæ cum cucurbitulis unicum in mali generis variolarum epidemia Veneta præſidium fuerit. In practico libro cauterii admovendi modum docet, ignem enim lanceolæ præfert & corrodenti medicamento; etſi etiam iſtorum auxiliorum adminiſtrationem docet. In capite adulti hominis ignem applicat ad os uſque, qua ſede ſutura ſagittalis & coronalis ſe decuſſant, & quem metitur, extremo digiti medii fine a naſo eo protenſo. Porro de cauterio occipiti & brachio femorique in chordarum interſtitio crurique demum adplicando. Hederæ globum jubet inmittere; emplaſtrum ceruſſatum imponere. De cervicis ſetaceo, quod forcipe perforata per cutem trajicit. Uſtio inter primam & ſecundam vertebram in pueris modo natis. Haller.

Rob. le Secq & Fr. du François *E. empyicorum latus ſiniſtrum urere vel ſecare ſecurius quam dextrum.* Paris 1621. 4. Haller.

Rich. Marcés & Pr. Piyart *E. epilepſiæ pyrotica.* Paris 1622. 4. Haller.

Caspar Bartholinus, Thomæ pater, Caspari avus, Profeſſor Medicinæ, inde Theologiæ Hafnienſis, H. Fabricii & Casserii diſcipulus, non quidem chirurgus, ſcripſit *de cauteriis, præſertim poteſtate agentibus, ſ. ruptoriis, Patavii olim prælectum, nunc auctum & locupletatum* librum, Hafniæ 1624. 4. Cauteria contra Fabium Pacium & Hieronymum Mercurialem defendit, brevis tamen in ea parte opuſculi, fuſior in tractatu de cauſticis medicamentis, quorum innumerabiles formulas proponit, lapides potiſſimum infernales omnis generis: putat dari, qui abſque omni dolore opere ſuo defungantur. De fonticulis, locis ad ea aptis, & aperiendi modo. Haller.

Sanctorius Sanctorius in libro *de remediorum inventione,* qui prodit cum *commentariis in I. ſectionem aphoriſmorum Hippocratis,* Venet. 1629. 4. cauteria pro Italorum more ſincipiti admota non probat. Haller. V *pag.* 19.

Tiberius Malfi. V. *pag.* 20.

Za-

ZACUTUS LUSITANUS in L. *de medicorum principum hiſtoria* &c. ad varias ægritudines laudat cauteria, quibus plurimum utebatur. HALLER. V. *pag.* 20.

NIC. MATTHIEU & PETR. YVES *E purulento reni uſtio.* PARIS 1631. 4. HALLER.

M. AURELIUS SEVERINUS *de efficaci medicina* &c. immenſas laudes dat cauteriorum, etiam ad corrigendum & adtrahendum. Modi & inſtrumenta varia ad ignis uſum. Morbi, in quibus igne poſſis mederi. Sed fere ad omnes morbos cauteria valere putat. HALLER. V. *pag.* 303.

FRANCISCUS THEVENIN in *traité des tumeurs* &c. ignis uſum in deſuetudinem abiiſſe. HALLER. V. *tumor.*

JAC. MANTEL & CL. PERRAULT *E. diuturno capitis, artuumque tumori ab obſtructione cauteria.* PARIS 1639. 4. HALLER.

PETR. YON & TUSS. FONTAINE *non ergo Arabica uſtio iſchiatidi conveniens.* PARIS 1640. 4. HALLER.

THOMAS BARTHOLINUS in *hiſt. anatomic. centuria* V. cineres fraxini pro cauterio.

Idem in *Act. Hafn. Vol. V. obſ.* 3. de moxa & cauteriis, cum icone HALLER. V. *pag.* 23.

JOHANNES v. HORNE in μικροτεχνη &c. agit etiam de uſtione, quæ fit conis inflammatis, quam apud SEVERINUM vidit. HALLER. V. *pag.* 23.

MELCHIOR de VILLENA. Ejus *de uſtionibus & cauteriis, quæ vulgariter fonticuli, ſ. fontanellæ appellantur, & eorum uſu, ſ. potius abuſu* .... 1646. 4. Celeberrimus HALER putat eſſe M. S.

DOMINICUS PANAROLI in *iatrologiſmorum* &c. *pentecoſte* IV. contra cauterii in nucha adverſus epilepſiam nimis frequentem uſum. HALLER. V. *pag.* 25.

JOHANNES SCULTETUS. In *appendice ad armamentarium* J. B. LAMZWEERDEN de inſtrumento CASSERIANO ad cauteria, pyxis nempe ex qua lamina candens expellitur. HALLER. V. *inſtrum. chir.*

EUS. RENAUDOT & MICH. DENYAU *E. arthritidi conveniunt pyrotica.* PARIS 1658. 4. HALLER.

JOH. MERLET *opuſcula medica duo, quorum unum eſt de cauteriis.* PARIS 1659. 12. HALLER.

J. SIGMUND ELSCHOLZ in *Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann. VI. VII. obſ.* 224. de uſtione Chinenſi adverſus podagram, excerptum ex H. BUSSCHOF. Ita HALLER. V. *tumor.*

THOMAS RODRIGUEZ de VEGA. Ejus *practica medica, cui acceſſit de fontanellis & cauteriis.* LISBOA 1668. 4. HALLER.

TARDUCCIO SALVI in L. *il chirurgo* &c. agit etiam de cauteriis. HALLER. V. *pag.* 31.

GEOR-

Georgius Wolfgang. Wedel. Ejus *de cauteriis.* Jen. 1677. 4.

Ejus *de corroſivorum natura*, & *uſu.* Ibid. 1693. 4. Haller. V. *pag.* 34.

Georgius Frank. V. *pag.* 26.

J. Nicolaus Pechlin in *obſervationum* &c. L. II. *obſ.* 34. de moxa, & in univerſum de cauteriis: in Hetruria vulgo adhiberi. Haller. V. *pag.* 37.

Fridericus Decker in *exercitationibus medicis* &c. cauterio ſe ſuperaſſe arthritidem, cæcitatem, doloresque aliis auxiliis inſuperabiles. Multus eſt in ejusmodi medicamentis revellentibus. Cauteria ad dentes elaſtri vi proſilientia etiam habet, ex Antonii Nuck invento. Haller. V. *pag.* 37.

Theophilus Bonnet in *mercurio compilatitio* &c. etiam de cauteriis agit. Haller. V. *pag.* 39.

Herman Busschof *het podagra mets gaders deſſelfs geneezinge.* Amsterdam 1674. 12. 1678. 12. Anglice 1676. 8. Germanice Breslau 1677. 8. Celebre aliquamdiu adverſus podagram & arthritidem præſidium deſcribit, ipſe Bataviæ Javanæ expertus, cono medullæ artemiſiæ in pede podagrico accenſo. Haller.

Caspar Bartholinus, Thomæ filius, & Caspari nepos, vir eruditus, & denique ad magna officia evectus. Ejus *exercitationes miſcellaneæ varii argumenti*, *imprimis anatomici.* Leid. 1675. 8. In diſſertatione III. agit de uſtione ad literatorum morem. Ita Haller.

Antonius de Leeuwenhoeck in *Journ. des ſavans* a. 1679. agit de moxa. Haller.

Stephanus Blancard in *collectaneis medico-phyſ. cent.* V. VI. varia mala cauteriis ſanata. Haller. V. *pag.* 45.

Raymundus Restaurant. Ejus Hippocrates *de inuſtionibus* & *fonticulis*, *opus hiſtoriis medicis refertum.* Lion 1681. 12. Haller.

Gunther Christoph. Schelhammer in opere poſthumo *de re medica* T. III. in apoplexia Meibomium cucurbitulam cum igne ad verticem feliciter admoviſſe. Haller. V. *pag.* 50.

Andreas Cleyer. V. *pag.* 151.

Michael Bernard Valentini. Ejus libellus *de moxa.* Leid. 686. 12. Haller. V. *pag.* 51.

Gualtherus Harris in *diſſertationibus medicis* &c. *diſſ.* XIII. contra ignis commendationem Severinianam. V. *pag.* 339.

Johannes Colebatch. V. *pag.* 68.

J. Ha-

J. Hadrianus Slevogt. Ejus *de cauteriis.* Jen. 1708. 4. Haller. V. *pag.* 580.

Guilielmus Homberg in *Hiſt. de l'Acad. R. des ſciences* 1708. varia exempla recenſet, in quibus ambuſtiones caſu factæ profuerunt, etiam paronychiam intincto in fervidam digito ſanatam fuiſſe. Haller.

Laurentius Heister in *inſtitutionibus chirurgicis* uſtionem Misticheli ſpei non reſpondiſſe. Oſſa audacter urenda eſſe. Haller. V. *pag.* 82.

Engelbert. Kæmpfer. V. *pag.* 84.

J. Conr. Barchusen. V. *pag.* 87.

Franciscus Roncallus Parolinus in *Europæ Medicina* &c. Mopillier contra cauteria. Haller. V. *pag.* 93.

Didacus Robles. V. *pag.* 110.

Henricus Frider. Delius. Ejus & J. Phil. Jul. Rudolf, qui Indiam adierat, *de uſtione cranii in epilepſia.* Erlang. 1768. 4. Continet exempla felicis uſtionis. Periculum Viennæ factum male ſucceſſiſſe, quod tegumenta fuerint remota & reſecta. Haller. V. *pag.* 137.

Daniel Wilhelm Triller. Ejus *de ſcarificatione & uſtione oculorum ab Hippocrate deſcripta* Witteberg 1754. 4. duæ diſſertationes. Ατρακτον, quam Woolhousius ατρακτυλιδα legebat, noſter exiſtimat cauterium eſſe ex buxi ligno in fervens oleum intincto. Dioscoridem tamen palpebras foliis ficus raſiſſe, Galenum pumice, ſpecillo, piſcium marinorum pelle, Ætium ferro, Paulum & iſto & blepharoxyſtro, Celsum & Apsyrtum ſcalpello. Haller. V. *inſtrum. chir.*

Antonius de Haen. V. *pag.* 140.

J. Bessiere, chirurgus, anno 1755. præmium Acad. Reg. chirurgicæ retulit. De cauteriis quærit. Eorum utilitatem in tumoribus articulorum frigidis, quibus ferrum candens optime convenit. Sic in carie. In cancro minus ab eo auxilio ſperat, in quo erodentia medicamenta nocuiſſe vidit. Ulcera phagedænica penis & ipſa ignem ferunt. Hiſtoria cauteriorum veteribus familiarium, nuperisque. Haller.

J. Farmer. V. *pag.* 166.

J. Petri de Despolets (vel Desportes) diſp. *an cauterium actuale negligendum.* Paris 1758. 4. In gangræna & hæmorrhagia tamen profuiſſe. Haller.

Claud. Pouteau. V. *pag.* 170.

Steph. Petr. le Laumier. Ejus & Cheverny diſp. *de cauterio.* Paris 1760. 4. Haller. V. *pag.* 331.

Frider. Lud. Thiel diſp. *de curatione morborum artificiali per ulcera.* Götting. 1760. 4. De ulceribus ab ipſa natura ſuppeditatis, aut uti-

libus aut noxiis. Ulcera artificialia, fontanellæ, uſtiones, veſicatoria, ſetacea, eorumque utilitas. HALLER.

Avis d'un ſerviteur d'Eſculape ſur les melanges de Chirurgie de M. POUTEAU, PARIS 1761. 8. Aſpera ſatyra æmuli chirurgi. Laudes cauterii in rheumatiſmo refutat. Periiſſe epilepticum, cui POUTEAU in fronte ferrum candens admoverat. HALLER.

GUALTHER V. DOEVEREN, inciſor, obſtetrix, Profeſſor Leidenſis, vir Ill. Ejus *ſermo academicus de erroribus medicorum utilitate non carentibus.* GRONINGÆ 1763. 4. editus eſt, cum primum in ea ſchola cathedram conſcenderet. DAVIELUM laudat, etiam WINCELIUM. Agit quoque de infelici uſtione calvariæ Vindobonenſi. HALLER.

MARTINUS GROESER, Moguntus Neudorfenſis. Ejus diſſ. inaug. *de remediis chronicorum in genere.* VIENNÆ 1771. 8. in qua eſt etiam caput de cauteriis.

C E L E. Vide *hernias.*

CHIRURGIA FORENSIS.

Nova fere Medicinæ pars anno 1532. exorta fuiſſe videtur, quæ potiſſimum in GERMANIA plurimum excolitur, & perpetuo in uſu eſt, cum frequentiſſime medici & chirurgi de vulnerum lethalitate, de cauſa mortis, de veneni dati ſuſpicione, aliisque ad forum pertinentibus quæſtionibus interrogarentur. Quare hæc Medicinæ pars *forenſis* dicta eſt. Non quod omnino nulla fuerit medicæ artis cum legibus conjunctio. De virginitate Judæi quærebant, cujus abſentia matrimonium dirimeret, cujus teſtimonia nova nupta debuerit producere. Statutum eſt etiam (a) in MOSIS legibus, ſi fœmina, quæ prægnans fuerit, percuſſa aliquid egeſſerit, nondum formatum, puniendum eſſe percuſſorem, ipſam vero mortem ei ſubeundam, ſi formatum fuerit quod de fœmina exiit. Quæ ad lepram pertinent, pariter & medica ſunt, & de judicum fuerunt officio. Prægnantibus fœminis, etiam reis, Ægyptii (b) pepercerunt, & Athenienſium leges. Medicina ab Ægyptiis, ut notum eſt, multis legibus circumſcripta fuit. ZALEUCUS (c) mortis pœnam ægro inflixit, qui medico noluerat obtemperare. ARISTODEMUS filiam virginem (d), quam morti ut eriperet procus ejus & a ſe vitiatam fuiſſe, & utero gerere adfirmabat, reſecto ventre oſtendit neque gravidam, neque indignam eſſe, quæ victimæ loco pro patria offerretur. In EUMENIS exercitu,

(a) EXODI c. 21. Ita certe PHILO in ſua *paraphraſi.* (b) PLUTARCHUS *ſera deorum vindicta.* (c) ATHENÆUS L. III. (d) PAUSANIAS L. IV.

tu, cum duæ fœminæ inter ſe certarent (e), & utraque viro vellet commori, ab obſtetricibus luſtrata altera ad vitam damnata fuit, quod reperta eſſet utero gerere. Deinde ROMÆ multæ leges fuerunt, quæ ad Medicinam pertinent. Eo *regiam legem* referas, qua ſanciebatur, ut gravida mulier, quæ ante partum jam puerperio proxima mortua eſſet, aperiretur, & fœtus aperto de ventre eximeretur. *Codex Juris civilis Juſtinianeus* multa habet ad Medicinam legalem facientia, de vero tempore partus, de cuſtodienda fœmina ne partum poſthumum ſupponat, de medico honorando & puniendo, tot alia, ut tamen Romani in univerſum fere HIPPOCRATEM ſequerentur. Sed & huc pertinet

GALENI liber *quomodo morbum ſimulantes ſunt deprehendendi*, J. RICHARDO interprete. Ut ipſe GALENUS ſanum hominem morbum ſimulantem deprehenderit. Cum nonnullis aliis prodiit PARIS. 1578. 8. GENEV. 1579. 8. cura J. LALAMANT. Codex M. S. Latinus eſt in Bibl. R. Par. n. 6865.

Majora tamen hujus Medicinæ forenſis incrementa referas ad annum 1532., quo CAROLUS V. *conſtitutionem* ſuam *criminalem* edidit RATISBONÆ, Germanice, ſæpiſſime recuſam. Germanice etiam TUGII prodiit 1743. 4. Latine vertente GOGLER &c. Hæc conſtitutio ſancit de infanticidiis, de homicidiis, de veneno, de abortu & abortivis, in quorum auctores capitalis pœna ſtatuitur, de medico male medicante. Hic jubetur judex chirurgos aliosque rerum peritos de vi vulneris ad mortem inferendam efficaci interrogare: fœminas ſuſpectas per obſtetrices inſpicere. In hanc conſtitutionem innumerabiles exſtant commentarii virorum de jure conſultorum. Ita HALLER (f). (Uti JO. SAMUELIS FRIDERICI BOEHMERI, Profeſſoris Juris Ordinarii in Academia Fridericiana, *elementa jurisprudentiæ criminalis.* HALÆ 1766. 8. Et CHRISTOPH. KOCH *inſtitutiones juris criminalis.* JENÆ 1770. tertia editio. Et alii.)

AMBROSIUS PARÆUS. Ejus L. *de vulnerum renuntiationibus* eſt in *operum collectione* latina. Parum plenus libellus. Sua per ſigna diſtinguit, qui vivus ſit ſtrangulatus aut ſubmerſus. Ut hominem a fumo carbonum ſuffocatum excitaverit. HALLER. V. *pag.* 301.

FRANCISCUS VALERIOLA in *enarrationum medicinalium* L. III. uberior eſt de vulnerum ad noxam inferendam potentia, ubi exempla adducit, vulnerum quidem levium, tamen funeſtorum, ut levis vulneris in LUDOVICO VIVE, quem non videtur celebrem illum literatum fuiſſe; & contra in graviſſima cranii fractura, cum undique dura cerebri membrana denudata eſſet, læſum hominem præter omnem expectationem vitalem evaſiſſe. HALLER. V. *pag.* 273.

(e) DIODOR. SICULI. *Bibl. Hiſt.* L. XIX. (f) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 533.

ANDREAS LIBAVIUS. Ejus *de judicio & exploratione homicidæ nefarii ex ſanguine contaminati vi injuſta.* JEN. 1590. 4. HALLER (g). V. *pag.* 553.

JOH. BAPTISTA CODRONCHUS, Imolenſis. Ejus *de morbis veneficis ac veneficiis L. IV.*, *in quibus veneficia dari demonſtrantur*, *eorum ſpecies*, *cauſæ*, *effectus*, *nova methodo aperiuntur*, *de eorum curatione & præſervatione pertractatur*, *veraque & nova remedia proponuntur*, prodierunt VENET. 1591. 8. MEDIOLAN. 1618. 12. Liber ſuperſtitione plenus. Veneficia eſſe a dæmonibus, credulus hiſtoriolis paſſim vagantibus, qui idem puellam pro faſcinata habuerit, nulla de cauſa: qui in GERMANIA & in ſeptentrione omnia dæmonibus ajat plena eſſe, qui familiis ſerviant.

Ejus *de vitiis vocis L. II. Acc. conſilium de raucedine*, *methodus teſtificandi in quibusvis caſibus medicis oblatis*, *in quibus nonnullæ difficiles quæſtiones & formulæ teſtationum proponuntur.* FRANCOF. 1597. 8. Non inutilis libellus. In *methodo* &c. formularum dat exempla, quas medici in ITALIA ad declarandam ſuam ſententiam conſignent, tum aliqua præcipua Medicinæ legalis momenta, deque iis doctorum virorum opiniones. Virginitatem non hymene demonſtrari, ſed fumo gagatis accenſi non adſcendente, & clariori urina. Ita HALLER (h).

GUILIELMUS FABRICIUS vulgo HILDANUS. Ejus *kurze Beſchreibung der Fürtreflichkeit der Anatomey.* BERN. 1624. 8. In editione operum omnium deſideratur certe immerito. Noſter potiſſimum adverſus duros torturæ effectus invehitur. Manubus ſurſum verſis in torturis humeris, & extenſis a corporis & appenſi etiam ponderis gravitate, ruptæ ſcapulæ, quales in ſceleto ab auctore in Bibliotheca Bernenſi dedicata reperiuntur. Quare ad humanitatem provocat judicum, ut ab eo genere torturæ abſtinuiſſe velint. Porro in Bibliotheca Bernenſi exemplum exſtat libri *vom Nutzen der Anatomey* multis manu HILDANI adſcriptis adnotationibus auctum, in quo iterum noſter exorat Magiſtratus, ut nolint ſevera & vivum corpus diſcerpente tortura reos aliquando innocentes enecare. HALLER. V. *pag.* 274.

SEVERINUS PINÆUS. V. *obſt. art.*

FORTUNATUS FIDELIS. Ejus *de relationibus medicorum* L. IV. PANORM. 1602. 4. 1605. 4. 1621. 4. VENET. 1617. LIPS. 1674. 8. cura PAULI AMMAN & 1679. 8. cum ſpurio titulo THOMÆ REINESII *ſchola jurisconſultorum medica.* Primus juſtus de Medicina forenſi liber, non quidem proprio ab experimento undique natus, neque is, qui noſtro ſapori reſpondeat; tamen non ideo debet contemni, qui ſatis minute & copioſe magnum hujus artis ambitum pertractaverit, etiam uberius, quam nuperorum multi. In L. I. agit de valetudine publica, aëre, aquis, locis, de peſtilentia, ejus cauſis, de annona publica, cibo, potu. In L. II. de ſimulatis morbis

(g) Ibid. T. II. pag. 282. (h) Ibid pag. 295.

morbis deprehendendis, de aptitudine ad torturam, & de cauſis, quæ excuſant, ne torturæ reus ſubjiciatur, de cicatricibus: de vitiis, quæ certorum muſculorum diſſectionem ſequuntur ſigillatim: de variarum partium vulneribus, qua occaſione tendines intra muſculum non difficulter conſervere docet, ſuamque in ægris innumeris experientiam citat, qui ſibi curandi ſint propoſiti: de vulneribus mortem inferentibus. In L. III. de virginitate, ſterilitate, impotentia, morbis hæreditariis, graviditate diſſimulata, vera, falſa, & mola. In L. IV. de mortis veræ & imperfectæ indiciis; de veneris; de ſubmerſis & ſtrangulatis, & utriusque violentiæ illatæ ſignis. HALLER. (i).

THOMAS SANCHEZ. Ejus *de ſacramento matrimonii.* GENEV. 1602. fol. Caſuiſta, qui infinita, etiam turpiſſima, de rebus venereis, & de impotentia atque ſolvendi matrimonii cauſis admiſcuit. HALLER. (k).

JULIUS PELEUS. Ejus *quæſtio de ſolutione matrimonii ob defectum teſtium non adparentium in ſenatu tractata & judicata.* PARIS. 1602. 8.

Ejus *de ſolutione matrimonii ex cauſa frigoris.* PARIS. 1602. 8. HALLER. (l).

RODERICUS a CASTRO, Luſitanus ex ſchola Hiſpanica, qui HAMBURGI medicinam fecit. Ejus *medicus politicus ſ. de officiis medico-politicis tractatus, 4. diſtincti libris, in quibus bonorum medicorum virtutes exponuntur, malorum fraudes & impoſturæ deteguntur, alia utilia proponuntur.* HAMBURG. 1614. 4. Ad confabulationis modum ſcriptus liber, neque ad Medicinam, neque ad hiſtoriam proprie pertinet. In L. IV. agitur de faſcinis, medica muſicæ poteſtate, Medicina forenſi, virginitate, ejus amiſſæ ſignis &c. Ita HALLER (m). Conf. *pag.* 363.

PAULUS ZACCHIAS, Protomedicus pontificius, cœpit ROMÆ a. 1621. 4. edere *quæſtiones medico-legales* ſubinde auctas novis libris, Liber I. ROMÆ 1621. 4. L. II. Ibid. 1625. 4. L. III. Ibid. 1628. 4. L. IV. Ibid. 1628. 4. Libri IV. LIPS. 1630. 8. L. V. ROM. 1630. 4. L. VI. Ibid. 1634. 4. L. VII. Ibid. 1635. 4. L. VIII. IX. AMSTERDAM 1650. fol. 1661. 8. Totum opus LION 1654. fol. 1661. fol. 1726. fol. FRANCOF. 1666. fol. 1688. fol. curante JOHANNE DANIELE HORST, inde GEORGIO FRANC. & HENRICO de COCCEII; denique NORIBERG. 1726. fol. In editione FRANCOF. 1688. tres tomi diſtinguuntur. Primus ad Medicinam legalem pertinet. Practici aut pathologici potiſſimum ſcopi ſunt capita, de ætate, ſenectute, partu, ejus temporibus & abortu, ſignis partus, mola, morte in partu, ſimilitudine fœtus & parentum. L. II. de dementibus, mutis, ſurdis, lethargicis, apoplecticis, fulmine tactis, de demorſis a rabido cane, de

(i) Ibid. pag. 352. (k) Ibid. pag. 354. (l) Ibid. pag. 355. (m) Ibid. pag. 320.

de demoniacis, de iis qui mortui adparent, de ſuffocatis in utero. Non immerito cæterum pro claſſico auctore noſter habetur, qui optimo, certe ſua potiſſimum ætate judicio, fere ubique uſus ſit, neque remiſſus, neque ſanguinis fundendi cupidus. Dæmoniacos ſatis ſentias ipſi auctori non placere, etſi non auſus eſt mentem integre aperire. Paſſim etiam ſuas utiles, quas vocat obſervationes, interſpergit. Porro de venenis copioſe. Ad edictum ædilitium varia. De morbis cutaneis, ſenſuum vitiis, convaleſcentibus, variis vitiis & morbis. L. III. fuſe de impotentia, ſterilitate, eunuchis & ſpadonibus. Ab ambuſtione penis impotentia. De morbis ſimulatis. De peſte, morbis contagioſis, de præcautionibus adverſus peſtem. L. IV. de miraculis, de exſtaſi, longo jejunio, miraculoſa infirmorum ſanatione, cadaveribus incorruptis. Inediæ longæ exempla, etiam propria. L. V. peculiariter de jejunio ab Eccleſia Catholica imperato quadrageſimali, de cauſis diſpenſandi. De aëre, aquis & locis, de ſalubritate, de cloacis, ſtabulis, & artibus immundis. In hac editione pluria ab alio auctore adjecta ſunt, & ea potiſſimum ex jure civili deſumta. Potiſſimum libri V. titulus ſecundus huc pertinet, quo agitur de vulnerum ad necem inferendam potentia. Hic ut expendat eam potentiam, noſter multa collegit de eventibus aut felicibus aut funeſtis. Aliquot ſupervixiſſe diebus, quibus multis acubus cor confixum eſſet. Fuſe autem & caute expendit, quibus ſignis vulnus neceſſario lethale ab ut plurimum lethali, hoc ab eo diſcernatur, quod caſu aliquo mortem infert. De cruentatione etiam cadaveris ad occiſoris præſentiam, cui eo tempore fides adhibebatur. Vulnera partium ſingularum corporis. De demerſis, de ſuſpenſis, an vivis ea violentia illata ſit, an cadaveribus. De mutilatione varia & de caſtratione. In T. II. L. VI. agit de erroribus medicorum eorumque punitione, & de erroribus chirurgorum, pharmacopolarum, obſtetricum. Chirurgos ſatis arctis circumſcribit legibus, ut abſque medico parum omnino ipſis detur moliri. De tormentis & pœnis, & de excuſatione ab utriſque. De præcedentia medicum inter & juris peritum. Pro medicorum prærogativa rationes. L. VII. aliqua de excuſatione a divinis officiis, & a conjugali debito. L. VIII. de morbis, qui irregularitatem faciunt. Remedia & medici in ægrum auctoritas. Excuſatio a clauſtrali carcere. L. IX. adjecta aliqua de peſte & contagio, immunda ſerici conficiendi arte, de nonnullis deliciis, tabaco, chocolata, aqua vitæ, de cauſis ſolvendi matrimonii. Haller (n).

Petr. de Beaurains & Hug. Chasles *non E. congreſſus publicus virilitatis virginitatiſque examen* Paris 1626. 4. Haller.

Tractatus . . . Fragoso secundo. V. *pag.* 22

Bernardus Suevus. Ejus *de inſpectione vulnerum lethalium & ſanabilium*

(n) Ibid. pag. 501.

lium præcipuarum partium corporis humani. MARPURG 1629. 8. Germanice *chirurgiſcher Wundbericht* HAMBURG 1644. 12. vertente BERNARDO LANGWEDEL. Vulnera ſatis plene percurrit, ex ordine, ut ne bicipitis quidem brachii muſculi vulnus prætermittat. Ad ſingula vulnera miſta fere veterum judicia adjicit, cum eorum rationibus, & ſubjungit ex recentioribus, PLATERO, BAUHINO, SEBIZIO, feliciora exempla ſanatorum vulnerum ventriculi, veſicæ, aliorum viſcerum, a levibus vulneribus mortes. Modeſtus, parum in definiendo conſtans. HALLER.

THOMAS BARTHOLINUS in *ciſta medica Hafnienſi.* HAFN. 1662. 8. relationes etiam aliquas habet forenſes, ut de ictibus a fœmina gravida acceptis, quibus ea mulier infortunium ſuum tribuebat, cauſamque decedentium de utero oſſium fœtus. Alius chirurgus ob injuſtitiam accuſatus. HALLER. V. *pag.* 337.

GODFRIED WELSCH. Ejus *rationarium vulnerum lethalium.* LIPS. 1660. 8. 1662. 8. 1684. 8. HALL. 1678. 8. Claſſes nempe vulnerum lethalium, & eorum quæ abſolute, aut demum per accidens funeſta ſunt. Judicia ſua de majori aut minori ad inferendam perniciem poteſtate ex Lipſienſium Actis aliisque f.ſtis forenſibus decerpit, paulo durior, qui inter lethalia etiam ventriculi & veſicæ vulnera numeret. Multa autem ſingularum corporis partium vulnera ſingulatim enarrata reperias. De veneno exſtinctis &c. Ita HALLER. V. *fonticul.*

PAULUS AMMAN. Ejus *medicina critica, ſ. centuria caſuum in Facultate Lipſienſi reſolutorum, variis diſcurſibus aucta.* ERFORD. (potius RUDOLSTATT) 1670. 4. emendatius STADÆ 1677. 4. quam editionem CHRISTIANUS FRANCISCUS PAULINI Latine reddidit. Reſponſa Facultatis PAULUS acceperat a JOHANNE MICHÆLIO, partim antiqua ab anno uſque 1516., partim nova: in ea prælegerat, eademque nunc edit: ipſe ex locis communibus ſimiles caſus ſuasque addit adnotationes. Caſus breviter narrantur, reſponſa ſæpe a noſtris opinionibus aliena. Ita medullæ ſpinalis vulnus pro non lethali declaratur. Obſtetricem excuſant, quæ ob ſitum aliquantum vitioſum non potuerat fœtum educere. Iterum pro non lethali ictus, a quo lamina calvariæ interna introrſum fracta, cerebrum corruptum, die quinto alterius lateris paralyſis, convulſiones, mors. Ob ſarcocelen pro *inhabili* renuntiatus. Contra, vulnus tendinis ſupra genu, pro lethali: vulnus ſclopetarium craſſi inteſtini mortem non intuliſſe neceſſario. Sæpe ob aliquem in cadaveris inciſione defectum ampliant, ut in ventriculi vulnere, cordisque. Puerum calculoſum abſque inciſione poſſe ſanari. Aliique ſingulares caſus. Recutitionem locum poſſe habere: ſuperſtitioſam herniæ curationem recte condemnant. Paſſim non inutiles adnotationes intercedunt. Luxatio femoris ab interna cauſa.

Ordo

Ordo medicus Lipſienſis continuo *præliminarem excuſationem* edidit, *qua caſuum & reſponſorum editionem juſto dolore proſequitur.* Lips. 1670. 4. Et de revelatione ſuorum arcanorum queritur, & de Ammani adnotationibus.

Ejus *praxis vulnerum lethalium ſex decadibus hiſtoriarum rariorum, ut plurimum traumaticarum, cum cribrationibus ſingularibus adornata.* Francof. 1690. 8. 1701. 8. Hi caſus, non omnes quidem chirurgici, iterum ex Actis Facultatis Lipſienſis ſumti ſunt. Noſter rigidus juſtitiæ amator, ſycophantiam acriter increpat eorum, qui omni culpæ impunitatem ſua relatione vendebant. Qui has relationes ſcripſerunt, ii quidem plerumque omnes eorum fuere excuſatores.

Ejus *irenicum* Numæ Pompilii *cum* Hippocrate, *quo veterum medicorum & philoſophorum hypotheſes in corpus juris civilis pariter ac canonici hactenus tranſſumptæ a præconceptis opinionibus vindicantur.* Francof. & Lips. 1689. 8. Quæſtiones variæ ad Medicinam forenſem & ad Chirurgiam ſpectantes. De lege regía imperante inciſionem fœminæ partui vicinæ. De erroribus obſtetricum. Sarcocele, hypoſpadiaſis, alia vitia conjugium dirimentia. An ſectio venarum ad aures ſteriles reddat. Cadaverum cruentatio ad præſentiam occiſoris. Contra caſtrationem. Ita Haller. V. *morſ. can. rab.*

J. Nicolaus Pfizer, phyſicus Noribergenſis. Ejus *vernünftiges Wunden Urtheil, ſ. de vulnerum ad mortem inferendam potentia, ſingulatim, a capite ad calcem, etiam de vulneribus veneno infectis, aut a pernicioſis beſtiis illatis.* Noribergæ 1668. 12. 1673. 8. Credulus auctor, & collector. Aliqua de ſubmerſis, num vivi, num a morte in aquam projecti ſint: ſic de ſtrangulatis. Ita Haller.

Johannes Bohn, Anatomiæ & Chirurgiæ Profeſſor Lipſienſis, vir gravis & veri amans, in judiciis ſeverior, Chirurgiam hactenus adtigit, quod de Medicina forenſi bene ſit meritus. Ejus *de renuntiatione vulnerum, ſeu vulnerum lethalium examen exponens, horum formalitatem & cauſas tam in genere, quam in ſpecie, per ſingulas corporis partes.* Lips. 1689. 8. 1711. 4. 1715. 8. Amsterdam 1732. 8. Judicium de vulnerum ad inferendam mortem poteſtate non debere chirurgis committi. Ut caute in eam cauſam præſente in cadavere inquiratur. Diſcrimen vulneris abſolute lethalis, per ſe lethalis, & per accidens. Deinde ex ordine de vulneribus diverſarum partium magis aut minus funeſtis. Exempla levium vulnerum, quorum triſtis fuit eventus, & gravium in quibus lætus. Vulnera vaſorum gravia, funeſta & tamen ſuperabilia, ſi continuo apta auxilia præſto fuerint. Ut a ſitu, ætate, conſtitutione corporis ſimillima vulnera aliter & aliter eveniant. Non poſſe a mortis ſupervenientis celeriori aut tardiori termino de lethalitate definiri. Muſculorum temporalium vulnera ſæpe non funeſta eſſe; ſic graves calva-

riæ

riæ læſiones. Commoti cerebri in hepar effectus. Quibus in exemplis trepanum requiratur, in quibus eo auxilio abſtineri poſſit. Vulnus iliacæ venæ demum 13. die lethale, quod a pinguedine obturatum fuiſſet. Alias idem ſubito mortem intulit; ſic vulnus cruralis arteriæ, & jugularis, & venæ cavæ. Sed & ſpermaticorum vaſorum vulnera noſter inter lethalia refert. Mortes a percuſſione: funeſtum emphyſema ex fractis coſtis. Varii gradus, quibus vulnera cerebri mortem inferunt: læſo cerebello fellis continuo enecta. Mortes ex ramis carotidis arteriæ & vertebralis. Hepatis vulnus funeſtum, ſic lienis. Intra uterum matris conculcatæ fœtus periit. Vulnera ventriculi & inteſtinorum quandoque ſanari, hepatis perraro. Funeſta veſiculæ fellis vulnera, etiam per experimenta in vivis animalibus facta. Renum vulnera lethalia. (Non certe ſi recte curata fuerint, ut ipſe vidi, inquit celeberrimus HALLER, cum plurimum ſanguinis, deinde puris per urinam deceſſiſſet, quem juvenem ſola accurata victus ratione ſervavimus). De infanticidio fuſe & accurate. Tum in *appendicis* diſſ. II. prima ſigna vivi & mortui nati, altera de vivis mortuisve aqua ſubmerſis, ſuſpenſis ac vulneratis. De pulmonum experimento: fallere poſſe; nam & vivi fœtus pulmones non ſemper natare, & poſſe fœtum in tranſitu per vaginam aërem hauſiſſe, & tamen exanimem partu edi. Et contra fœtus vivos diu ſæpe aëris uſu abſtinere. Signa quibus diſtinguas, num vivus homo in aquam ſit præcipitatus, num mortuus. Egregium opus, & plurimis, ut vocant, obſervationibus confirmatum. Non tamen diſſimulandum eſt, meticuloſam ejus ævi Chirurgiam paſſim malorum eventuum numerum auxiſſe, & ab eo tempore lethalitatis vices decreviſſe.

Idem vir illuſtris primum *diſputationes* edidit LIPS. 1690. 4. *de Medicina forenſi* I. II. & III. a. 1692. 4. *De medici officio tres* a. 1697. 4. *quartam* a. 1699. 4. *quintam* a. 1700. 4.

Deinde juſtum opus ſucceſſit *de officio medici duplici, clinico atque forenſi.* LIPS. 1704. 4. Cordati viri eximius labor. In prima parte huc facit tractatio de chirurgicis medicamentis, in qua parum chirurgis tribuit, quos medici non manu duxerint, remediorum autem nomina, etiam inſtrumenta intelligit, deque eorum uſu, & peculiariter de terebratione cranii, multis agit. Contra caſtrationem & pro miti ubique curandi ratione. Deinde in *Medicina forenſi* plurima ſunt chirurgici ſcopi. In relationibus director ſit medicus, neque relatio chirurgis tradenda, ut in *Conſtitutione criminali* ſanctum ſit. Contra ignorantiam obſtetricum. De relationum forma, fuſe. Accurata & cauta vulneris inſpectio a medico potius inſtituenda. Separari omnino debere vulnera per ſe lethalia ab abſolute lethalibus. Iterum de experimentorum in pulmonum natatione factorum incertitudine. Mitioribus medicum accedere in re dubia, judici legem ſcriptam eſſe, non medico. Nihil extus læſum, ſed os tamen bregmatis fractum, & ſanguis ſuper duram

membranam effuſus. Diu paracenteſi repetita ſuſtentatus homo, etiam 20. aquæ libris emiſſis. Ita HALLER.

GERH. FELTMANN, Vir doctus & acris ingenii, cæterum J. C. Ejus *de cadavere inſpiciendo.* GRONING. 1673. 4. BREM. 1692. 4. Varia ad inſpectionem cadaveris. Lex, quæ eam præcipit Electoris Brandenburgici; ſolis medicis rem committens, quos judex dat, neque debent ob CAROLI V. voces medici excludi; ſi medici deſint poſſe chirurgos ſufficere, iisque fidem debere adhiberi. Sanguinis ad præſentiam rei profluvium nihil demonſtrare. Vulnus ventriculi ſanatum. Ita HALLER.

NICOLAUS BLEGNY. Ejus *la doctrine des rapports en Chirurgie.* LION 1684. 12. In P. I. modus, quo chirurgi & medici conſulti reſpondent. Nominantur ab archiatrorum comite bini in quavis civitate viri; dantur tamen tribunalia, quæ eos ipſa deſignant, a quibus volunt reſponderi. Matronas deſiiſſe conſuli, poſtquam imperite de fœmina impregnata reſpondentes, reæ factæ fuerint mortis fœtus. Fuſe contra congreſſum. In P. II. reſponſa ipſa, de ægroti, dum vixit, valetudine, de periculo, quod a vulnere impenderit. Addita varia de ſuffocatione, de ſuſpenſione, de ſubmerſione, & ut diſcernatur, num eæ violentiæ in vivo homine ſint perpetratæ, num in cadavere. Recte violentia a morte illata diſtinguitur, quod nulla inde ſugillatio naſcatur, neque inflammatio. Chirurgos de vulneribus ſolos reſpondere. HALLER. V. *hern.*

MICHAEL BERNARD VALENTINI edidit *pandectas medico-legales, ſ. reſponſa medico-forenſia ex archivis Academiarum depromta* FRANCOF. 1707. 4. Reſponſa ordinum medicorum GERMANIÆ continet, quorum ſectio VII. hactenus huc facit, in qua de finibus artis chirurgicæ, de medicamentis, quæ non ſpectant ad chirurgos, de circumforaneis & herniotomis coercendis, de obſtetricum erroribus & officiis agitur. Aliqua purius chirurgica intercedunt, ut de arteria loco venæ percuſſa, quam ſecuiſſe oportuerat. De malis curationibus chirurgicis, & de chirurgis male etiam accuſatis. Qui ſola pulſione pollicis occiſus ſit, cum empyemate laboraſſet.

Ejusd. operis *pars altera* FRANCOF. 1710. 4. mere chirurgica eſt, agitque de inſpectione & renuntiatione vulnerum lethalium & infanticidiorum. Hæc reſponſa non adtinet hic repetere, nimis numeroſa, cum eorum defenſionibus conjuncta. Utilitate tamen ſua non caruerint.

Ejusd. *novellæ medico-legales, ſ. reſponſa medico-legalia ex archivis facultatum.* FRANCOF. 1711. 4. quæ quaſi prioris operis eſt appendix. Intercedunt etiam chirurgici caſus, de quibus reſponſum eſt, ut contrafiſſura, nempe tabula interna fracta, cum exterior integra eſſet. Lien a ſcutica fractus, id vulnus pro non lethali pronunciatum; quæſtiones etiam ad dignitatem & officia chirurgorum ſpectantes. In *appendice* HUNDESHAGII diſp. *de cruentatione vulneris ad præſentiam homicidæ* recuditur.

Hæc

Hæc duo opera cum titulo *corporis Juris medico - legalis* recuſa ſunt FRANCOF. 1722. fol. Hæc editio aucta eſt ab auctoris filio CHRIST. BERNARD. VALENTINI. Acceſſerunt aliqua, ut authenticæ medico - legales, quibus pauculæ aliquæ reſponſiones continentur: de vagina ab imperita conſolidatione clauſa; de prolapſu uteri, num ad ſolvendum matrimonium ſufficiat: de morte concitata ex devorato cultro. Deinde diſp. GOELICKII *de mutilo Medicinæ corpore reſarciendo.* Ita HALLER. V. *pag.* 51.

ELIAS PRATS *rationarium chirurgicum nothwendiges Handbuch des Wundarztes, wie er Bericht an die Obrigkeit thun ſoll, von Aderlaſſen und Schäden u. ſ. f. aus dem Engliſchen.* HAMBURG 1684. 4. 1690. 8. HALLER.

JEAN de VAUX, chirurgus Pariſinus, vir ſatis literatus, qui multos auctores vertit, & edidit. Ejus *l'art de faire les rapports en Chirurgie.* PARIS 1703. 12. Minime malus libellus. Primum vulnerum & morborum dat breves deſcriptiones, & de iisdem judicia & relationes juridicas. Inde leges aliquæ. Verum hiſtoriæ morborum fere imperfectæ ſunt, & raro exitus additur, neque cadaverum inciſiones. Omnis autem generis caſus hic reperias, multos etiam ad Medicinam ſolam ſpectantes. Ex vulnere arteriæ intercoſtalis mors. Altera editio cum nomine auctoris prodiit 1743. 12. multum omnino aucta, potiſſimum a MORANDO. Varia acceſſerunt ex BLEGNYO, GENDRYO & nuperioribus reſponſis. Editor multa omiſit, quæ ad medicorum honores ſpectabant, & quæ in ea editione non reperias. Medicorum præſentiam ad legitimam relationem requiri. MORANDUS de virginitate aliqua emendavit. Adjectæ ſunt appendices, ut cadaverum regiorum inciſiones, Hæ ex GUILLEMÆO; tum duæ leges, altera qua a. 1723. chirurgo primario Regis redditur privilegium legatorum ſibi per civitates ſubſtituendorum, altera, in qua Academia chirurgica a. 1743. conſtituitur.

Ejus vitam nuper ſcripſit Cl. SUE, PARIS 1772. 8. tum GOUIET, & exſtat in M. S. ejus vita a BERTRANDO ſcripta. Ita HALLER.

MAXIMILIAN PREUSS. Ejus *vulnerum aliarumque læſionum violentarum & externarum lethalium, vel minus talium ſciagraphia breviſſima.* BRESLAU 1712. fol. HALLER. V. *pag.* 60.

CHRISTIANUS VATER. Ejus *de infanticidii imputati ſignis diagnoſticis.* WITTEBERG. 1722. 4. HALLER. V. *pag.* 62.

ANDREAS PETERMANN. Ejus *caſuum medico-legalium decades* II. LIPS.... 8. HEISTER. V. *obſt. art.*

J. HERMAN (vel HIERON.) HAMER. Ejus diſp. *de Medicina renunciatoria.* ERFORD. 1692. 4. De lethalitate vulnerum &c. HALLER.

GEORG. DETHARDING. Ejus *centuria theſium ex Medicina forenſi.* HAFN. 1740. 4. HALLER. V. *pag.* 468.

J. HADRIANUS SLEVOGT. Ejus *dignitas vulnerum explorationis.* JEN. 1721. 4.

Ejus *de exploratione vulnerum.* Ibid. 1721. 4. HALLER. V. *pag.* 580.

Hyacinthus Anselmus Castellani. Ejus *lettera apologetica.* Mantoua 1746. fol. Excuſat fomentationem ſapone & bryonia factam in contuſione, ab alio medico inculpatam.

D. Chiesa tecto nomine reſpondit in *riſpoſta ſopra la lettera apologetica del* S. Castellani 1746. 4. Saponem utique nocuiſſe, ut ex morbi hiſtoria appareat. Haller.

Angelo Buoni. Ejus *controcritica medico chirurgica, nella quale con cinque lettere dirette ad un amico ſi riſponde ad una lettera cieca data in Cento li* 15. *Novembre* 1746. *Nella prima lettera ſi dimoſtra l'inſufficienza della detta riſpoſta. Nella ſeconda ſi porta la medeſima cieca riſpoſta, che deſcrive la ſtoria del mal colle ſue prove, e ſi riſponde. Nella terza, quarta, e quinta lettera ſi fà l'apologetica ſuddetta colla cenſura fatta della riſpoſta, e la controcritica.* Venezia 1752. 4. De uſu ſaponis. Videtur ad priorem litem pertinere. Haller.

Des Ports in *traité des playes* &c. dari utique veras contuſiones cum ſanguine effuſo. Haller. V. *vuln.*

Frid. Wilh. Gunther *obſ. chir. medica de contuſione articulationis genu, & imprimis læſione ſingulari tendinis communis muſculorum extenſorum tibiæ* Wolfenbüttel 1755. 4. Fuſa narratio. Haller.

Du Verget in *Anfangsgründe* &c contuſo muſculo emollientes herbas vino incoctas debere imponi. Haller. V. *pag.* 151.

Leautaud. V. *pag.* 159.

Josephus Bianchi. V. *pag.* 167.

Marcus Akenside, ingenioſus medicus, in *Phil. Tranſ. Vol.* LIII. retulit de contuſione pectoris, ex qua cor ipſum ſideratum erat. Haller.

Bourienne. V. *pag.* 187.

GIOANNI ALESSANDRO BRAMBILLA. V. *inflammat.*
ROBERT. KNOX. V. *pag.* 197.
MATY. V. *pag.* 197.
Cl. MICH. THEROULDE de VALLUN & TRESSAN GUINDANT *E. contuſioni cuicunque vulnerariorum uſus.* PARIS 1772. 4. HALLER.

CUCURBITÆ SIVE CUCURBITULÆ.

HIPPOCRATES in *L. de locis in homine* agit de cucurbitula in iſchiade adfigenda, & ad inflammationes.

In L. περι ἑλκων agit etiam de cucurbitulæ uſu. HALLER. Vide *pag.* 286.

A. C. CELSUS in L. VII. cucurbitulas eſſe leviorem venæ ſectionem. V. *pag.* 287.

CÆLIUS AURELIANUS in *acut.* L. I. cap. 11. ſæpe cucurbitulis utebatur in phrenitide & alias. HALLER. V. *pag.* 293.

ANTYLLUS de cucurbitula (a): in doloribus levioribus debere absque ſcarificatione admoveri, non vero mammis (b), cum multo igne quando ad caput. HALLER. V. *pag.* 406.

GALENUS *de hirudinibus, de cucurbitulis, ſcarificatione* FERDINANDO BALAMIO interprete & L. FUCHSIO, LION 1550. 16. Breviſſimus libellus, in quo encheireſes docentur. Codex eſt in B. R. P. n. 2269. In eum MELCHIOR SEBIZ commentatus eſt ARGENTOR. 1652. 4. HALLER. V. *pag.* 264.

ORIBASIUS in compendio majori magnæ collectionis L. I. agit de cucurbitulis.

Ejus *de cucurbitulis, ſcarificatione, hirudinibus, derivatione & revulſione* ſermo, ex L. VII. & VIII. collectionum AUGUSTINO GADALDINO interprete, exſtat cum GALENO. Loci ſunt ANTYLLI, HERODOTI, APOLLONII, & MENEMACHI. Num caput 20. L. VII. ſit ORIBASII, num APOLLONII non ſatis ſe intelligere ait celeberrimus HALLER. V. *pag.* 264.

JOHANNES ACTUARIUS in L. II. agit de cucurbitulis. HALLER. V. *pag.* 358.

HALY ABBAS in libro nono fuſe agit de cucurbitula (ſitia). HALLER. V. *pag.* 295.

AVI-

(a) Apud ORIBASIUM L. VII. c. 14. GALEN. *de cucurbit.* (b) GALEN. ibid.

Avicenna. Ejus L. *de phlebotomia, cucurbitulis & hirudinibus* cum Constantini Lucæ commentario prodiit Turin. 1584. 4. Alii 1583. Haller. V. *pag.* 267.

Georgius Valla. Ejus *de univerſi corporis purgatione per cucurbitulas & venæ ſectionem.* Argent. 1529. 8. Fere ex Galeno. Ita Haller.

Symphorianus Champier in *margarita ſanitatis* Paris 1514. 8. aliqua habet de cucurbitulis, ſcarificatione, & ſanguiſugis. Haller. V. *pag.* 373.

Johannes Guintherus in *comment.* T. II. in dial. II. agit de cucurbitulis. Haller. V. *pag.* 421.

Johannes Dryander *der ganzen Arzney* &c. caput eſt etiam de cucurbitulis. Haller. V. *pag.* 421.

Hippolytus Antonellus. Ejus *de cucurbitula.* Paris 1541. 8. Haller.

Ambrosius Paræus in collect. Latinæ L. XVI. agit etiam de cucurbitulis. Haller. V. *pag.* 301.

Franciscus Valeriola in *enarrationum med.* L. II. de cucurbitularum utilitate in ophthalmia. Haller. V. *pag.* 273.

Balduinus Ronsseus in *epiſtolis* Leid. 1599. 8. 1618. 8. agit de cucurbitularum alieno tempore admotarum noxa. Haller. V. *obſt. art.*

Horatius Augenius *de ratione curandi per ſanguinis miſſionem* in L. X. de cucurbitulis agit. Haller. V. *venæ ſect.*

J. Baptista Sylvaticus. V. *venæ ſect.*

J. Thomas Minadous, Rhodiginus, Profeſſor Patavinus. Ejus *de cucurbitulis, carnis uſtione & aurium ſcarificatione, in medicarum diſputationum* L. I. Travisi 1590. 4. 1610. 4. Haller.

Prosper Alpinus in *Medicina Ægyptia* &c. Ægyptii cucurbitularum loco vera taurorum cornua admovent, vitreasque machinulas, fere ſemper cum ſanguinis miſſione ad capitis dolores, anginas, aliasque ſanguinis congeſtiones.

Idem in *Medicina methodica* nuper Leidæ 1719. 4. recuſa, agit etiam de cucurbitulis. Haller. V. *pag.* 13.

Guilielmus Fabricius in *obſervat. & curat. centuria* VI. agit de cucurbitulis admovendis ad elevandam calvariam, quæ depreſſa fuit. Haller. V. *pag.* 274.

Franciscus Ranchin in *gerocomico* etiam de cucurbitulis agit. Haller. V. *pag.* 315.

Johannes Colle. V. *pag.* 19.

Tiberius Malfi. V. *pag.* 20.

Lazarus Riverius in *quæſtionibus medicis Monſpelienſibus* anni 1617. 4. quærit an & quomodo trahant cucurbitulæ. Haller. V. *pag.* 24.

M. Aurelius Severinus in L. *de efficaci Medicina* &c. etiam de cucurbitulis agit. Haller. V. *pag.* 303.

Tarduccio Salvi in *miniſtro del medico* agit de cucurbitulis. Haller. V. *pag.* 31.

Georg. Wolfg. Wedel. Ejus *de cucurbitula ſicca.* Jen. 1691. 4. Haller. V. *pag.* 34.

Matthias Godofr. Purman in *aufrichtigen und erfahrnen Peſtbarbieren* &c. cucurbitulas reprobat. Haller. V. *pag.* 45.

Henr. Emanuel Meurisse. V. *venæ ſect.*

Petrus Dionis in *cours d'operations* &c. contra cucurbitas. Haller. V. *pag.* 304.

Elias Camerarius in *ſyſtemate cautelarum* &c. agit etiam de cucurbitulis. Haller. V. *pag.* 70.

Santi Zarini. V. *venæ ſect.*

Mich. Phil. Bouvart & Josephi Philip auctoris *E. apud nos perperam obſolevit cucurbitularum uſus.* Paris 1764. 4. Haller.

Martin. V. *venæ ſect.*

Ernest. Ant. Nicolai. Ejus reſp. J. Fr. Wittich, diſp. *de cucurbitularum effectibus & uſu.* Jen. 1771. 4. Haller.

CUTANEI MORBI.

(Scriptores quidem bene multos, qui morbos cutaneos pertractarunt, Hallerus in ſua *Bibl. Med. pract.* collocavit, ut adeo huc minime pertinere videantur. Quoniam tamen & in *Bibliotheca* ejusdem celeberrimi viri *chirurgica* aliqui occurrunt, eos hic præterire nefas eſſe duxi. Sunt autem ſequentes:)

Aurelius Cornelius Celsus in L. VI. vitia ſingularum partium cutanea dicit. Vide *pag.* 287.

C. Plinius in L. XXI. XXX. de cutis malis agit. V. *medicam. chir.*

Gale-

Galenus in L. *de tumoribus præter naturam* agit de achoribus &c.

Idem *de compoſitione medicam. ſec. locos* L. I. mala cutanea. V. *pag.* 264.

Oribasius in compend. majoris magnæ collectionis L. VII. & in *ſynopſis* L. IV. vitia cutanea percurrit. V. *pag.* 264.

Aetius in L. XIII. agit de morbis cutaneis. V. *pag.* 265.

Alexander in L. I. morbos cutaneos capitis tractat. V. *pag.* 369.

Paulus Ægineta in L. IV. mala cutanea univerſi corporis ad medicorum modum percurrit. V. *pag.* 293.

Johannes Serapionis filius in L. V. agit de morbis cutaneis: inter eos variolarum veſtigia. V. *pag.* 265.

Rhazeus in L. XXV. de variis morbis cutaneis. V. *pag.* 265.

Haly Abbas in *practicæ* L. IV. cutanea mala. In *theoriæ* L. VIII. aliqua de morbis cutaneis tradit. V. *pag.* 295.

Avicenna in L. III. morbos cutaneos tractat. V. *pag.* 267.

Constantinus in L. *de morborum cognitione* &c. morbos etiam cutaneos recenſet. V. *pag.* 268.

Gariopontus. In ejus *ad totius corporis ægritudines* &c. morbi etiam cutanei reperiuntur. V. *pag.* 296.

Leonardus de Bertapalia. V. *pag.* 3.

Symphorianus Champier in *practica nova* &c. morbos cutis ad veterum morem omnes recenſet. V. *pag.* 373.

Joh. Manardus in *epiſtolarum medic.* L. VII. *epiſt.* 2. fuſe de malis externis eorumque nominibus. V. *pag.* 421.

Ambrosius Paræus in collectionis Latinæ L. XVI. mala cutanea. V. *pag.* 301.

J. de Foguedo *de puſtulis, quæ ſaaphadi nominantur* ... circa annum 1570.

Hieronymus Mercurialis. Ejus *tract. de maculis peſtiferis & de hydrophobia.* Patav. 1580. 4. Satis laudat Portal.

Ejus L. *de morbis cutaneis, deque omnibus corporis humani excrementis & de decoratione.* Venet. 1581. 4. In eo varii morbi cutanei pertractantur, etiam cicatrices, ſugillata, cutis ſciſſuræ, tum unguium mala, & paronychia. V. *pag.* 9.

Laurentius Joubert, Cancellarius Monſpelienſis, vir acuti ingenii. Ejus *tract. de affectibus pilorum & cutis præſertim capitis.* Lion 1577. 8. 1578. 16. De puſtulis agit, de achoribus.

Pe-

Petrus Forestus in *obſervat.* L. VIII. cutanea mala faciei & capitis recenſet. V. *pag.* 381.

Eustachius Rudius. Ejus *de affectibus externarum corporis humani partium* L. VII. Venet. 1606. fol. V. *pag.* 382.

Claudii Caroli *tractatus de curatione morborum externorum* codex M. S. eſt in B. R. P. IV. n. 7095.

Bartholomæus Bonacursius. Ejus *opuſculum de malis externis.* Bonon. 1656. 8.

Georg. Wolfg. Wedel. Ejus *de nævis maternis.* Jen. 1688. 4.

Ejus *de verrucis.* Ibid. 1696. 4. V. *pag.* 34.

J. Hardovicus Hampius. Ejus diſp. *de rhagadibus & earum curatione.* Argentor. 1678. 4.

Andreas Cleyer. V. *pag.* 51.

Josephus Lanzoni. V. *pag.* 59.

J. Schmidt. Ejus diſp. *de lepra Græcorum unguibus monſtroſis prædita.* Utrecht 1696. 4.

Daniel Turner. Ejus *treatiſe on the diſeaſes* &c. Germanice prodiit cum titulo *Abhandlung von den Krankheiten der Haut* Altenburg. 1766. 8. 2. Vol. V. *pag.* 80.

Johannes Astruc in *traité des tumeurs* &c. tineæ ſedem eſſe in bulbis capillorum ſubcutaneis. V. *tumor.*

J. Henr. Schulze. Ejus *cutis exterioris morbi.* Halæ 1739. 4. V. *oſſ. morb.*

Die ſpagyriſche Chirurgie oder Wundarzney vor alle Krankheiten der Haut. Schneeberg 1732. 8.

Timotheus Franc. van Klinkenberg. Ejus diſp. *de verrucis.* Leid. 1733. 4.

Damianus Sinopeus in *parergis medicis* Petropoli 1734. 8. varia habet de furunculis & de aliis cutaneis morbis, quos Calmucorum pueri patiuntur, iidem a variolis immunes.

Melch. Phil. Hartman. Ejus diſp. *de cutis exterioris morbis.* Regiomont. 1736. 4.

Joh. Freke. V. *pag.* 117.

Christian Bern. v. Sanden. Ejus diſp. *de cutis exterioris morbis.* Halæ. 1740. 4

Georg. Aug. Langguth. Ejus *de ſcabie viva.* Witteberg. 1767. 8. Meusel. V. *fract.*

Franciscus Boissier in *noſologiæ methodicæ* &c. T. II. agit etiam de morbis cutaneis. V. *pag.* 139.

Carlo Curzio, medicus Neapolitanus. Ejus *diſcuſſioni anatomico pratiche d'un raro morbo cutaneo in una donna felicemente curato.* Napo-

NAPOLI 1753. 8. 1755. 8. quæ editio aucta eſt. Univerſa cutis indurata erat. Balneum vaporis & hydrargyrus malum ſuperarunt. De eodem morbo refertur in *Phil. Tranſ.* T. XLVIII. P. 2. & in *Journal de Medecine* a. 1754.

DOMINIQUE RAYMOND *des maladies qu'il eſt dangereux de guérir.* AVIGNON 1757. 12. 2. vol. De ſcabie, tinea, periculoſe repreſſis.

TARDIEU. V. *pag.* 164.

FRIDER. AUGUST. WEIZ. V. *pag.* 175.

JOSEPHUS CAVALLINI. V. *pag.* 179.

JOSEPHUS JACOBUS PLENCK. Ejus *doctrina de morbis cutaneis.* VIENNÆ 1776. 8. Perutilis liber pro academicis prælectionibus. Morbos cutaneos ad 14. claſſes reduxit auctor, nempe ad maculas, puſtulas, veſiculas, bullas, papulas, cruſtas, ſquamas, calloſitates, excreſcentias cutaneas, ulcera cutanea, vulnera cutanea, inſecta cutanea, morbos unguium, & morbos pilorum. Horum morborum ſigna & curationes. RICHTER. V. *medicam. chir.*

J. IGNAT. XAVIER EMERICUS la CHAUSSE. Ejus *obſervationum biga.* ARGENTOR. 1769. 4. Diſputatio. Cachexia ex ſcabie ſuppreſſa &c.

AMBROSII HOSTY, & auctoris JOS. COTTON. *E. ſublimatum corroſivum herpeti.* PARIS 1772. 4.

MEZA. V. *pag.* 240.

MARRET. V. *pag.* 255.

CYSTOTOMIA. Vide *calculi ſect.*

DECORATIO SIVE REPARATIO.

In CALABRIÆ (a) civitate TROPEA homines acuti ingenii artificiales naſos adfigere, & deformitatem faciei a novo morbo ortam reparare cœperunt. De his hominibus teſtimonium exſtat M. A. SEVERINI, qui FLAMINIUM CRASSUM Tropienſem curtorum inſtauratorem nominat (b), & de

(a) PETRUS RANZANUS in *annalibus mundi* 1442. ſcriptis. (b) *Nov. obſ. abſceſſ.* c. 8.

de artificibus in APULIA & CALABRIA ſuperſtitibus FRAGOSI (c): Ita HALLER.

LANFRANCUS in *practica, quæ dicitur ars* &c. naſum reſectum negat comprehendere. HALLER. V. *pag.* 2.

ARNALDUS de VILLANOVA. V. *pag.* 296.

NICOLAUS BERTRUCCIUS in ſuo *collectorio* &c. habet etiam L. de decoratione. HALLER. V. *pag.* 2.

GUY de CHAULIAC in *Chirurgiæ magnæ* pag. 39. (d) naſum totum reſectum reconciliari non poſſe ait, quidcunque garriant aliqui; aliqua parte hærentem utique. HALLER. V. *pag.* 297.

NICOLAUS de FALCONIIS, Florentinus, vixit exeunte ſeculo XIV., voluminoſiſſimum opus ſcripſit *ſermonum* VII, quorum *ſermonum* quisque totum volumen efficit, minime exiguum. Eorum ſeptimus potiſſimum ad Chirurgiam pertinet, cui titulus eſt: *ſermo* VII. de Chirurgia & de decoratione. Prodiit VENET. 1491. fol. 1537. fol. Continet vulnera, ulcera, fracturas, luxationes & tumores. Compilatio eſt ex GALENO potiſſimum, deinde ex Arabibus, adeo fuſa, adeo tædioſa, ut non tam facile librum abſolvere potueris. Operæ eſſet pretium, ſi quis medicus, qui otio abundaret, ex NICOLO aliisque Arabiſtis eas paucas auri micas extraheret, quæ in ea farragine continentur. Nam etiam apud NICOLUM ex Cl. virorum citationibus legitur, paſſim bonam frugem & proprias adnotationes reperiri. Sic partum cæſareum felicem, & uteri everſi, vulnerisque pectoris & pericardii exempla. Codex M. S. eſt in Bibl. R. P. n. 8987. ſcriptus a. 1454. HALLER.

JACOBUS DONDUS. V. *pag.* 3.

ALEXANDER BENEDICTUS *de omnium a capite ad calcem* &c. L. IV. cap. 39. pro nova eo tempore arte, qua naſus de cute brachii ſumto traduce reparetur antiquiſſimum dicit teſtimonium. HALLER. V. *pag.* 300.

Cæterum de reparandarum narium arte varia hoc ævo (ſeculo XV.) exſtant teſtimonia. P. CALENTIUS in *Ep.* ad ORPIANUM (e) BRANCAM citat Siculum, quem viderit naſum reſtituere. Aliud eſt GILBERTI COGNATI NAZARENI de BRANCA, & ejus diſcipulo BALTHASARE PAVONE Siculo teſtimonium. Iterum de BRANCA etiam MONGITORIUS, qui centum annis ante TAGLIACOTIUM naſos reparaverit, a quo artem habuerit BALTHASAR PAVONUS. Ita HALLER.

AMBROSIUS PARÆUS in collectionis latinæ L. XX. de deficientium ſuppletione. Teſtimonium de naſo a chirurgo Italo vere reparato. Laminæ pro ſupplendo palato. Scutulum, quo in os immiſſo homo expedite loquebatur, qui linguæ partem amiſerat. Variæ armillæ & capſulæ pro

(c) *Chir.* I. p. 35. & II. p. 121. (d) Edit. VENET. 1546. fol. (e) Apud GOURMELINUM.

pro dirigendo digito, aut manu. Manus artificialis & pes. HALLER. V. *pag.* 301.

AMATUS LUSITANUS in *curation. med. centuria* V. aurea lamina, clavo in ſpongiam adaptato, inque eroſi palati foramen inmiſſo, vocis ſublatus uſus reſtitutus. HALLER. V. *pag.* 314.

ANDREÆ FURNERII *L. de decoratione* LION ſine temporis mentione ſcriptum GESNERUS citat, aitque etiam Chirurgiam continere. HALLER.

GABRIEL FALLOPIUS. Ejus *L. de decoratione.* PATAV. 1566. 4. De præputio reſtituendo, de naſo reparando, quam curationem in CALABRIA utique teſtatur perfici, ſed maximo cum dolore. Papillam mammæ nimis brevem fiſtula plumbea corrigit. HALLER. V. *ulcera*,

LEONARDO FIORAVANTI in *teſoro della vita umana* Parte II. cum claſſe Hiſpanica a. 1550. AFRICAM petiit, multos ſaucios curavit, naſum detruncatum etiam adglutinavit, ut comprehenderet. In L. IV. quinque curationes in naſis reparandis factæ TURPIÆ Calabricæ a PETRO & PAULO fratribus, quas ipſe vidit. HALLER. V. *pag.* 9.

HIERONYMUS MERCURIALIS. Ejus *L. de decoratione* prodiit cum lib. *de morbis cutaneis* a JULIO MANCINO editus VENET. 1585. 4. ſolus recuſus eſt, *acc. de varicibus & de reficiendo naſo* FRANCOF. 1587. 8. VENET. 1601. 4. 1625. 4. HALLER. (f). V. *pag.* 9.

GUILIELMUS FABRICIUS in *obſervat. & curat. centuria* III. JOHANNES GRIFFON TAGLIACOTII invento exculto, naſum amiſſum reſtituit. HALLER. V. *pag.* 274.

CAROLUS BATTUS in *Handtbœk der Chirurgyen* &c. tabulam habet ad ſupplendum palatum. HALLER. V. *pag.* 15.

CASPAR TAGLIACOTIUS, Bononienſis, medicus & philoſophus. Ejus *ſunt de curtorum inſitione per chirurgiam* libri II. VENET. 1597. fol. FRANCOFURT. 1598. 8. Etſi non primus mirificam adminiſtrationem molitus eſt, ſolus tamen eam accuratiſſime & fuſe deſcriptam dedit, quam ex Bojana familia chirurgorum Turpienſium in CALABRIA didicerat (g), quæ eo ſeculo naſos reparabat. Teſtis curationum (h) a TAGLIACOTIO perfectarum eſt THOMAS FIENUS (i): alius JACOBUS HORSTIUS (k): iterum alius M. ANT. ULMUS (l), ut tamen JACOBUM ZANARO in oppido *Montechiaro* natum, ejusdem laudis reddat participem. MERCURIALIS eam artem in CALABRIA exerceri, & TAGLIACOTIUM duos, qui exercuerunt homines, ſibi indicaſſe auctor eſt (m). Teſtimonium aliud

 eſt

(f) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 169. (g) CORTESIUS *miſcell. dec.* III. SBARAGLI *ocul. mente vigil.* p. 197. add. de Calabris. FALLOPIUS *decorat.* pag. 19. (h) REAUMUR *hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* (i) *Op. chirurg.* L. XII. (k) *Wunder der Natur* p. 280. (l) *de utero* p. 174. 175. *Phyſiolog. barb.* p. 233. (m) *de decorat.* p. 23.

eſt JOHANNIS VIGIER (n), aliud M. HOLZAPFEL *(o)*, & FORTUNII LICETI (p), qui ipſe, neque ſemel, viderit TAGLIACOTIUM excoriantem naſi cartilaginem, brachium adaptantem, propaginem ſutura confirmantem. Et legas (q) TAGLIACOTIO BONONIÆ ſtatuam eſſe dicatam, quæ manu naſum teneat. Fuſe iſta repetii, inquit celeberrimus HALLER, cum omnino adminiſtrationum hæc longe ſit difficillima & pene incredibilis. Accurate cauſam noſter exponit, ut humeri pars prior naribus admoveatur, & corpus ſincipiti, vola vertici. Ut in humeri cute inciſa deſignetur tradux aliquanto amplior, quam videatur neceſſe. Excidi pene absque dolore, cute a forcipe compreſſa, ſecundum quam linea ducta ſectio fiat. Si inferius etiam labium ſupplendum eſt, alter tradux inferior de cubito ſumitur. Inde is tradux cutaneus curto naſo excoriato applicandus, adſuendus ad nares; vigeſimo die tradux fere coaleſcit; tum de humero eumdem oportet reſecare, qui frigeat quidem & palleat, fotus tamen refocilletur. Decimo quarto inde die tradux figurandus, & quadrageſimo columna immittenda, atque acu cum labio ſuperiori conſuenda; idem tradux plumbeis tubulis configurandus. Exemplum curationis. Ut dimidiata auris reſtituta fuerit. Inſtrumenta omnia delineata. Incredibile pene eſt, quemquam ob naſum, nunquam genuini ſimilem futurum, tantum toleraſſe ærumnarum, quas noſter quidem ſic ſatis fatetur vitari non poſſe. Liber primus nihil habet niſi theoriam. Compendium ſuæ artis in epiſtola ad MERCURIALEM dedit. HALLER.

THOMAS FIENUS *de præcipuis artis* &c. L. XII. pro naſi reparatione Tagliacotiana. HALLER. V. *pag.* 591.

FRANCISCUS RANCHIN in *queſtions de Chirurgie* &c. pro naſi reparatione. HALLER. V. *pag.* 15.

JOH. SCHENK in *obſervat. rarar. obſ.* 314. nova ratio, qua naſus &c. reſtaurari queat. *Obſ.* 343. naſus recens deciſus conglutinatus. WALTH. V. *pag.* 16.

MARTINUS HOLZAPFEL in iisdem SCHENKII obſervationibus agit de naſi per TAGLIACOTIUM reparatione. HALLER.

JOH. JESSENIUS in *inſtit. chirurg.* ſect. 3. cap. 4. de oculorum artificioſa reſtitutione. Cap. 5. de manuum & pedum amputatorum reſtitutione. WALTH. V. *pag.* 16.

J. VINCENT. GOSIUS cum *tabulis microſcopicis* aliquas *obſervationes* edidit TURIN 1606. 4. quas inter eſt de Tagliacotiana reparatione naſi. HALLER.

J. B. CORTESIUS. Ejus *miſcellaneorum medicorum decades denæ.* MESSANÆ 1625. fol. Huc pertinet *decas* III. ſive fuſus tractatus de curtorum reſtauratione. Hiſtoria reparationis Tagliacotianæ. Adjecta eſt Turpien-

(n) p. 174. (o) Apud SCHENK *diſſ.* (p) *de monſtr.* II. c. 29. p. 108. (q) Apud FIENUM.

pienſium medicorum curatio apud BOIANORUM familiam, auctore PETRO BOIANO. Conſilia TAGLIACOTII in compendium contracta, cum inſtrumentis totaque ejus auxilii adminiſtratione. PETRI BOIANI jam mortui inſtrumenta ipſe vidit & forcipem quam depingit. HALLER.

JOHANNES VIGIER in *operum medico-chirurgicorum* pag. 174. (r) naſum a chirurgo Italo (TAGLIACOTIO) reparatum. HALLER. V. *ulcera.*

HENRICUS PETRÆUS in *Handbüchlein* &c. tract. 8. cap. 6. de membrorum abſciſſorum artificioſa reſtitutione. WALTH. V. *pag.* 18.

THOMAS BARTHOLINUS in *obſervat. med. tranſmiſſ. obſ.* 23. naſi reſtitutio. WALTH. V. *pag.* 23.

FRIDERICUS HOFFMANNUS in *meth. med.* L. II. cap. 2. de artificioſa partium deficientium reſtitutione. WALTH. V. *pag.* 393.

GEORGIUS FRANK poſtea de FRANKENAU, Profeſſor Heidelbergenſis, dein Hafnienſis. Ejus multæ ſunt diſputationes collectitiæ. *De reſtitutione in integrum, ſ. partium corporis chirurgica, ſ. artificiali.* HEIDELBERG. 1672. 4. recuſa & in *Satyris.* Loci varii de Tagliacotiana naſi reparatione, de aliis partibus corporis humani reſarciendis. HALLER.

ANTONIUS MOLINETTI in *diſquiſitionibus anatomico-pathol.* narrat ſe vidiſſe a. 1625. reparationem narium Tagliacotianam. HALLER. V. *pag.* 459.

MICHAEL LUDOVICUS RENEAULME de la GARANNE in *Mem. de l'Acad. des ſciences* a. 1719. egit de reparatione naſi amiſſi Tagliacotiana, quam ſimpliciorem & faciliorem reddere conatur. HALLER.

NIC. ROSEN von ROSENSTEIN. Ejus *de Chirurgiæ curtorum poſſibilitate.* UPSAL. 1742. 4. HALLER. V. *pag.* 582.

J. BAPT. du BOIS & URBAN VANDENESSE *E. curtæ nares ex brachio reficiendæ.* PARIS 1742. 4. HALLER.

THOMAS FITZMAURICE. V. *pag.* 140.

PETRUS CAMPER. Ejus *Aanmerkinge afbeelding en beſchryving van een geheel verloorene, maar door koonſt herſtelde neus en verheemelde naar het leven getekent int latyn beſchreeven en vertaald.* AMSTERDAM 1771. 8. Artificium hominis, qui ſibi apte ſatis ligneum naſum adaptavit. HALLER. V. *fractur.*

PETR. SUE in *dictionnaire* &c. de LAURENTI dexterrime ſuppleto brachio. HALLER. V. *pag.* 183.

VERDEIL. V. *pag.* 245.

(r) Edit. PRAG. 1659. 4.

DENTIUM MORBI.

ÆSCULAPIUS, Græcus, quem pro dogmaticæ Medicinæ (a) vero auctore GALENUS habet, APOLLINIS (b) dicitur filius, & CHIRONIS (c) diſcipulus & proprii patris (d), etiam cruore Gorgonis a Minerva accepto (e) ditatus, Princeps partis Meſſeniæ. Ei omnes partes artis medicæ excultæ tribuuntur, Chirurgia quidem potiſſimum (f). Dentis evulſionem a tertio ÆSCULAPIO inventam eſſe CICERO (g) teſtatur. Ita HALLER (h).

HIPPOCRATIS L. περι οδοντοφυιης practici fere argumenti eſt, idemque ſpurius. Quæ infantibus ex dentitione mala accidant, uti ea ſubleventur, eorum malorum ſigna & prognoſtica, vitia tonſillarum, etiam ulcera breviſſime tanguntur. Codices Græci ſunt in B. R. Par. n. 2146. 2254. Ita HALLER (i). V. *pag.* 286.

A. CORNELIUS CELSUS in *Medicinæ* L. VI. cap. 9. de dentium dolore. Cap. 13. de parulidibus gingivarum. In L. VII. cap. 12. de oris vitiis (dolor dentium). WALTHER. Ibidem dens exeſus plumbo replendus. HALLER. V. *pag.* 287.

SCRIBONIUS LARGUS in L. *de compoſ. medicam.* cap. 10. 11. ad dentium dolorem. WALTH. V. *medicam. chir.*

DIOSCORIDES in *facile parabil.* L. I. cap. 69. &c. ad dentium dolores remedia. WALTH. V. *medicam. chir.*

SALUSTIUS DIONYSIUS, qui dentium dolores curabat ranis ſuſpenſis, ut virus in acetum deflueret (k). HALLER.

CÆLIUS AURELIANUS in *tardar. paſſ.* L. II. cap. 4. de dentium dolore, ubi ab evulſione ſibi metuit. HALLER. V. *pag.* 293.

GALENUS *de compoſ. med. ſecundum locos* L. V. cap. 8. de dentium adfectibus. In dentibus experimentum in ſe ipſo fecit. Inflammatis adſtringentia aut valde acria non convenire. Dentes nimis longos jubet lima diminuere. Suum dat dentifricium. HALLER. V. *pag.* 264.

ADAMANTIUS, ſophiſta, qui HONORII ævo vixit. Hunc Judæum & Ciliciem facit BANDINUS, qui ALEXANDRIÆ vixerit. Ejus *de cura dentium & eorum remediis* apud AETIUM (l). AETIUS eum ſophiſtam vocat. Ita HALLER (m).

ORIBASIUS *de loc. affect. curat.* L. IV. cap. 58. ad dentes carioſos. Cap. 59. 60. ad dolores dentium. Cap. 66. de gingivis carne denudatis.

Idem

(a) GALEN. *introd.* (b) PINDAR. *Pyth.* III. Et diſcipulus GALEN. *introd.* (c) APOLLODORUS. (d) GALEN. *med.* (e) APOLLODORUS p. 115. (f) Ibid. (g) *Natur. Deor.* L. III (h) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 14. (i) Ibid. pag. 83. (k) PLINIUS L. XXXII. n. 26. (l) L. II. ſ. 4. cap. 27. (m) In *Bibl. Med. pract.* T. I. pag. 296.

Idem in *ſynopſeos* L. V. cap. 28. de ortu dentium. WALTH. V. *pag.* 264.

AETIUS in *tetrabibl.* I. ſ. 4. cap. 9. de dentitione. In *tetrabibl.* II. ſ. 4. Cap. 20. 23. ad inflammatas gingivas. Cap. 27. 28. 29. 31. 32. curatio dentium a caliditate, frigiditate, humiditate, ſiccitate. Cap. 33. curatio eroſorum dentium. WALTH. V. *pag.* 265.

ALEXANDER TRALLIANUS in *paraphr.* L. I. cap. 39. de dentium dolore.

Idem *de arte med.* L. III. cap. 10. de dentium affectibus. WALTH. V. *pag.* 369.

PAULUS ÆGINETA in L. III. cap. 26. dentium mala. In L. VI. cap. 27. de parulide. WALTH. V. *pag.* 293.

JOHANNES ACTUARIUS in *meth. med.* L. II. cap. 10. agit etiam de dolore dentium. In L. IV. cap. 14. de inferioribus oris vitiis. In L. VI. cap. 7. de oris affectibus, dolor, eroſio dentium. WALTH. V. *pag.* 358.

JOHANNES MESVES in *particul. medic.* VENET. 1589. fol. 2623. fol. de ægritudine oris ſumma 8. cap. 2. de dentium dolore. WALTH. V. *medicam. chir.*

RHAZEUS in L. III. de inſtrumento ad dentes evellendos. Ad pertinaces dolores dentem ignito ferro jubet perforare. Ad cariem cauterium. Gingivam mollem jubet ſcarificare. Ad corruptionem medicamentum laudat ex calce, arſenico & atramento intritis. Non nimis valentia medicamenta ad oris ulcera debere adhiberi. HALLER.

Idem in L. ad ALMANSOREM IX. tit. de dentium dolore. WALTH. V. *pag.* 265.

HALY ABBAS in *practicæ* L. IX. cap. 33. de gingivæ cura. In *theoriæ* L. IX. cap. 17. etiam de dolore dentium. WALTHER. V. *pag.* 295.

AVICENNA in L. III. *fen.* 7. cap. 4. 5. 6. de dolore dentium, ſignis & cura. Cap. 11. 12. 13. de perforatione & comminutione & corroſione dentium. Cap. 16. de facilitate originis dentium. *Fen.* 8. cap. 5. de diminutione carnis gingivæ & cura. WALTH. V. *pag.* 267.

ALBUCASIS in L. *practicæ* tract. 6. cap. 19. de doloribus puerorum in ortu dentium. Tract. 7. cap. 2. de dolore dentium. Cap. 3. de corroſione dentium. Cap. 5. de dentium exitu & commotione. Tract. 8. cap. 2. de corroſione dentium. WALTH. Dentes filis aureis contortis firmat. HALLER. V. *pag.* 267.

CONSTANTINUS in L. *de morborum cognitione* &c. agit etiam de morbis dentium. HALLER. V. *pag.* 268.

LANFRANCUS in *Chirurgiæ magnæ* tract. 3. cap. 4. de paſſionibus oris: dentium dolor. WALTH. V. *pag.* 2.

BER-

BERNARDUS GORDON in L. *Medicinæ* Parte III. cap. 25. de dentium dolore. Cap. 26. rubr. 1. de perforatione & corroſione dentium. Rubr. 5. de acceleratione dentium. Rubr. 8. de debilitate dentium. Part. VII. cap. 21. ad dentium dolorem. WALTH. V. *pag.* 270.

ARNALDUS de VILLANOVA in *breviarii* L. I. cap. 45. tere, inquit, duas vel tres frondes ſalviæ cum tribus granis piperis & ſalis, & in ſubtili petia liga, & ſupra dentem dolentem applica, ſtatim dolorem tollit. WALTH. V. *pag.* 296.

NICOLAUS BERTRUCCIUS in *methòd. cognoſc. morb.* L. I. (vel II.) pag. 50. dolor dentium. Pag. 51. corroſio dentium. WALTHER. V. *pag.* 371.

GUILIELMUS de VARIGNANA in *ſecret. ſublim.* tract. 5. cap. 2. de dolore dentium: laudat ſuccum peucedani in dente carioſo poſitum; ſandaracham in pulverem redactam vel in aceto ſolutam & denti applicatam; ſuccum etiam coſti nigri calefactum in cortice granati, & auri inſtillatum; corticem pineæ majoris in aceto coctum, aut infuſum, & in ore detentum; ſem. apii gr. ij. opii & hyoſcyami ana gr. iij. cum ſyrupo papav., vel vino fiat pilula una, intra dentem tenenda, quæ ſtatim dolorem ſedabit. WALTHER. V. *pag.* 371.

GUI de CHAULIAC in *Chirurgiæ* tract. 6. doctr. 2. etiam de dolore dentium. WALTH. V. *pag.* 297.

J. MATTHIAS de FERRARIIS in *practicæ* Parte I. cap. 39. de dolore dentium. WALTH. V. *pag.* 372.

BARTHOLOMÆUS de MONTAGNANA in *conſilio* 87. de dolore dentium. WALTH. V. *pag.* 372.

ANTONIUS CERMISONUS in *conſil. med. conſ.* 24. & 25. contra dolorem dentium. WALTH. V. *pag.* 372.

J. MICHAEL SAVANAROLA in *practicæ majoris* tract. 6. cap. 6. rubr. 2. de difficili dentitione. Cap. 7. rubr. 3. de dolore dentium. WALTH. V. *pag.* 373.

JOH. BAVERIUS de BAVERIIS in *imola conſiliorum* &c. *conſ.* 84. de dolore faucium & dentium. WALTH. V. *pag.* 3.

JOHANNES de VIGO in *oper. chirurg.* LUGDUN. 1521. 4. L. V. cap. 10. de dolore dentium. WALTH. V. *pag.* 270.

JOHANNES ARCULANUS in *practicæ medicæ* &c. cap. 48. de dolore dentium. WALTH. V. *pag.* 373.

ALENANDER BENEDICTUS in L. V. cap. 3 ad parulides. Cap. 4. de gingivarum doloribus. In L. VI. cap. 4. de dentium dolore. Cap. 5. 8. 18. ad dolores dentium medicamenta. WALTH. V. *pag.* 300.

GALEACIUS de S. SOPHIA in *Medicinæ practicæ* &c. cap. 41. de dolore dentium. WALTH. V. *pag.* 373.

GODO-

Godofredus Steghius in *artis medicæ* L. XI. cap. 3. de epulide curanda. In L. XII. cap. 7. dentium doloris ratio. Walth. V. *pag.* 313.

Joh. Stockerus in *praxis aureæ* &c. L. I. cap. 19. de dolore dentium & dentibus perforatis. Walth. V. *pag.* 374.

Petrus de Bayro *de medendis corp. hum. malis* L. VI. cap. 8. de dolore dentium. Cap. 11. de dentibus corroſis, & vermibus in eis. Walth. V. *pag.* 374.

Philippus Theophrastus Paracelsus in *operum omnium* Parte III. paragraphorum L. XII. de dentium doloribus. Walth. V. *pag.* 272.

Johannes Manardus in *epiſtolarum* L. XVIII. *epiſt.* 2. de fluxione gingivarum & denudatione dentium. Walth. V. *pag* 421.

Hieronymus Cardanus. Ejus *opuſcula medica ſenilia.* Lion 1638. 8. Ex M. S. Bibliothecæ Romanæ, in qua multi codices manu Cardani ſcripti contineantur I. *de dentibus*: fere ad curationem, ſuperſtitione neque hic noſter purus eſt; certo digito dentem, etiam leviſſime, tactum, dolore vult liberari. Ita Haller (n). V. *pag.* 374.

Zahnarzney. Frankfurt 1536. 4 Haller.

Andreas Vesalius in *paraphraſis* &c. cap. 41. de dentium & gingivarum dolore. Walth. V. *pag.* 375.

Johannes Dryander *der ganzen Arzney* &c. habetur etiam caput de dentium malis. Haller. V. *pag.* 421.

Sebastianus Austrius *de ſecunda valetudine tuenda* &c. cap. 9. de dentitione: dentium erumpentium medelæ. Walth. V. *pag.* 375.

Idem *de infantum ſ. puerorum morborum dignotione* &c. *morb.* 26. dentitio. *Morb.* 27. gingivarum phlegmones. Walth. V. *pag.* 421.

Johannes Fernelius in *univerſæ Medicinæ* L. V. *de part. morb.* cap. 8. oris & faciei vitia & cauſæ.

Idem in *conſiliorum medicinal.* cap. 4. de dentium dolore. Walth. V. *pag.* 422.

Antonius Fumanellus in tract. *de compoſ. medicam.* cap. 27. ad dentium dolorem & ſtridorem. Walth. V. *pag.* 375.

Gualther Hermann Ryff. Ejus *nützlicher Bericht, wie man die Augen u. das Geſicht ſchärfen und geſund erhalten, die Zähne friſch und feſt erhalten ſoll.* Wurzburg 1548. 4. Haller. V. *pag.* 6.

Leonhardus Faventinus in tract. *de morb. puer.* cap. 10. agit etiam de dolore gingivarum & dentium in pueris. Walther. V. *pag.* 422.

Vidus

(n) Ibid. T. II. pag. 18.

Vidus Vidius *de curatione membratim* L. IV. cap. 21. de curandis dentium ſymptomatibus. Walth. V. *pag.* 375.

Julius Alexandrinus. Ejus *ſalubrium*, *ſ. de ſanitate tuenda* L. XXXVI. Colon. 1575. fol. Fuſiſſima diætetica, ex antiquis repetita. Cratonem collegam paſſim pungit. Haller (o). In L. XXVII. cap. 1. quomodo puer in dentitione tractandus. Walth. V. *pag.* 376.

Conradus Kunrath in *medullæ deſtillatoriæ* &c. Parte I. pag. 287. (p). 473. 544. & in P. II. pag. 487. 488. 489. 490. 491. medicamenta ad dolores dentium. Walth. V. *pag.* 397.

Ambrosius Paræus in *operum chirurg.* L. XVI. cap. 25. de dentium affectibus: dentium dolorem intolerabilem ſæpe ſedavit veſicatoriis retro aurem admotis. In L. XXIII. cap. 67. de dolore, qui ex dentitione oritur. Walther. Dentium mala, & apta adverſus ea inſtrumenta, denteſque ſuppoſititii. Haller. V. *pag.* 301.

Benedictus Victorius in *empiricæ Medicinæ* &c. L. I. cap. 10. dentium dolor. Walth. V. *pag.* 376.

Caspar Peucer in *Medicinæ practicæ* &c. cap. 7. doloris dentium curatio. Cap. 8. de morbis, qui dentibus accidunt, ut dentitio & ejus cura. Walth. V. *pag.* 423.

Christophorus a Vega in *artis medendi* L. III. ſ. 5. cap. 2. de dolore dentium. Walth. V. *pag.* 376.

Donatus Antonius ab Altomari in *artis medicæ* &c. cap. 41. de dentium dolore. Walth. V. *pag.* 376.

Franciscus Valeriola in *exercitationum* L. V. de magna ſanguinis jactura ex dente evulſo. Haller. V. *pag.* 273.

Franciscus Martinus de Castrillo. Ejus *de dentitione.* Walladolid. 1557. 8. Madrit. 1570. 8. Haller.

J. Baptista Montanus in *conſultat. medic. conſ.* 9. ad ſedandos dentium dolores ſandaracham commendat. Walth. V. *pag.* 424.

Balduinus Ronsseus *de hominis primordiis* &c. cap. 47. de gingivarum prurigine & dentitione.

Idem in *epiſtol. medic.* epiſt. 25. de uſu ſylveſtris vitis in dentium dolore: certum eſſe & infallibile remedium adverſus dolorem dentium ex humorum craſſorum defluxu. Walth. V. *obſt. art.*

Gabriel Fallopius in tract. *de tumoribus* &c. cap. 27. 28. de gingivarum inflammatione. Walth. V. *tumor.*

Guilielmus Rondelet in *method. curand. omnium morb.* L. I. cap. 25. præſtans remedium eſſe dentes theriaca vel mithridato fricare. Walth. V. *pag.* 377.

Hiero-

(o) Ibid. pag. 84. (p) Edit. Hamburg. 1628. 4.

HIERONYMUS MERCURIALIS *de morbis puerorum* L. II. cap. 16. de dentitione. WALTH. V. *pag.* 362.

J. ANDREAS della CROCE in *Chirurgia univerſale* &c. L. V. agit etiam de dentium evulſione. HALLER. V. *pag.* 10.

VICTOR TRINCAVELLUS in *enchirid. med.* L. V. cap. 3. de affectibus gingivarum. Cap. 4. de dentium affectibus & eorum curatione. WALTH. V. *pag.* 378.

DOMINICUS LEONUS in *artis medendi* &c. S. I. L. VII. cap. 8. de dolore dentium. Cap. 10. de ortu dentium difficili. Cap. 11. de inflammatione gingivarum. WALTH. V. *pag.* 378.

ADAM BODENSTEIN a CARLSTAD. Ejus *Zähnarzney.* FRANKFURT 1576. 8. HALLER.

OMNIBONUS FERRARI in L. *de arte med. infant.* cap. 28. de gingivarum prurigine ex dentium productione. Cap. 32. dentium dolor. WALTH. V. *pag.* 314.

JOH. RIOLAN in *particul. med. meth.* ſect. 1. tract. 4. ad dolorem dentium ſummopere laudat oleum buxi, quo imbutum goſſypium in dentem carioſum jubet imponi. WALTH. V. *pag.* 378.

PETRUS MONAVIUS. Ejus *de dentium affectibus.* BASIL. 1578. 4. HALLER.

BARTHOLOMÆUS CARRICHTER in *practica von allerhand Leibskrankheiten* &c. cap. 39. 40. contra dentium dolores. WALTH. V. *pag.* 379.

NICOLAUS PISO *de cognoſcendis & curandis* &c. L. I. cap. 48. de dolore dentium. WALTH. V. *pag.* 379.

JUSTUS ORTLOPH. MAROLDUS in *practicæ medicæ* &c. pag. 88. & 690. medicamenta ad dolorem dentium: decoctum viridis corticis ſambuci vinoſum, in ore retentum; allium contuſum ad dentem applicatum. WALTH. V. *pag.* 379.

URBANUS HEMARD, chirurgus ex Ruthenis Ejus *recherche de la vraie anatomie des dents, & nature & propriétés d'icelles.* LYON 1582. 8. Non laudant, quæ de chirurgia habet auctor, & addunt, nimium tribuiſſe medicamentis topicis. HALLER.

JOH. MARQUARD in *practicæ theoricæ* &c. L. I. cap. 24. de dolore dentium. WALTH. V. *pag.* 379.

JOH HEURNIUS. V. *pag.* 380.

JOHANNES CRATO in *perioch. method.* pag. 380. de dolore dentium.

Idem in *conſiliorum & epiſtolarum* L. II *conſ.* 30. in dolore dentium. In L. V. *conſ.* 8. de dolore & vermibus dentium: ſpiritus vini & cum eo miſceatur pulvis vitrioli, & intincta bombace dolenti loco applicetur, aut cavitati dentis apponatur; ſi dolor a cauſa frigida, pyrethrum & caryophylli

phylli in ſpiritu vini infundantur, & eodem modo applicetur infuſum. In L. VI. *conſ.* 47. in dolore dentium. In libro *ſingul. conſil. med.* in *conſil.* 31. dentium dolor. *Conſil.* 72. ad gingivas tabeſcentes. *Conſil.* 75. ad præſervationem dentium imprimis prodeſt cortex ligni e frutice berberis, ſi aquæ imponatur, eaque horis matutinis os colluatur; vel & oleum vitrioli ſi cum aqua miſceatur, quod dentes a putredine præſervat, & dealbat. In *epiſt.* 182. vidimus, inquit, graviſſimos dentium dolores, ſimul ac evomuit aliquis, ſubito tolli. WALTH. V. *pag.* 380.

RODERICUS a FONSECA in *conſult. med.* T. I. *conſ.* 46. pro dolore dentium, corroſione & nigredine: oleum buxi, camphoram, vitriolum Romanum commendat. WALTH. V. *pag.* 381.

GEORGIUS BERTINUS in *Medicinæ* L. XII. cap. 7. de morbis dentium. In L. XX. cap. 39. curatio doloris dentium. WALTH. V. *pag.* 12.

PETRUS FORESTUS in *obſervationum* &c. L. XIV. de morbis dentium. HALLER. V. *pag.* 381.

J. THOMAS MINADOUS. Ejus *de corporis humani turpitudinibus cognoſcendis & curandis L. III.* PATAV. 1600. fol. HALLER. In L. III. cap. 10. dentium dolor. WALTH. V. *pag.* 629.

EUSTACHIUS RUDIUS in *artis medicæ* L. I. cap. 39. de vitiis dentium: ad dolorem ab inflammatione gingivarum ortum oleum lentiſcinum præſtantiſſimum eſſe remedium. WALTH. V. *pag.* 382.

HIERONYMUS CAPIVACCIUS in *meth. pract. med.* L. I. cap. 53. de dentium dolore; de dentitione difficili. WALTH. V. *pag.* 382.

HERCULES SAXONIA in *panthei med. ſelect.* &c. L. I. cap. 24. de dolore dentium. WALTH. V. *pag.* 362.

GUILIELMUS FABRICIUS in *obſervat. chirurg. centuria* IV. *obſ.* 21. de admirando dentium dolore. WALTHER.

Idem in codicibus, qui ſervantur in Bibl. Bern. agit de dentibus alieno loco, etiam ſub lingua natis, evulſis propriorum inſtrumentorum ope. HALLER. V. *pag.* 274.

FABIANUS SCHEUNERUS in tract. *de catarrho* EISSLEB. 1594. 8. pag. 125. de dentium dolore. WALTH.

JOHANNES WITTICH in *vade mecum* &c. pag. 149. dentium dolor. WALTH. V. *pag.* 383.

FRANCISCUS RANCHIN in *opuſc. med.* tract. de morbis ſubitaneis cap. 30. de dolore dentium: allium cum cineribus coctum dentique dolenti admotum optimum eſt remedium. In tract. de morb. pueror. ſect. I. cap. 1. 2. de dentitione. WALTH. V. *pag.* 315.

JOH. SCHENK in *obſervat. rarar. de capite humano obſ.* 392. dentitio. *Obſ.* 393. dentium dolor mirabili modo ſanatus. *Obſ.* 396. dentium dolor, qui genuinis prodeuntibus excitatur, ſcarificationibus tollendus. *Obſ.*

388.

388. opiato oleo denti dolenti inuncto perpetua indolentia & mors. *Obſ.* 405. dentes fictitii in defectu dentium. WALTH. V. *pag.* 16.

ALEXANDER MASSARIA in *practicæ medicæ* &c. L. I. cap. 32. de dolore dentium. WALTH. V. *pag.* 384.

JACOBUS FONTANUS in *practicæ* &c. L. I. cap. 33. de dentitione. WALTH. V. *pag.* 433.

FELIX PLATERUS in tract. *de doloribus* cap. 7. inflammationis gingivarum curatio. Cap. 8. curatio doloris dentium. Cap. 377. dolor in dentitione.

Idem in *obſervationum* &c. L. II. pag. 371. dentium dolor. WALTH. V. *pag.* 385.

CLAUDIUS DEODATUS in *panthei hypigiaſt.* &c. L. III. cap. 21. medicamenta ad odontalgiam. WATH. V. *pag.* 385.

JULIUS CÆSAR BARICELLUS in *hortuli genialis* pag. 324. marinæ paſtinacæ radices, ſi dentes tangant, & gingivæ ſcarificentur, citiſſime dolor evaneſcit. WALTH. V. *pag.* 399.

HENRICUS WARENIUS in *noſologiæ* &c. diſp. 8. de odontalgia. WALTH. V. *pag.* 433.

JOHANNES RIOLANUS, junior. Ejus *enchiridium anatomicum & pathologicum.* PARIS. 1658. 8. ſæpe recuſum. Novum inſtitutum. Compendium quidem eſt anatomicum, ſed paſſim morbos ſubjungit, quibus pars quæque corporis humani obnoxia ſit, cum auxiliis. Dentem evulſum, repoſitum negat comprehendere. HALLER. (q) V. *obſt. art.*

CASPAR HOFMAN in *inſtitut. med.* L. III. cap. 146. de dentium dolore. WALTH. V. *pag.* 434.

JULIUS CÆSAR CLAUDINUS in *conſultat. & reſponſ. conſ.* 123. de dentium carie & dolore.

Idem in *empiricæ rationalis* L. III. tract. 3. part. 4. membr. 1. cap. 3. de difficili dentium ortu. Cap. 4. de dolore dentium. Cap. 5. de dentium perforatione, carie & nigredine. WALTH. V. *pag.* 386.

JOH. HIERONYMUS PULVERINUS in *Medicinæ practicæ* de curand. corp. malis cap. 33. de dolore dentium. WALTH. V. *pag.* 435.

RUDOLPH. GOCLENIUS in *Experimentirbuch* cap. 41. dentium dolor. V. *pag.* 352.

CHRISTOPHORUS GUARINONI in *conſil. medicinal. conſ.* 298. ad dentium dolorem decoctum ranarum ex aqua cum pauco aceto vel vino. *Conſ.* 410. de vetuſto dentium dolore. WALTH. V. *pag.* 436.

DANIEL SENNERTUS in *Medicinæ practicæ* L. II. part. 1. cap. 10. de dentium carie: ad cariem arcendam linimentum ex myrrha, gummi juni-

(q) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 370.

juniperi, alumine, & melle; ad dentes eroſos evellendos laudari pinguedinem ranarum viridium in arboribus degentium. Cap. 11. medicamenta ad dentium dolores. Cap. 16. de gingivarum affectibus. In L. IV. part. 2. ſect. 5. cap. de dentium dolore in gravidis. Cap. 14. de dentitione. WALTHER.

Ejus porro diſp. *de dentium dolore.* WITTEBERG. 1629. 4. HALLER. V. *pag.* 17.

WOLFG. GABELCHOVERUS in *curat. med. centuria* II. *curat.* 12. ſolent, inquit, mulieres Belgicæ pro magno ſecreto rapæ ſub cinere calente aſſæ infimum orbiculum calidiſſimum poſt aures applicare. Magna certe efficacia revellit & dolorem ſedat, ut ego, inquit, qui hujus rei experientiam & feci & ab aliis factam obſervavi, teſtari poſſum. *Centuria* III. *curat.* 35. dolor temporis dextri, maxillarum & dentium. WALTH. V. *pag.* 352.

GEORGIUS FEDRO in *opuſc. iatrochem.* pag. 13. odontalgia. WALTH. V. *pag.* 387.

JOH. HARTMANNUS in *praxis chymiatr.* pag. 70. 71. 72. odontalgia; dentes carioſi; parulis. WALTH. V. *pag.* 437.

GREGORIUS HORST in *obſervat. med.* L. II. de morbis capitis *obſ.* 33. ſingularis contumax odontalgia. WALTH. V. *pag.* 276.

Zahnarzneybüchlein gezogen aus GALENO, AVICENNA, MESVE, CELSO, *und anderen.* ERFURT 1614. 8. HALLER.

JOHANNES VIGIER. Ejus *tractatus abſolutiſſimus de catarrho, rheumatiſmo, vitiis dentium, linguæ, vocis* &c. GENEV. 1620. 8. 1624. 8. gallice etiam verſus eſt. HALLER.

Idem in *operum med. chirurg.* L. I. cap. 35. de epulide & parulide. WALTH. V. *ulcera.*

J. PHILIPP. BRENDEL in *conſil. med. conſ.* 57. ad dentium dolores. WALTH. V. *pag.* 387.

GUILIELMUS BALLONIUS in *conſil. med.* L. I. *conſ.* 116. ad febrem & dentium dolorem. Ejus porro *appendix de dolore dentium.* WALTH. V. *pag.* 387.

FRANCISCUS JOEL in *oper. med.* T. II. L. II. ſect. 6. dentium dolor. WALTH. V. *pag.* 18.

THEODORUS CORBÆUS in *pathologiæ* L. II. ſ. 2. cap. 54. de dolore dentium & dentitione. WALTH. V. *pag.* 315.

PHILIPPUS MÜLLER in *miracul. & myſter.* L. V. medicamenta etiam ad dolorem dentium. WALTH. V. *pag.* 388.

LAZARUS RIVERIUS in *praxis medicæ* L. V. cap. 1. de dentium dolore in cauſa frigida: allii ſuccus theriacæ mixtus & in aurem tepide inſtil-

latus

latus mirum in modum dolorem compeſcit. Decoctum radicis urticæ majoris cum pauxillo nucis moſchatæ, vino & aceto paratum, & calide in ore detentum. Walth. V. *pag.* 388.

Carolus Piso in *ſelect. obſervat. & conſil.* ſect. 2. p. 1. cap. 3. de odontalgia. Walth. V. *pag.* 439.

Joh. Vincentius Finkius in *enchiridii* &c. cap. 11. de dentium dolore. Walth. V. *pag.* 389.

Melchior Sebiz in *manualis ſ. ſpeculi* &c. T. I. part. 2. ſect. 4. cap. 8. ad gingivas luxuriantes. Cap. 9. ad parulidem. Cap. 15. ad dentium dolorem. Cap. 16. ad dentium cariem. In T. II. part. 6. cap. 6. ad dentitionem puerorum. Walth.

Ejus porro *de dentibus, de urina, de morbis contagioſis* &c. Argent. 1664. 4. Haller. V. *pag.* 364.

Arnauld Gilles *la fleur des remedes contre le mal des dents.* Paris 1622. 8. Haller.

J. Rudolphus Camerarius in *ſyllog. memorabilium* &c. *centuria* III. *partic.* 45. dentes eburneos reddit ſal alcali. *Centur.* VI. *part.* 43. & *cent.* XIII. *part.* 70. in dentitione amuleta. *Cent.* VI. *part.* 47. dentibus quis & qualis inſit ſenſus. *Cent.* VIII. *part.* 92. dentium doloris empirica tractatio; *part.* 93. dentes male coloratos dealbat oleum vitrioli cum aqua dilutum, & pumex ignitus in vino albo extinctus. *Cent.* IX. *part.* 42. dentium caſum promovet ranæ viridis adeps. *Cent.* XIII. *part.* 66. dentes non temere extrahendi; *part.* 67. modus extrahendi dentis ſine dolore; *part.* 68. dentium doloris certum anodynum; *part.* 74. dentium dolor mirabili modo ſedatus. Alberti. V. *pag.* 19.

Arnoldus Weickardus in *pharmacopœæ* &c. L. I. cap. 7. de affectibus oris. Walth. V. *pag.* 389.

Simon Pauli. Ejus diſſ. *de dolore dentium.* Hafniæ 1639. 4. Haller.

Idem in *quadripartiti botanici claſſe* II. & III. medicamenta etiam ad dolores dentium. Walth. V. *pag.* 442.

Zacutus Lusitanus in *praxis medicæ* &c. L. I. *obſ.* 84. dentium doloris remedium. *Obſ.* 85. dentium dolor nive circumpoſita ſanatus. *Obſ.* 86. ab impoſito philonio in dentis cavum mors. *Obſ.* 90. hæmorrhagia ab evulſione dentis facili remedio curata. Alberti. V. *pag.* 389.

Joh. Stephanus Strobelberger. Ejus *tractatus de dentium podagra, ſ. de odontagra, in quo dentium ſine & cum ferro artificioſe extrahendorum varii modi theorice & practice proponuntur. Cum appendice collectaneorum dolori, & extractioni dentium ab auctoribus dicatorum.* Lips. 1630. 8. Haller.

Jaco-

JACOBUS PRIMEROSIUS in *enchiridii* &c. parte II. pag. 108. dentitio & dolor dentium; pag. 111. eroſio dentium; pag. 112. parulis.

Idem *de morbis puer.* parte II. pag. 57. dentitio; pag. 62. parulis. WALTH. V. *pag.* 443.

MARTINUS BLOCHWIZ in *anatomiæ Sambuci* ſect. 3. cap. 7. de odontalgia. WALTH. V. *pag.* 443.

M. AURELIUS SEVERINUS *de efficaci medicina* L. II. part. 1. *de entopyria* cap. 20. de dentium dolore. In part. 2. de his, quæ ad oſſa ſpectant cap. 8. de vitioſis dentibus lima deterendis. WALTH. V. *pag.* 303.

JOH. THEOD. de BRY in *introductionis* &c. tract. 2. cap. 14. de faciei & oris vitiis. WALTH. V. *pag.* 444.

JOH. WALÆUS in *Medicinæ practicæ* L. II. cap. 9. de dentium dolore. WALTH. V. *pag.* 390.

JOHANNES van BEVERWYK in *derde deel des Schats* &c. de epulide cancroſa feliciter amputata. HALLER. V. *pag.* 22.

WOLFGANG HOEFER in *Herculis medici* L. I. cap. 11. de dentium & gingivarum vitiis. In L. VII. cap. 6. dentitio. WALTH. V. *pag.* 390.

PHILIPPUS GRULING in *curationum* &c. *centuria* I. *curat.* 28. in dolore dentium. *Curat.* 29. de corruptione dentium, & de gingivis carne denudatis. In *centuria* III. *obſ.* 46. 47. 48. 49. 50. 51. de dolore dentium.

Idem in *Medicinæ practicæ* L. I. part. 4. cap. 6. 7. de paſſionibus dentium.

Idem in tr. *von Kinderkrankheiten* NORTHAUSEN 1660. 4. cap. 7. de dentitione. WALTH. V. *pag.* 391.

BERNARDUS LANGWEDEL in *obſervat. medicinal. concluſione* 7. de odontalgia. WALTH. V. *pag.* 447.

JOH. RHODIUS in *obſervat. med. centuria* I. ſerius erumpens dens molaris. Dentes renati extrema ætate. WALTH. V. *pag.* 447.

GODOFREDUS MOEBIUS. Ejus *de odontalgia ſ. de dentium ſtatu naturali, atque præternaturali.* JEN. 1661. 4. HALLER. V. *obſt. art.*

GUERNER ROLFINK in *epitome methodi* &c. L. I. part. 2. cap. 6. de dentium dolore. WALTH.

Ejus porro diſp. *de odontalgia ſ. dolore dentium.* JEN. 1669. 4. HALLER. V. *pag.* 448.

THOMAS BARTHOLINUS in *hiſtor. anatom. centuria* III. *hiſt.* 66. & in *cent.* V. *hiſt.* 54. ad dentium dolores remedium. WALTER. V *pag.* 23.

ECCHARDUS LEICHNER. Ejus *de atrociſſimo & tantum non intolerabili dentium dolore.* ERFORD. 1668. 4. HALLER. V. *pag.* 559.

JOH.

Joh. Johnstonus in *ideæ univ. med.* L. VIII. cap. 2. art. 1. de odontalgia. Tit. 11. art. 1. de dentium corroſione. Tit. 12. de parulide. In L. XI. tit. 2. dentitio difficilis. Walth. V. *pag.* 391.

Hermannus Conring. Ejus diſp. *de natura & dolore dentium.* Helmstad. 1672. 4. Haller (r). V. *pag.* 24.

Ysbrand de Diemerbroeck in *centum obſervat. obſ.* 2. & 22. dentium dolor. Alberti. V. *pag.* 24.

Nathanael Highmor, medicus, in *corporis humani diſquiſitione anatomica* Haag 1651. fol dente evulſo antrum maxillare vidit patefactum, inanemque adſtantium metum diſcuſſit. Inde nova operatio nata eſt, cujus inventor eſt Cowperus. Ita Haller.

Dominicus Panaroli in *iatrologiſmorum ſ. obſervat. pentecoſte* IV. *obſ.* 10. plumbago quando dentium doloribus aliquando conferat. Walther. V. *pag.* 25.

Martinus Schmuck in *theſaur. ſecretor.* num 15. ad dentium dolores. Walth. V. *pag.* 451.

Joh. Scultetus in *armamentar. chirurg.* pag. 133. de dentis carioſi aduſtione. *Obſervat.* 28. de dolore dentium periodico feliciſſime curato. Walth. V. *inſtrum. chir.*

Petrus Borellus in *hiſtor. & obſervat. centuria* I. *obſ.* 2. quomodo dentes fuſo & digitis ab empiricis extrahantur. *Obſ.* 86. dentium dolor cum tumore genarum. *Obſ.* 97. dentitionis dolores inciſione gingivarum curati. *Obſ.* 98. dentium dolores levans remedium. In *cent.* II. *obſ.* 41. mulier dentibus carens. *Obſ.* 65. ad dentes dealbandos, firmandos & carne obtegendos. *Obſ.* 81. dentes in ſenectute. Dentes in palato. In *cent.* III. *obſ.* 8. ad dolores dentium remedium. *Obſ.* 13. dentes ſapientiæ. Alberti. In *cent.* IV. *obſ.* 68. ad dentium dolorem emplaſtrum ex pice Burgundica cum pulvere nucis moſcharæ temporali arteriæ admotum multis contulit. *Obſ.* 75. ſcalpella magnete tacta ſolo tactu dolores dentium tollunt. Walther. V. *pag.* 25.

Balthasar Timæus in *caſuum medicinal.* L. V. cap. 10. dentitio difficilis.

Idem in *epiſtol.* L. I. *epiſt.* 32. de doloribus dentium. *Epiſt.* 33. de odontalgia pertinaciſſima. In *conſilior.* L. I. *conſil.* 41. dentium dolor. *Conſ.* 42. dentium dolor ploratu ſolutus.

Idem in *reſponſ. med. reſp.* 55. de cucurbitulis in dolore dentium. Walth. V. *pag.* 26.

Gottfried Welsch in *Hebammenbuch* parte III. cap. 41. de dentitione. Walth. V. *obſt. art.*

Os-

(r) Ibid. pag. 623.

OSWALD GREMBS in *arboris integræ & ruinoſæ* L. II. cap. 1. dentium dolor. Cap. 2. puerorum dentitio. WALTH. V. *pag.* 27.

J. JACOBUS WEPFER in *obſervat. medico-pract.* pag. 308. dentes qua ratione firmandi; pag. 309. dentium relaxatio unde. ALBERTI. V. *pag.* 27.

J. ANDR. SMITZIUS in *Medic. pract.* pag. 50. dentitio; pag. 51. dentium dolor. WALTH. V. *pag.* 316.

HIERONYMUS BAUHINUS. Ejus *de odontalgia.* BASIL. 1660. 4. HALLER.

HENRICUS ARENIUS. V. *pag.* 392.

JOHANNES VERBRUGGE libellum GUILLEMÆI *de morbis oculorum* Belgice vertit, & auxit libello de dentium malis, qui liber Germanice prodiit cum titulo *der Augen- und Zahnarzt* DRESDÆ 1706. 8. HALLER. V. *medicam. chir.*

MATTHÆUS FRANC. HERTODT. V. *pag.* 31.

JOH. FERDINANDUS HERTODT in *crocologiæ* &c. cap. 12. de morbis dentium. WALTH. V. *pag.* 393.

In *Act. Nat. Cur. Dec.* I. *ann.* III. *obſ.* 316. dentis evulſio cauſa hæmorrhagiæ, quam ſubito repreſſam mors ſequebatur. *Ann.* VI. *obſ.* 183. dentium defectus in infante bimulo. *Ann.* X. *obſ.* 24. dolor ex verme dentis. *Obſ.* 112. 117. dentiens ſenex. *Dec.* II. *ann.* II. *obſ.* 49. lethalis evulſio dentis. *Obſ.* 163. dentium caſus ab uſu opii externo & largo tabaci fumo in odontalgia. *Ann.* III. *obſ.* 89. contra dentium dolorem amuletum. *Ann.* V. *obſ.* 31. dentium dolor viſo medicamento ſedatus. *Obſ.* 160. in dentium dolore probatiſſimum experimentum veſicatorium. *Ann.* VI. *obſ.* 122. dentium ſingularis defectus. *Ann.* VII. *obſ.* 101. duplex ordo dentium in infante. *Ann.* VIII. *obſ.* 93. dentium mirum robur. *Ann.* IX. *obſ.* 197. dentium dolor alapa curatus. *Obſ.* 212. dentitio ſera. *Ann.* X. *obſ.* 62. infauſta extractio dentis ocularis. *Dec.* III. *ann.* I. *obſ.* 28. dentes erumpentes in ſenibus. *Ann.* III. *obſ.* 89. dentium cavorum & carioſorum diverſa ratio. *Ann.* V. VI. *obſ.* 220. dentes carioſi. *Obſ.* 268. dentatus ſex menſium abortus. *Ann.* IX. *obſ.* 10. læſio dentium inſignis ex tabaci fumatione ſecundum Neotericorum inventum. *Cent.* I. p. 3. *app.* dolor dentium epidemicus; p. 197. 206. 207. *app.* dentitio in ſene. *Cent.* V. p. 28. dentium doloris mira cauſa. ALBERTI.

EHRENFRIED HAGEDORN in *obſervat. & hiſtor. centuria* I. *hiſt.* 74. dentes tertium renaſcentes. ALBERTI. V. *pag.* 33.

GEORG. WOLFG. WEDEL. Ejus *de dentitione infantum.* JEN. 1678. 4. HALLER. V. *pag.* 34.

BERNARDINUS GENGA in *anatomia chirurgica, cioè iſtoria anatomica degli oſſi* &c. anthelicem in odontalgia urere ſatis ſuadet, ipſe bonum eventum expertus, non quidem perpetuum. HALLER. V. *oſſ. morb.*

FRANC.

FRANC. SYLVIUS de le BOE. V. *pag.* 35.

GEORG. FRANK *de reſtitutione in integrum* &c. dentium reſtitutio. ALBERTI. V. *pag.* 637.

J. NICOLAUS PECHLIN in *obſervat. phyſico-medicar.* L. II. *obſ.* 3. dentium dolor cariem maxillæ inferens. *Obſ.* 36. odontalgicus vermis. ALBERTI. V. *pag.* 37.

J. NICOLAUS BINNINGER in *obſervat. & curat. centuria* III. *obſ.* 90. dentium dolor immanis ſubito natus. *Cent.* IV. *obſ.* 25. dentitio difficilis gingivarum membranæ tranſverſali inciſione momentanea ſublata. *Cent.* V. *obſ.* 90. dentium dolor immaniſſimus. ALBERTI. V. *pag.* 37.

RUDOLPH. WILHELM. KRAUSE. Ejus *de odontalgia.*, JEN. 1680. 4. HALLER. V. *hern.*

NICOLAUS BLEGNY in *zodiaci medico-Gallici ann.* 1680. *Febr. obſ.* 14. *Jun. obſ.* 10. 11. dentium natura, morbi & remedia. *Ann.* 1681. *Maj. obſ* 7. ad dentium dolores remedium. *Ann.* 1682. *Mart. obſ.* 17. dentes canis marini. ALBERTI. V. *pag.* 42.

GERARDUS BLASIUS in *Medicinæ univerſæ* &c. L. III. ſ. 8. cap. 5. de dentium dolore. WALTH. V. *pag.* 365.

GODOFREDUS SAMUEL POLIS. V. *pag.* 43.

BENJAMIN MARTIN diſſ. *ſur les dents* PARIS 1679. 12. morbos etiam dentium recenſet, eorum medicamenta & inſtrumenta, quibus curantur. Limam recte rejicit, & monet, nocere dentes nimis confertos, & dentes ſuppoſititios improbat. HALLER.

STEPHANUS BLANCARD in *collectaneis medico-phyſicis* &c. cauterio ſuppreſſa odontalgia. HALLER. V. *pag.* 45.

MATTHIA GODOFRED. PURMAN in *chirurgiſchem Lorberkranze* &c. ab evulſa cum dente maxillæ particula funeſta caries. HALLER. V. *pag.* 45.

FLEURIMON *moyens de conſerver les dents belles & bonnes.* PARIS 1682. 12. HALLER.

In *Act. Eruditorum Lipſienſium ann.* 1691. *Febr.* pag. 59. dentis evulſio ſine dolore. *Anno* 1698. *April.* p. 195. dentium dolor abſciſſis capillis ſedatus. *Ann.* 1703. *Jun.* p. 259. dentes adultorum quomodo creſcant. *Ann.* 1715. *Jul.* p. 311 dentium nervi & vaſa ſanguifera. *Sept.* p. 410. dentium vermes. *Oct.* p. 462. dentis evulſi hæmorrhagia ut cohibita. *Ann.* 1718. *Jun.* p. 253. inſtrumenta pro dentium extractione. *Ann.* 1719. *Jan.* p. 12. dentis molaris animalcula. *Ann.* 1723. *Febr.* p. 83. dentes excuſſi repoſiti. *Ann.* 1726. *April.* p. 185. dentium molarium ſuperiorum defectus. ALBERTI. V. *pag.* 49.

GUNTHER CHRISTOPH. SCHELHAMMER. Ejus diſp. *de epulide & parulide* JEN. 1692. 4. recuſa in VALENTINI *praxi medica infallibili*, & in HALLERI *collect.* T. II. Continet innumeros, & utiles caſus quos WEPFERUS cum FRANCO communicavit, qui videtur diſputationis auctor eſſe.

Ejus diſp. *de odontalgia tactu ſedanda.* KIEL. 1701. 4. Ita HALLER. V. *pag.* 50.

CONRAD CASPAR EHINGER. Ejus diſp. *de odontalgia.* ALTDORF. 1683. 4. HALLER.

MICHAEL BERNARD VALENTINI de parulide epidemica. V. *pag.* 51.

WILLIAM MUSGRAVE in L. *de arthritide* &c. agit de odontalgia ex materie arthritica nata. HALLER. V. *pag.* 279.

VITUS RIEDLIN in *linear. medicar. ann.* I. *Maj. obſ.* 13. odontalgicum remedium flores ſambuci cum vino cocti externe applicati. *Novemb. obſ.* 18. dentes præpropere erumpentes. *Obſ.* 28. dentitionis dolores ſanguine criſtæ galli leniti. *Ann.* II. *Mart. obſ.* 30. dentium uſtio. *Maj. obſ.* 10. ab evulſo dente hæmorrhagia, mixtura ex extracto tormentillæ, ſanguine draconis & opio, curata. *Ann.* III. *Mart. obſ.* 10. dentes ſicca abſterſione ſeparandi. *Ann.* IV. *Jan. obſ.* 30. dentem elapſum ſubſequentia ſymptomata. *Febr. obſ.* 23. in dolore dentium fonticuli duo fruſtra inuſti. *Ann.* VI. *Mart. obſ.* 1. dentium extractionem febris ſubſequens. *April. obſ.* 28. in dentitione ſpaſmodica coucuſſio.

Idem in *curarum medicar. cur.* 83. dentium dolores ſedans remedium. *Cur.* 428. dentes trigeſimo ætatis anno renaſcentes. *Cur.* 734. dentium dolor venæ ſectioni ſub lingua cedens. ALBERTI. V. *pag.* 52.

JOSEPHUS ACOLUTHUS de magna epulide ferro & igne exſtirpata. V. *pag.* 54.

ROSINUS LENTILIUS in *miſcellaneis* &c. de excisa epulide. V. *pag.* 54.

JUSTUS VESTI. Ejus *de odontalgia.* ERFORD. 1697. 4. HALLER. V. *pag.* 467.

J. DAVID STREITLEIN. Ejus diſp. *de dentitione.* ALTDORF. 1688. 4. HALLER.

SYLVESTER SAMUEL ANHORN. V. *pag.* 58.

MAXIMILIAN PREUSS de epulide peſſima ſanata. V. *pag.* 60.

GUALTHERUS HARRIS in L. *de morbis infantum* LONDON 1689. 4. agit etiam de difficili dentitione, quo in malo gingivas jubet diſſecare. HALLER.

MARCUS GERBEZ. V. *pag.* 61.

FRIDE-

Fridericus Ruysch in *obſervat. anatomico-chirurg. obſ.* 82. dentium alveoli ob varias cauſas penitus conſumti, unde dentium vacillatio & caſus. Alberti. V. *pag.* 63.

Paulus Spindler in *conſignat. obſervat. medic. obſ.* 21. dentium dolor ex utero. *Obſ.* 22. odontalgia periodica. Alberti. V. *pag.* 64.

Gerard. Arn. Brouwer. Ejus diſp. *de odontalgia.* Leid. 1692. 4. Haller.

Andreas Myrrhen. Ejus diſp. *de odontalgia.* Lips. 1693. 4. Haller.

J. Fridericus Ortlob, Profeſſor Lipſienſis. Ejus diſp. *de dentitione puerorum difficili.* Lips. 1694. 4. Haller.

Guilielmus Cowper. V. *pag.* 67.

Idem porro Cowper in Jacobi Drake *anthropologia nova* Lond. 1707. 8. 1727. 8. & alias edita, aliqua habet de tumoribus cyſticis, deque aliis malis ſinus maxillaris, & de perforando ad eam materiem emittendam alveolo dentis. Haller.

Adrian. Ziegler. Ejus diſp. *de odontalgia.* Utrecht. 1695. 4. Haller.

Fridericus Hofmann. Ejus diſp. *de dentibus, eorumque morbis.* Halæ 1698. 4. recuſa in *operibus omnibus.*

Ejus *de remediis antiodontalgicis.* Ibid. 1700. 4. Haller. V. *pag.* 324.

Carolus Musitanus in *Chirurgiæ theoretico-practicæ* &c. in parte practica agit de dentium dolore. Haller. V. *pag.* 72.

J. Heslopp. Ejus diſp. *de dentitione infantum difficili & laborioſa.* Leid. 1700. 4. Haller.

In *hiſtoria morborum Vratisl.* V. *pag.* 75.

Idon Wolf in *obſervationibus medico-chirurgicis* agit etiam de epulide. Haller. V. *pag.* 75.

Valent. Kräutermann. V. *pag.* 76.

Antonius Maria Valsalva in tract. *de aure humana* &c. conſilium ad odontalgiam urendi nervi duri. Haller. V. *pag.* 394.

Petrus Benjamin Pache. Ejus diſp. *de dentium dolore.* Basil. 1707. 4. Haller.

Simon Paulus Hilscher. Ejus diſp. *de odontalgia.* Jen. 1748. 4. Haller. V. *fract.*

Michael Alberti in *ſyſtematis jurisprud. medicæ* P. II. pag. 545. dentitio quæ inferat ſymptomata. Alberti. V. *pag.* 608.

Hieronymus Ludolf. Ejus diſp. *de morbis gingivarum.* Erford. 1722. 4. Haller. V. *vuln.*

CONRAD LUDWIG WALTHER in *mediciniſch-chirurgiſch. Schatz* &c. forcipis genus ad evellendos dentes. HALLER. V. *pag* 87.

MARTIN GOTTHELF LOESCHER. Ejus diſp. *de dentibus ſapientiæ eorumque morbis.* WITTEBERG. 1728. 4. HALLER. V. *pag* 475.

LUD. CRON. Ejus *der beym Aderlaſſen und Zahnauszehren geſchikte Barbiergeſell.* LEIPZIG 1717. 8. Dentium evulſio, inde hæmorrhagia vitriolo ſuppreſſa. Gingivas a dente ſeparare inutile eſſe, ſed dentes *ad latera* debere urgeri. HALLER.

RUDOLF PHILIPP BEURLIN. Ejus diſp. *de dentitione difficili* &c. ALTDORF. 1720. 4. HALLER. V. *luxat.*

JOHANNES JUNCKER. Ejus & ADELUNG diſp. *de dentium affectibus.* HALÆ 1740. 4.

Ejusdem JUNCKERI diſp. *de dentitione difficili.* Ibid. 1745. 4.

Ejus *de odontalgia.* Ibid. 1746. 4. HALLER. V. *pag.* 93.

J. CASPAR KÜCHLER. Ejus *de ulceribus dentium fiſtuloſis.* LIPS. 1733. 4. Morbi exempla, & curationes. HALLER. V. *tumor.*

J. STORCH in *theoretiſch und practiſcher Abhandlung von den Kinderkrankheiten* T. II. agit de dentitione. Non probat gingivarum inciſionem. HALLER.. V. *obſt. art.*

NICOLAUS ANDRY in *examen de divers points d'anatomie* &c. agit etiam de dentitione. HALLER. V. *pag.* 99.

In *Breslauer Samml.* V. *pag.* 100. & 101.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER. Ejus *de cura dentium ad ſanitatem proficua.* HALÆ 1752. 4. HALLER. V. *pag.* 479.

PIERRE GUISARD in XII. *quæſtionibus medicis Academiæ Monſpel.* 1732. 4. recuſ. in *pratique de Chirurgie* &c. Gingivas in dentitione difficili jubet incidere. HALLER. V. *vuln.*

PIERRE FAUCHARD. Ejus *chirurgien dentiſte, ou traité des dents.* PARIS 1728. 12. 1746. 12. 2. vol. Germanice BERLIN 1733. POTELERII diſcipulus a. 1746. quadrageſimum nunc annum artis exercitio impenderat, pleniſſimamque horum morborum tractationem dedit, in altera potiſſimum editione. Plurimas etiam adnotationes rariores, & exempla morborum interſperſit. Multa obturacula pro ſupplendo palato, quod deſtructum ſit. Plumbo dentes cavos replere docuit. Epulis petrefacta. In nupera editione caput de dentitione novum eſt, & BUNONIUS refutatur, qui nimis in univerſum dentium cariem a morbis acutis derivat; tum perforationem dentis ad emittendam abſceſſus materiem. De ſcorbuto, in quo purulentum quid ex gingivis ſudat. Non vult dentes lacteos ad parcendum ſequentibus locum evelli. Machina, qua dentium ſuperioris maxillæ defectus ſarcitur. HALLER.

FRAN-

FRANCISCUS ERNESTUS BRUKMANN in *epiſtolis itinerariis epiſt.* 14., quæ anni eſt 1729. agit de remediis odontalgicis. HALLER.

HENRICUS VYLHORN in HEISTERI *inſtitutionibus* &c. negat cauterium in odontalgia mederi poſſe. Epulides ſæpe cariem habere conjunctam, tuberculoſas debere reſecari, facile enim in cancrum tranſire. Laminæ ad palatum ſupplendum æneæ. HALLER. V. *pag.* 106.

NICOLAUS ROSEN von ROSENSTEIN. V. *obſt art.*

DAVID VASSE' & J. de DIEST *E. hæmorrhagia ex dentium evulſione, chirurgi incuria, lethalis.* PARIS 1735. 4. HALLER.

JOH. CHRISTOPHORUS POHL. Ejus *de difficili infantum dentitione.* LIPS. 1776. 4. MEUSEL. V. *tumor.*

FR. A. GERAULDY *art de conſerver les dents.* PARIS 1737. 12. Germanice *Abhandlung von den Zahnkrankheiten* ARGENTOR. 1754. 8. Laudant in *J. des ſavans.* HALLER.

J. ERNEST HEBENSTREIT. Ejus *de dentitione ſecunda juniorum.* LIPS. 1738. 4. recuſ. in HALLERI *ſelectis anatomicis.* HALLER. V. *obſt. art.*

GIUSEPPE LAVINI, medicus dentarius Florentinus, CARMELLINI diſcipulus. Ejus *trattato ſopra la qualità dè denti, col modo di cavarli, mantenerli e fortificarli.* FIRENZE 1740. 4. Inter inſtrumenta tenaculam elaſticam ſibi tribuit inventam. CARMELLINUM magis poliendis & conſervandis dentibus occupatum fuiſſe, quam evellendis. HALLER.

J. BAPT. MONGIN & BENJAM. LUD. LUCAS *E. prægnanti mulieri acutiſſimo dentis dolore laboranti ejusdem dentis evulſio.* PARIS 1740, 4. HALLER.

RUDIGER FRIDERICH OVELGUN. V. *pag.* 118.

BUNON, chirurgus dentarius Pariſinus. Ejus eſt *diſſertation ſur un préjugé concernant les maux des dents des femmes groſſes.* PARIS 1741. 12. Dentes gravidarum abſque periculo evelli. Caninis nihil eſſe cum oculis commune, cum ab infraorbitali nervo nervos ſuos habeant, molares a ſecundo quinti ramo. Eas porro gravidarum mulierum odontalgias eſſe a retento ſanguine menſtruo.

Ejus *eſſai ſur les maladies des dents, où on propoſe de leur procurer une bonne conformation dès la plus tendre enfance.* Ibid 1743. 12. Eroſionem malum eſſe a carie diverſum, quo dentes tententur ſuos intra alveolos, priuſquam erumpant, & vitiati de alveolis prodeant. Deinde dentes multum pati ab anguſtia maxillæ, quæ intercedat, ne ordinem ſuum dentes novi inveniant, hinc extra ordinem prodeant. Quare ſuadet eo in caſu evellere dentes lacteos interiores, ut ſecundis locus paretur. Aliqua contra ANDRYI orthopædiam. De carie; de tartaro; de medicamentis dentariis. Ruſticorum dentes non eſſe integriores.

Ejus

Ejus *experiences & demonſtrations faites à l' hôpital de la ſalpêtriere & à S. Côme en preſence de l'Acad. de Chirurgie pour ſervir de ſuite & de preuves à l'eſſai ſur les maladies des dents.* Ibid. 1746. 12. D. PUZOS & GERVAIS ſua inventa expendiſſe, prædictiones in ægrotis factas experimento vidiſſe confirmatas, de ea felicitate ſibi teſtimonium publicum ab Academia chirurgorum eſſe conceſſum. Morbum ſe novum dentium detexiſſe, eroſionem, quæ a variolis, a rachitide, a ſcorbuto, ab aliis morbis infantilibus naſcatur, dentes ſubnaſcentes ſuis in alveolis adgrediatur, vitream partem punctis & foveolis erodat, inde reliquum dentem corrumpat. Eum morbum a cauta fœminæ gravidæ & nutricis vivendi ratione præcaveri. Ex ſola dentium inſpectione ſe ægrotis variis morbos edixiſſe, quos ſint in ſua infantia paſſi, admirantibus chirurgis. De aliis dentium morbis, topho pernicioſo, laxatione radicum, ulceribus alveolorum, molarium a dentibus oppoſitis ejectorum lapſu, tenuitate vitreæ partis in aliqua ſui parte. Curationes variæ feliciſſimæ. Medicamenta odontalgica. Contra FAUCHARDUM & GERAULDY. Ita HALLER.

JOSEPH HURLOK. Ejus *practical treatiſe upon dentition.* LONDON 1742. 8. Scopus fere eſt ſuadere, ut gingivæ ſcalpello incidantur, quoties dentes ægrius erumpunt: id auxilium & neceſſarium eſſe, & innocens, eoque plurimos pueros ſervari, quos alioquin convulſio interimat. HARRISIUM refutat adverſum huic inciſioni. Cariem dentium ſuis in alveolis latentium non ignoravit. HALLER.

DALE INGRAM in *practical caſes* &c. graviſſimas epulides ſanavit. V. *pag.* 125.

JOACHIM FRID. HENKEL. V. *pag.* 128.

PLANQUE in *bibliotheque de Medecine* &c. T. III. contra præjudicatam opinionem de dentium ocularium periculoſa evulſione. HALLER. V. *pag.* 130.

CHRISTIAN GOTTLIEB FREGE. V. *pag.* 131.

MOUTON, chirurgus dentarius. Ejus *eſſai d'odontotechnie, ou diſſertation ſur les dents artificielles.* PARIS 1746. 12. Artem ſuam laudat. De triplici dentium artificialium encheireſi. Cochlea ſpirali in radicem dentis novum dentem inſerit. Totam ſeriem dentium arte factorum elatere confirmat, ut immitti poſſint & auferri. Denique dentem evulſum in alveolum dat, quem ſæpe reperit comprehendere. Ut dentes artificio in os plantati conſerventur. HALLER.

ANDREAS LEVRET in *eſſai ſur l'abus des regles* &c. aliqua de dentitione habet. HALLER. V. *obſt. art.*

JOB. BASTER. V. *pag.* 139.

ANTONIUS de HAEN. Ejus *prælectiones in* HERMANNI BOERHAAVE *pathologiam.* VIENNÆ 1779. 8. Manuſcripta, quibus vir celeberri-

berrimus olim in cathedra uſus fuerat, a morte reperta nunc ſucceſſive & partitim a Medicinæ candidatis, diſſertationum loco in lucem emiſſa prodeunt. (s) In his etiam morbi hinc inde chirurgici continentur. Sic pag. 185. &c. fuſe de odontalgiæ cauſis & curatione. Mala, quæ a dentis evulſione ſæpe ſequuntur. Gingivarum adfectus. Obſervationes etiam propriæ. V. *pag.* 140.

L'Ecluse, chirurgus dentarius, qui octoginta millia *orum* curanda habuit. Ejus *traité utile au public, où l'on enſeigne la methode de remedier aux douleurs & aux accidens qui précédent & qui accompagnent la ſortie des premieres dents des enfans, de procurer un arrangement aux ſecondes, enfin de les entretenir & de les conſerver pendant le cours de la vie.* Nancy 1750. 12. Paris 1754. 12. cum ſequente. Breviſſimus libellus.

Ejus *nouveaux élémens d'odontologie, ou pratique abregée du dentiſte, avec pluſieurs obſervations.* Paris 1754. 12. Dentes lacteos a ſecundis deteri, ſubtracto ſanguine, detritis radicibus. Inſtrumenta nova: vectis in acumen exiens, quo molares dentes expellit. Clavis biceps ad evellendas radices. Pelicanus triplex, quo molarem dentem inter vicinos ſodales in difficili caſu extraxit: demum penicillus *bürſte*, ad detergendam linguam.

Ejus *éclairciſſemens eſſentiels pour parvenir à preſerver les dents de la carie & les conſerver jusqu' à l'extrême vielleſſe.* Paris 1755. 12. Dentes carioſos evellit, plumbo replet, reponit, putat octavo die convaleſcere, eumdem quem ſani dentes uſum præſtare, & præterea indolentes eſſe. Ut a proprio chirurgo dentes puerorum corrigantur, & conſerventur, & caries naſcens deteratur. Ut dentes commode evellantur, ligno excavato repleto intervallo a dente delapſo relicto, quod vecti ſit pro puncto fixo. Ita abſque malo dentes extractos fuiſſe, quorum radices trabs transverſa conjunxerit. Haller.

J. Godofr. Janke. Ejus *de oſſibus mandibulæ puerorum ſeptennium.* Lips. 1751. 4. & diſſ. II. de dentibus evellendis. Haller. V. *obſt. art.*

Casim. Christoph. Schmiedel. Ejus diſp. *de dentitione, præſertim infantum difficili.* Erlang. 1751. 4. Haller.

Georgius Heuerman in *vornemſten chirurgiſchen operationen* &c. T. III. poſt evulſos dentes & cariem maxillæ superveniſſe, & funeſtum in lingua cancrum. Epulis, oſſe detecto, dentibus elapſis, fiſtula utrinque patens, maxilla inferior eroſa, eam noſter ſanavit, ſanguinis fluxum agarico compeſcuit. Haller. V. *pag.* 310.

Jac.

(s) In titulo primi T. nunc abſoluti, cui annus 1780. anticipatim præfixus eſt, lego: *collegit, recenſuit, additamentis auxit, edidit* B. Xav. de Wassberg (—)

JAC. CHRIST. SCHÄFFER *die eingebildeten Würmen in Zähnen, nebſt den vermeintlichen Hülfsmitteln wider dieſelben.* REGENSBURG 1752. 4.

A. TOLVER *a treatiſe on teeth.* LONDON 1752. Secunda editio. Aliqua de arte dentaria. Medicamenta, quibus dentibus candor reſtituitur fraudulenta eſſe. HALLER.

WOLFGANG THOMAS RAU. Ejus in *App. ad N. E. N. C. Vol. I.* diſſ. de utilitate ſcarificationis gingivarum in odontalgia, ſcorbuto &c. HALLER. V. *pag.* 145.

GERMAIN PHILIPPE le MONNIER. Ejus *diſſ. ſur les maladies des dents.* PARIS 1753. 12.

Ejus *lettre à* M. BOURDET, PARIS 1754. 8. *& lettre à* M. MOUTON, PARIS 1764. 8. Agit de quibusdam dentium curationibus. HALLER.

. . . BOURDET, dentarius medicus regius. Ejus *lettre à M. D.* PARIS ad annum 1754. 12. & *eclairciſſemens au ſujet de cette lettre*, PARIS 1754. 12. citatur a celeb. PORTALIO.

Ejus *recherches & obſervations ſur toutes les parties de l'art du dentiſte.* PARIS 1757. 12. 2. vol. Germanice 1762. 8. Italice VICENZA 1767. Dentitio. Dentes lacteos ex ignota cauſa delabi, neque eorum radices adteri. Cariem in cacochymis infantibus dentes ipſis in alveolis erodere; eam acu ſculptoria debere deradi. Dentem, in quo intus abſceſſus latere putatur, perterebrare ſuadet. Contra eſſentias ſive uſum ſpirituoſorum lavaminum. Ut dolor dentis ſopiatur, eum poſſe luxari, id feliciſſime ſibi ſucceſſiſſe, poſſeque luxatum dentem iterum in ſitum legitimum reſtitui. Poſſe etiam carioſum dentem evelli, auri foliis repleri, reponi & convaleſcere. Aureo operculo dentes defendi, ſi qui homines per ſomnum ſtrident. Calcem adhærentem chalybeis inſtrumentis optime detergi, & vitari acria liquida medicamenta. Mala gingivarum. Tumores carnei ferro reſecantur, & ſi color corruptionem indicaverit, uruntur: cauteria etiam ad cancrum conveniunt. Ulcera gingivarum. Exoſtoſes forcipe detruncat; ſanum dentem ante gravem morbum dolere. In T. II. inſtrumenta varia ad dentes in ordinem reſtituendos: ad ſupplendas integras dentium ſeries. Ferramenta & ipſum pelicanum paſſim corrigit. Stanno foliato plumbi loco ad replendos cavos dentes utitur. Molares dentes majores vetat urere. Si pituitarius ſinus apertus fuerit, tubulum ſubit per octo dies, eo tempore elapſo fiſtula ſanatur. Ut melius comprehendant, dentes lima debent exaſperari. De laminis pro ſupplendo palato. Non debere ſpongia firmari, quæ fœtorem contrahat. Alumen, calcem, acria medicamenta omnia jubet exulare.

Ejus

Ejus *ſoins faciles pour la propreté de la bouche & pour la conſervation des dents.* PARIS 1759. 16. LAUSANNE 1759. 16. & alias. Ut quisque ſuos dentes quam integerrimos & nitidos conſervet. Acria omnia rejicit, tum aceta medicata, eſſentias, pulveres, electuaria. Dentem ab inflammatione dolentem jubet manducando exercere. Dentes lacteos amat evellere, cum maxillam putet nimis anguſtam eſſe, & deſignat, quem præſtet evellere, ut molarium minorem, quo canino ſpatium paretur laxius.

Ejus *diſſ. ſur les depots des ſinus maxillaires.* PARIS 1764. 12. Pro cauterio. HALLER.

FRID. HERM. LUD. MUZELL. V. *pag.* 146.

PHILIP. PFAFF. Ejus *Abhandlung von den Zähnen des menſchlichen Körpers, und von ihren Krankheiten.* BERLIN 1756. 8. Inſtrumenta artis dentariæ paſſim correxit, evellendis dentibus novum ferramentum oppoſuit. A vitiatis dentibus ſuborta ulcera maxillæ non ſananda, niſi dentibus evulſis. De epulide varia. Hirudines ad gingivas ſcorbuticas poſſe admoveri. Fiſtulas gingivarum fere in corrupto dente radicari, non ceſſuras, niſi eo evulſo. Hæmorrhagiam ſpiritu terebinthinæ optime comprimi, non ignito ferro, cui funeſtæ gangrænæ poſſint ſupervenire. Eſſe ubi maxillæ fractura in evellendis dentibus poſtremis difficillime evitetur. Abrupta dentis corona non neceſſe videri radicem eximere. Intolerabiles dolores impoſito globulo opii compeſcit: & hic poteſt ad cariem & fiſſuras ferrum ignitum admitti. De dentibus artificialibus. HALLER.

SAMUELIS AURIVILLII diſp. *de dentitione difficili.* UPSAL. 1757. 4. HALLER. V. *medicam. chir.*

CAROLUS FRIDER. RENSTROEM in *k. Swenſk. Acad. Handl.* 1756. agit de remedio odontalgico: ſudorem nempe calidæ vapore excitatum laudat. HALLER.

CAROLUS PHILIPPUS GESNER. V. *pag.* 161.

FOUCHU. V. *pag.* 162.

CHARLES PEYROUX. V. *pag.* 169.

JOURDAIN, medicus dentarius, in *Journal de Medecine* a. 1759. T. X. agit de inſtrumentis, quæ ad evellendos dentes excogitavit. De dentibus repoſitis & comprehendentibus. Aliud ad eundem finem inventum inſtrumentum.

Ejus *traité des depots dans les ſinus maxillaires, des fractures, & des caries, ſuivi de reflexions ſur toutes les operations de l'art du dentiſte.* PARIS 1760. 12. Præter udicia de aliis medicis dentariis non mitiſſima, agit potiſſimum de abſceſſu & carie in ſinibus maxillaribus. Cariem deſtruit cereolo, ex medicamentis cariei adverſis parato, ad finem nodulo acuto præpilato. Oſſicula fracta curva forcipe detruncat, magnis inciſionibus fundum vulneris nudat, tunc aqua hordei cum pauxillo ſpiritus

vini injecta ad ſanationem perducit. Si dens educi non poſſit, poteſt etiam palatum cute nudari & perforari, quod absque malo fieri noſter expertus eſt. Ipſe etiam ferro candente adverſus cariem utitur. Maxillam non raro, dum dens evellitur, frangi adnotat, quod non ſit absque periculo: debere partes fracti oſſis in contactum adduci. De carie utriusque maxillæ. In vicinia ſinus maxillaris, inque craſſiori parte inferioris maxillæ fere ferro candente utitur, partem induratam amputat cultro vel forfice. Magnas in ſuperiori maxilla fiſtulas ſanavit. In pelicano firmam partem dimidiæ rotæ ita debere adaptari, ut in reſiſtente & firma ſede nitatur. Plumbi lamellas aureis præſtare. Fila decuſſata non carere vitio. Epulides curva forfice abſcindit. Non debere lima dentem decurtari. Terebram dentariam ad abſceſſus internos laudat: ea poſſe pus emitti, ut dens non pereat. Utique a novis dentibus ſuccreſcentibus radices priorum deteri.

Idem in *Journal de Medecine* T. XXI. abſceſſus in ſinu maxillari cum carie aperuit, dentes evulſit, fungos ambuſſit, partem membranæ pituitariæ amputavit, aliam butyro antimonii tetigit, demum magnum malum curavit. Aquam mercurialem dilutam in carie diploes maxillæ inferioris igni præſtare. Sanata ejusmodi caries. Excoriatio & ulcus linguæ reſecto pullulante tumore, corroſivis medicamentis denique ſanatum.

Idem in T. XXVII. bis agit de abſceſſibus ſinuum pituitariorum. Multum injectionibus utitur, neque ſemper dentem evellit.

Idem in T. XXXI. aliqua contra epiſtolam chirurgi Beaupreau. Iterum ad curandos abſceſſus, fiſtulas & cariem in utraque maxilla. Dentes evellit &c.

Idem in T. XXXVI. de ulceribus ſinuum pituitariorum aperiendis adverſus M. Poullain.

Idem in T. XXXVII. de abſceſſibus palati a corruptione varia humorum, ab oſſis carie natis. Caries. In mitiori gradu acido liquore chemico oſſa corrupta tangit. Balſamorum nullam eſſe utilitatem, neque ignem debere admoveri. Ut magna mala in ſimplex vulnus correxerit, ſanaverit: exempla felicis curationis pluſcula. Haller.

Du Chemin. Ejus diſſ. *ſur la carie des dents de lait* reperitur in *Journ. de Trev.* 1759. *Febr.* Sed potius phyſiologici eſt argumenti. Haller.

Drouin. Ejus *ſur les maladies des dents.* Strasburg 1761. 8. Haller.

Frider. August. Weiz. V. *pag.* 175.

J. Wilhelm Wiedmann. V. *pag.* 176.

Franc. Guil. Vacher & Anna Brun diſp. *de dentitionis accidentibus.* Paris 1767. 4. Haller. V. *obſt. art.*

Denis *de epulide ligata & reſecta.* V. *pag.* 184.

Pierre Guyard. V. *pag.* 184.

Anto-

ANTONIUS PORTAL in *précis de Chirurgie* T. II. dentem inſertum vix putat convaleſcere. HALLER. V. *pag.* 186.

BEAUPREAU diſſ. *ſur la proprieté & la conſervation des dents.* PARIS 1764. 8.

Ejus *lettre à* M. COCHOIS *ſur le traité des maladies du ſinus maxillaire.* PARIS 1769. 12. Eandem celeberrimus HALLER putat eſſe diſſ., quæ eſt in *Journal de Medecine a.* 1769. *M. Jul.* Eos ſinus perforat, idoneos liquores injicit. Alveolarem etiam proceſſum perforavit, aureum filum trajecit, os vacillans firmavit. HALLER.

J. GODOFRED. TESKE. Ejus *neue Verſuch in Curierung der Zahnſchmerzen vermittelſt eines magnetiſchen Stahls.* KÖNIGSBERG 1765. 8. Serius ocyusve opem ferre ait. HALLER.

Le ROI de la FAUDIGUERE. Ejus *maniere de preſerver & guerir les maladies des gencives, & des dents.* PARIS 1766. 12. HALLER.

ADAM ANTON. BRUNNER, chirurgus dentarius. Ejus *Einleitung zur richtigen Wiſſenſchaft eines Zahnarztes. Mit zweyen Kupfertafeln.* WIEN 1766. 8. Cæſareo, per Præſidem van SWIETEN mandato, quo neceſſe erat, ut aliqui ad hanc Chirurgiæ partem præcipue excolendam incumberent, excitatus noſter periculum fecit. Quo in opere ſimul indicat, ut artem hanc didicerit, ſparſa collegerit, obſcura dilucidaverit, & praxeos denique occaſione in nova, quæ hic proponit, cogitata inciderit. Revera ſpecimen hoc adeo bene auctori ſucceſſit, ut inter valde utiles, quæ de hac materia exſtant, elucubrationes locum mereatur. Decerptis hiſce ex bonis quibusque auctoribus proprias etiam easque potiſſimum accuratas adnotationes adjecit. Diſtincte omnia proponit; ſtylo uſus eſt utcunque puro. Bene cavit etiam a vocibus, ut vocant, provincialibus. Ita in *deutſcher allg. Bibl.* 8. *Band* 2. *St.* pag. 254.

Ejus *Abhandlung von der Hervorbrechung der Zähne.* WIEN 1771. 8. Fuſiſſime & theoretice. Inciſiones gingivarum in difficili dentitione unicum eſſe præſidium HALLER. Nihil novi hic occurrit. Ita in *deutſch. allg. Bibl.* 16. *Band* 2. *St.* pag. 609.

FRANC. ERN. GLAUBRECHT. Ejus diſp. *de odontalgia.* ARGENTOR. 1766. 4. De curatione per magnetem. Dolorem fere evaneſcere, ſed altero die redire. HALLER.

DUPONT du MESNIL. V. *pag.* 194.

CARL AUGUST GRÄBNER'S *Gedanken über das Hervorkommen und Wechſeln der Zähne bey Kindern, nebſt Anweiſung für Erwachſenen die Zähne geſund zu erhalten.* HAMBURG 1766. 8. LANGENSALZA 1768. 8. In macilentioribus infantibus facilius dentes erumpere. Non debere dentes primos relinqui, qui multorum malorum cauſæ ſint futuræ. De dentibus & maxillis ſuppoſititiis, quas non improbat. Dentes alienos utique comprehendere.

dere. Ita HALLER. Doctorum virorum approbatione maxime dignus libellus. Brevis, at ſolida auctoris ſcribendi ratio argumento inſervit, etiam chirurgum dentarium cogitata ſua legibus ratiocinandi convenienter, non minus ac viri docti faciunt, proferre poſſe. Ejus inſtructionem commendatam ſibi habeant ii, qui circa dentes evellendos verſantur. Icon machinæ ab auctore inventæ, qua maxillæ utrinque dentibus orbatæ ſuccurri poteſt. Ita in *deutſcher allg. Bibl.* 8. *Band* 2. *St.* pag. 255.

JOSEPH GEORG PASCH, chirurgus & obſtetrix. Ejus *Abhandlung aus der Wundarzney von den Zähnen, derſelben, wie auch des Zahnfleiſches, der Kiefer-Krankheiten, und Heilart. Erſter Theil.* WIEN 1767. 8. Minime malus liber, neque propriis carens adnotationibus. Surditas a dente ſerius prorumpente. In morbis maxillæ fomenta & ruta profuerunt. Magneticam curationem potius nocuiſſe. Ita HALLER. Dignum laude opuſculum, in quo, præterquam quod nihil deſideratur ad genuinam notitiam eorum, quæ pertractantur, adipiſcendam, multa ſubtiliter, animadverſa, propriæ item obſervationes & experimenta continentur. Scribendi ſtylus etiam laudabilis. Ita in *deutſcher allg Bibl.* 12. *Band* 2. *St* pag. 270.

De la CONDAMINE V. *pag.* 200.

B. RUSPINI *a treatiſe of the teeth their ſtructure, and various diſeaſes. To which is added the moſt affectual method of treating the diſorders of the teeth and gums eſtabliſhed by a long practice.* LONDON 1768. 8. HALLER.

THOMAS BEARDMORE *a treatiſe on the diſorders and difformities of teeth and gums.* LONDON 176.., 1770. 8. quæ editio dicitur aucta eſſe. Germanice *Abhandlung von den Krankheiten der Zähne und des Zahnfleiſches. Nach der neueſten Ausgabe aus dem Engliſchen überſezt.* ALTENBURG 1771. 8. Non ſpernendus auctor etſi brevis. (Laudatur etiam a celeb. RICHTERO, & in *deutſcher allg. Bibl.*) Nihil veri præſidii eſſe in uſtione ad aurem. Abſceſſus, ex quibus odontalgia naſcitur, continuo aperit. Epulides ſcalpello reſecat. Tartaro conglutinati dentes. Non credit alienos dentes, comprehendere. De avulſis cum dente maxillæ fragmentis. Abſceſſus in ſinu maxillari curantur evulſo dente, alveolo perforato. De carie in maxilla. Dentitionem non perinde funeſtam eſſe, ut ex faſtis emortualibus appareat. Exeuntes ſectione adjuvat. Contra acidos ſpiritus & pulveres dentarios. HALLER.

RICHARD CURTIS *treatiſe on the ſtructure and formation of the teeth.* LONDON 1769. 8. Germanice ALTENBURG 1770. 8. In curatione, quam in anatome fuſior. De fungo ex maxilla inferiori reſecto, de perforato ſinu pituitario maxillæ ſuperioris, de maxillæ inferioris parte carioſa, quam oportuit removere. HALLER.

A treatiſe on the toothach containing full directions for its preventing and cure. LOND. 1769. 8. HALLER.

J. AUGUST UNZER. V. *pag.* 206.

J. AIKIN in *eſſays on ſeveral important ſubjects* &c. clavim cum unco, ad educendos dentes, & forcipem curvam habet. HALLER. V. *fractur.*

BOTOT. V. *pag.* 209.

JOHN HUNTER, chirurgus. Ejus eſt *natural hiſtory of the teeth and their diſeaſes.* LONDON 1771. 4. De his morbis brevius agit, in anatome plenior. HALLER.

ADOLPH FRID. VOGEL. V. *pag.* 212.

PIERRE AUZEBI *tr. d'odontalgie, deſcription des differentes maladies qui affectent la bouche & des moyens de les guérir.* LION 1771. 12. Chirurgus dentarius Lugdunenſis videtur potiſſimum ſua medicamenta voluiſſe commendare. Non ſemper debere dentes lactarios extrahi. Dentem, quem velis extrahere, debere vacillantem reddi. Dens curva radice eductus, cum adverſus curvaturam propelleretur. In ſcorbuto gangrænoſo maxillam ſuperiorem exfoliari &c. HALLER.

FRID. LEOPOLD WEYLAND. Ejus diſp. *de ozæna maxillari.* ARGENT. 1771. 4. bene. HALLER.

MATTH. LEWIS *eſſay on the formation of the teeth with a ſupplement containing the means of preſerving them.* LONDON 1772. 8. Ad prima ſigna dentitionis gingivas incidit. Truncatos dentes evellendos eſſe. Plumbo bene repleri. Dentes exemptos & repoſitos convaleſcere. HALLER.

J. BAPT. ELOY, Belga. Ejus diſſ. inaug. *de remediis ant odontalgicis.* WIEN 1772. 8.

JOANNES de FRITSCH, S. R. J. Eques. Ejus eſt diſp. inaug. *de dentibus.* WIEN 1772. 8. Anatome. De eruptione. Pathologia dentium. Aphoriſmi HIPPOCRATIS. De dentitione difficili, aliisque dentium, gingivarum, & maxillarum morbis. De operationibus. Medicamenta ad odontalgiam.

ROELAND SCHEERS, Neomago-Glerus. Ejus diſſ. inaug. *de dentibus.* TRAJECTI ad RHENUM 1772. 4.

HONORE' GAILLARD COURTOIS *le dentiſte obſervateur, ou recueil abrégé d'obſervations tant ſur le maladies, qui attaquent les gencives, & les dents, que ſur les moyens, de les guérir* &c. PARIS 1775. 12. Germanice GOTTA 1778. 8. Quæ auctor, ad nauſeam ſæpe loquax, de origine, eruptione, & morbis dentium adfert, jam pridem nota ſunt. Obſervationes triginta tres, nullius fere momenti. Pauca merentur notari: ſubſtantiam vitream continuo a natura reparari. Dentes lacteos omnino radices habere. Ingratam dentium ſenſationem ab aſſumtis acidis natam tolli maſticatione

ne recentis portulacæ. Vacillantes dentes in ſenibus firmari non poſſe; hujus vacillationis cauſam eſſe præternaturalem alveolorum anguſtationem, quæ ipſos dentes protrudit. Fiſſuras & fracturas dentium non reſtitui. Vim magneticam nihil in dentium doloribus præſtare, nec eſſentias, nec olea ſtillatitia prodeſſe, ſed dentem corruptum evelli debere. (Hic nimium dicit. Eſſentia enim pimpinellæ, & tinctura anodyna cum aliquot guttis olei ſtill. caryophyll. magnos dolores ſe ſedaſſe ait celeb. Richter; hos dolores etiam a ſaburra primarum viarum naſci poſſe, quos ipſe cremore tartari fugaverit feliciter). De alienis corporibus in alveolos maxillares illapſis. De repoſitione dentium artificiali. Exempla dentium & ad ſe invicem, & cum maxillis concretorum. Mors a valida dentis extracti hæmorrhagia, in homine ſcorbuto laborante: hanc omnium optime ferrum candens ſiſtere. Ad finem ſui operis iconem una cum deſcriptione pelicani a ſe inventi exhibet, cujus eximium in quibusdam caſibus uſum eſſe dicit, ubi vulgari pelicano locus non datur. Richter.

Cockson. V. *pag.* 242.

DISLOCATIO. Vide *luxat.*

ECPTOSIS. Vide *luxat.*

ELUXATIO. Vide *luxat.*

EMBEMMA. Vide *balſamat.*

EMBROCATIO
SIVE
EMBREGMA, EMBROCHA, EMBROCHATIO, EMBROCHE, IMPLUVIUM, INSTILLATIO, STILLICIDIUM.

Andreas Thurinus. Ejus *de embrocha nova, ſ. duccia artificiali, qua utuntur Florentini ad varios morbos.* Lion 1537. 4. Bonon. 1543. 4. Embrochas proprias ex plantis parabat addito alumine & ſulphure. Cæterum non valde laudat hoc auxilium. Haller.

Vitus Riedlinus. Ejus *de embrochis.* Ulm. 1706. 4. Haller. V. *pag.* 30.

J. Theod. Opperman. Ejus diſp. *de embrochis.* Viennæ 1756. 4.

Marteau. V. *pag.* 160.

Poitevin libellum edidit *de embrochis ex aqua fluviali ſtillantibus* Paris. 1766. 12. Haller.

J. Christ. Anton. Theden. V. *pag.* 211.

Joseph. Joan. Bapt. Langmayer, Auſtriaco-Viennenſis, in noſodochio S. S. Trinitatis phyſicus, Vir egregius, ſtudio chemico deditus, qui a. 1778. novam inſtitutionum medico-chirurgicarum cathedram Vindobonæ primus conſcendit. Ejus eſt *de methodo utendi aquis mineralibus in balneis, thermis, potu* Vindobonæ 1772. 8. commoda & perutilis diſſertatio inauguralis, in qua & de embrochatione agitur. Hanc laudari, ubi rheumatiſmi, dolores, congeſtiones aliquam partem ſingularem occupant; ubi nervorum quædam reſolutio, muſculorum convulſivi motus, paralyſis, hemicrania. Duplicem embrocationis modum explicat. Cautelas addit.

EMPHYSEMA
SIVE
EMPNEUMATOSIS.

Galenus *de arte curativa ad* Gl. L. II. cap. 6. de tumore flatuoſo. Walther. Vide *pag.* 264.

Oribasius *de morb. curat.* L. III. cap. 16. de inflatione. Walth. V. *pag.* 264.

Aetius in *tetrabibl.* IV. ſ. 3. cap. 2. de inflatione. Walth. V. *pag.* 265.

Paulus Ægineta *de re medica* L. IV. cap. 28. de ventris inflatione. Walth. V. *pag.* 293.

Avicenna in L. IV. fen. 3. tr. 2. cap. 19. 20. de apoſtematibus ventoſis, & inflationibus lacertarum & cura. Walth. V. *pag.* 267.

Albucasis in *pract.* L. tract. 29. cap. 13. de tumore flatulento. Cap. 14. de apoſtemate, quod dicitur inflatio. Walth. V. *pag.* 267.

Franciscus de Pedemontio in *ſupplementi* &c. de apoſtematibus *ſumma* III. *part.* 2. ſ. 2. cap. 7. de apoſtemate ventoſo. Walth. V. *pag.* 418.

Leo-

LEONARDUS de BERTAPALIA *ſuper quartum* AVICENNÆ &c. tract. 6. cap. 26. de apoſtematibus ventoſis & inflatione lacertarum. WALTH. V. *pag.* 3.

JOH. BAVERIUS *de imola conſiliorum* &c. *conſil.* 69. de ventoſitate circa ſplenem. WALTH. V. *pag.* 3.

JOH. STOCKERUS in *praxis aureæ* &c. de morb. part. cap. 102. curatio apoſtematis ventoſi. WALTH. V. *pag.* 374.

SEBAST. AUSTRIUS in L. *de infantum morbis* &c. *morb.* 53. emphyſema. WALTH. V. *pag.* 421.

JOH. TAGAULT *de chirurgica inſtitutione* L. I. cap. 11. de tumoribus p. 1. inflationes ſ. apoſtemata ventoſa. WALTH. V. *pag.* 6.

LEONHARDUS FAVENTINUS in tract. *de morbis puer.* cap. 25. inflationis remedia. WALTH. V. *pag.* 422.

VIDUS VIDIUS *de curatione generatim* L. IV. cap. 4. de inflatione ſ. tumore a flatu. WALTH. V. *pag.* 375.

AMBROSIUS PARÆUS in *operum chirurgicorum* L. VI. cap. 18. de curatione flatuoſi & aquoſi tumoris. WALTH. V. *pag.* 301.

AMATUS LUSITANUS in *curationum medicinalium centuria* VI. refert de abſceſſu *ſpirituoſo* aperto, ex quo aër erupit, emphyſema fuiſſe putes: ſed cur ſubito funeſtum fuit absque vulnere? Ita HALLER. V. *pag.* 314.

ANTONIUS CHALMETHÆUS in *enchiridii chirurgici* &c. L. IX. de tumore flatuoſo. WALTH. V. *pag.* 274.

VICTOR TRINCAVELLUS in *comment. de compoſ. medicam.* L. III. cap. 24. de medicamentis ad tumores flatuoſos curandos. WALTHER. V. *pag.* 378.

JOH. RIOLAN in *generalis medendi method.* L. III. cap. 6. de emphyſemate. WALTH. V. *pag.* 378.

HIERONYMUS FABRICIUS in *Chirurgiæ* L. I. cap. 10. de flatuoſo tumore. WALTH. V. *pag.* 302.

GUILIELMUS FABRICIUS in *obſervationum centur.* V. *obſ.* 70. de flatu in muſculoſis corporis partibus copioſe collecto. WALTHER. V. *pag.* 274.

LUDOVICUS MERCATUS in L. *inſtit. chirurg. inſt.* 8. de tumore flatuoſo. WALTH. V. *pag.* 383.

FELIX PLATERUS in tract. *de vitiis* cap. 3. de extuberantia p. 344. intumeſcentia ſive inflatio totius corporis.

Idem in *obſervationum* L. III. pag. 593. intumeſcentia & inflatio corporis. WALTH. V. *pag.* 385.

SEBASTIANUS CORTILIO in *Chirurgiæ* L. III. cap. 2. de apoſtemate flatuoſo. WALTH. V. *pag.* 17.

HEN-

Henricus Smetius in *miſcellaneorum med.* L. IV. de enormi emphyſemate ex pectoris vulnere, quod die quinto evanuit. Haller. V. *pag.* 436.

Daniel Sennertus in *Medicinæ practicæ* L. V. cap. 41. de tumore flatulento. Walth. V. *pag.* 17.

Wolfg. Gabelchoverus in *curat. med. centur.* I. *cur.* 61. inflatio totius corporis. *Cur.* 29. inflatio & dolor abdominis. In *cent.* II. *cur.* 75. inflatio totius corporis. In *cent.* IV. *cur.* 98. inflatio corporis cum inſigni dyſpnœa. In *cent.* V. *cur.* 43. inflatio totius corporis. Walth. V. *pag.* 352.

Johannes Vigier in *operum medico-chirurg.* L. I. cap. 17. de tumore flatuoſo. Walth. V. *ulcera.*

Petrus Poterius in *inſignium curat. & ſingul. obſervat. centuria* II. cap. 21. de corporis inflatione. Walth. V. *pag.* 387.

Franciscus Peccetti in *Chirurgiæ* L. I. cap. 18. de flatuoſo tumore. Walth. V. *pag.* 18.

Henricus Petræus in *Handbüchlein* &c. tract. 9. cap. 22. de tumore flatulento. Walth. V. *pag.* 18.

Zacutus Lusitanus *de medicorum princip. hiſt.* T. I. L. VI. *hiſt.* 5. de flatu vago. Walth. V. *pag.* 389.

Samuel Hafenrefferus in πανδοχειον &c. L. IV. cap. 2. agit etiam de emphyſemate. Walth. V. *pag.* 412.

Jacobus Primerosius in *enchiridii medico-pract.* P. II. p. 82. flatuoſus tumor. Walth. V. *pag.* 443.

M. Aurelius Severinus *de efficaci Medicina* L. II. part. 1. *de exop.* cap. 21. de emphyſematis, ſeu tumoribus flatulentis curandis. Walth. V. *pag.* 303.

Thomas Bartholinus in *hiſtor. anatom. centuria* V. *hiſt.* 12. emphyſema ex pulmonis vulnere. Walth. V. *pag.* 23.

Augustinus Thoner in *obſervat. med.* L. III. *obſ.* 13. inflatio abdominis. Walth. V. *pag.* 450.

Petrus Estanne, chirurgus, in *Riverii obſervat. medicis* agit de emphyſemate a vulnere pectoris. Haller. V. *pag.* 24.

Olaus Worm. Ejus & *ad eum epiſtolæ poſthumæ* Hafniæ 1651. 8. diu a morte prodierunt. In infinita rerum varietate, quas hæc collectio complectitur, etiam chirurgica reperias. A vulnere pectoris emphyſema. Haller.

Caspar Reies in *Elyſio jucundarum quæſt.* &c. emphyſema a pectoris vulnere. Haller. V. *pag.* 27.

Vitus Riedlinus in *obſervat. med.* de emphyſemate ſpontaneo. Haller. V. *pag.* 30.

PAULUS de SORBAIT in *examine chirurgor.* &c. de emphyſemate in pectoris vulnere. HALLER. V. *pag.* 33.

JOH. BAPT. VERDUC in *pathologie de Chirurgie* cap. 10. etiam de emphyſemate. V. *pag.* 305.

JOHANNES MERY in *Mem. de l'Acad. des ſciences a.* 1713. agit de emphyſemate, ejus in tela cellulosa ſede. HALLER. V. *pag* 512.

ALEXIUS LITTRE. V. *pag.* 73.

J. LUDOV. PETIT. V. *pag.* 76.

J. BAPTIST. GASTALDI *an emphyſemati diaphoretica.* AVENION. 1718. 8. HALLER. V. *morſ. anim. venen.*

JOHANNES ASTRUC in *traité des tumeurs* &c. de emphyſemate, in quo per ulcus meatus auditorii aër ſub cutem exibat. HALLER. V. *tumor.*

J. FRID. a WALDKIRCH, HALLERI amicus. Ejus diſp. *de emphyſemate.* LEID. 1725. 4. HALLER.

J. HENR. SCHULZE. Ejus *de emphyſemate.* HALÆ 1733. 4. recuſ. in HALLERI *collect.* V. *oſſ. morb.*

ABRAHAM TITSINGH in *ruſtuuren beſloit* &c. de emphyſemate univerſi corporis ex vulnere brachii. HALLER. V. *pag.* 106.

LUDOV. JOH. le THULLIER in *obſervationibus* &c. emphyſema per errorem pro abſceſſu habitum & inciſum. HALLER. V. *pag.* 106.

D. J. ZENGVARDINUS in *genees en heelkondige aanmerkingen* &c. emphyſemata peculiaria in genu. HALLER. V. *pag.* 110.

GERARDUS v. SWIETEN in *comment.* T. I. emphyſema ſcarificatione adgreditur. HALLER. V. *pag.* 123.

GUILIELMUS HUNTER. V. *pag.* 127.

JOACHIM. FRID. HENKEL in *ſiebente Sammlung.* V. *pag.* 128.

FRANCISCUS IMBERT in tract. *de tumoribus* &c. emphyſematis peculiare exemplum. HALLER. V. *tumor.*

HENRICH HEISEN. V. *pag.* 144.

LUD. GOTTFR. KLEIN in *interprete medico* &c. tit. emphyſema. V. *pag.* 283.

BENJAMIN GOOCH. V. *pag.* 149.

THEODOR. GER. TIMMERMANN, filius, Profeſſor Anatomiæ Rintelienſis. Ejus diſp. *de emphyſemate.* RINTELN 1762. 4.

TONDU. V. *pag.* 194.

WILHELM. LEAKE. V. *pag.* 197.

WILLIAM HEWSON. V. *pag.* 198.

ALEXANDER RUSSEL. V. *pag.* 198.

J. FRID. CAR. GRIM. V. *pag.* 198.

KÖLPIN. V. *pag.* 250.

EMPYEMA

SIVE

ECPYEMA, ECPYESIS.

HIPPOCRATES in L. *de locis in homine* pag. 76. (a) pus intus quid faciat; pag. 77. purulentorum medela & tabis curatio.

Idem in L. *de morbis* I. pag. 147. purulenti pulmonis ſigna. In L. II. pag. 164. ſuppuratus ex peripneumonia: de empyemate aperiendo.

Idem in L. *de ratione victus in acutis* pag. 396. de ſuppuratis. WALTH. V. *pag.* 286.

ARETÆUS *de cauſis & ſignis diutur. morb.* L. I. cap. 9. de purulentis. WALTH. V. *pag.* 291.

ORIBASIUS in *ſynopſis* L. IX. cap. 3. de purulentis. WALTH. V. *pag.* 264.

THEODORUS PRISCIANUS in *logic.* L. II. cap. 23. de empyicis.

Idem *de curatione omnium fere morb.* L. II. p. 2. cap. 10. de empyicis. WALTH. V. *pag.* 361.

AETIUS in *tetrabibl.* II. ſ. 4. cap. 65. lib. 8. de pectoris ſuppuratione. WALTH. V. *pag.* 265.

ALEXANDER TRALLIANUS de arte med. L. VII. cap. 2. de purulentis ſive empyemate.

Idem in *paraphraſis* L. II. cap. 5. agit etiam de empyemate. In L. VII. cap. 2. de empyemate. WALTH. V. *pag.* 369.

PAULUS ÆGINETA *de re med.* L. III. cap. 32. de ſuppuratis & tabe. In L. VI. cap. 44. de chirurgia & uſtione ſuppuratorum. WALTH. V. *pag.* 29[illegible].

JOHANNES SERAPIONIS filius in L. III. agit de empyemate. HALLER. V. *pag.* 265.

RHAZEUS in L. IV. aliqua habet de empyemate, & pectoris ulceribus. HALLER. V. *pag.* 265.

AVICENNA in L. III. fen. 10. tract. 4. cap. 17. de pure & ſanie, quæ eſt empyema. In tract. 5. cap. 4. de empyemate. WALTH. V. *pag.* 267.

BERNARDUS GORDON in *L. Medicinæ* part. 4. cap. 7. de empyemate. WALTH. V. *pag.* 270.

NICOLAUS BERTRUCCIUS in *methodi cognoſcendorum* &c. L. I, pag. 64. de empyemate. WALTH. V. *pag.* 371.

(a) In *operibus medicis omnibus* PARIS. 1547. 8.

J. Matthias de Ferrariis in *conſilior. ſecundum vias* &c. *conſil.* 43. pro patiente empyema a materia catarrhali. Walth. V. *pag.* 372.

Antonius Cermisonus in *conſilior. medicor. conſ.* 11. contra empyema Walth. V. *pag.* 372.

J. Michael Savanarola in *practicæ majoris* tract. 6. cap. 10. rubr. 1. de empyemate. Walth. V. *pag.* 373.

Joh. Arculanus in *practicæ medicæ* &c. cap. 20. de empyemate. Walth. V. *pag.* 373.

Alexander Benedictus *de omnium a capite ad calcem* &c. L. IX. cap. 21. 22 de vomica pectoris & ejus curatione. Walth. V. *pag.* 300.

Godofredus Steghius in *Artis medicæ* L. IX. cap. 4. de empyemate. Walth. V. *pag.* 313.

Joh. Stockerus in *praxis aureæ* &c. *morb. part.* cap. 39. de curatione empyematis. Walth. V. *pag.* 374.

Petrus de Bayro *de medendis hum. corp. malis* L. IX. cap. 7. de empyemate. Walth. V. *pag.* 374.

Hieronymus Cardanus in *commentariis ad aphoriſmos* Hippocratis, Patav. 1653. 4. male differri inciſionem empyematis ob medicorum diſſenſum, & ſero tentari; ſic perire, qui potuiſſent ſervari. Haller. V. *pag.* 300.

Joh. Fernelius in *univerſæ Medicinæ* L. V. *de partic. morb. & ſympt.* cap. 11. etiam de empyemate. Walth. V. *pag.* 273.

Antonius Fumanellus *de compoſ. medicam.* cap. 35. ad empyema. Walth. V. *pag.* 375.

Vidus Vidius *de curatione membratim* L. VIII. cap. 14. de empyemate. Walth. V. *pag.* 375.

Amatus Lusitanus in *curationum medicinal. centuria* I. cap. 61. de empyemate. Walth. V. *pag.* 314.

Caspar Peucer in *Medicinæ practicæ* &c. cap. 10. agit de empyemate & ejus cura. Walth. V. *pag.* 423.

Christophorus a Vega in *artis medendi* &c. L. III. ſ. 6. cap. 6. de empyemate. Walth. V. *pag.* 376.

Donatus Antonius ab Altomari in *Artis medicæ* &c. cap. 52. de empyemate. Walth. V. *pag.* 376.

Franciscus Valeriola in *exercitationum* L. IV. de empyemate a vulnere. Haller. V. *pag.* 273.

Joh. Baptista Montanus in *conſultat. medicar.* &c. *conſ.* 128. 136. de empyemate. Walth. V. *pag.* 424.

Balduinus Ronseus in *epiſtolis* &c. Empyema rupto abſceſſu feliciter curatum. Haller. V. *pag.* 629.

Gui-

Guilielmus Rondelet in *methodi curandorum morborum* &c. L. cap. 13. & 15. de empyemate. Walth. V. *pag.* 377.

Marcellus Donatus *de medica hiſtoria* L. III. Empyema tam per ſpontaneum ulcus quam per inflictum curatum. Haller. V. *pag.* 578.

Hieronymus Mercurialis in *Medicinæ practicæ* L. II. cap. 7. de empyemate. Walth. V. *pag.* 377.

Victor Trincavellus in *enchiridii medici* &c. L. VI. cap. 8. de empyemate. Cap. 9. de ratione curandi ſuppuratos.

Idem in *breviar.* L. II. cap. 9. de empyemate. Walth. V. *pag.* 378.

Dominicus Leonus in *artis medendi* &c. ſ. II. L. II. cap. 10. de empyemate. Walth. V. *pag.* 378.

Joh. Riolan in *particul. med. meth.* ſ. II. p. 63. de empyemate. Walth. V. *pag.* 378.

Nicolaus Piso *de cognoſcendis & curandis* &c. L. II. cap. 9. de empyemate. Walth. V. *pag* 379.

Joh. Heurnius in *L. de morbis pectoris poſt mortem auctoris a filio* Othone Heurnio *edit.* Leid. 1602. 4. 1608. 4. cap. 3. de empyemate. Walth. V. *pag.* 380.

Johannes Crato in *perioches methodicæ* &c. pag. 393. de ſuppuratione. Walth. V. *pag.* 380.

Georgius Bertinus in *Medicinæ* L. XII. cap. 9. de empyemate. In L. XX. cap. 40. de cura empyematis. Walth. V. *pag.* 12.

Petrus Forestus in *obſervationum* &c. L. XVI. *obſ.* 48. 49. 50. 51. de empyemate & ſuppuratione ex variis cauſis. Walth. V. *pag.* 381.

Eustachius Rudius in *Artis Medicæ* L. I. cap. 46 de empyemate. Walth. V. *pag.* 382.

Hieronymus Capivaccius in *meth. pract. Medicinæ* &c. L. II. cap. 4. de empyemate. Walth. V. *pag.* 382.

Hercules Saxonia in *Medicinæ practicæ* L. II. cap. 7. de empyemate. Walth. V. *pag.* 362.

Hieronymus Fabricius in tr. de *operation. chirurg.* pag. 48. (b) de thoracis ſectione in empyemate. Walth. V. *pag.* 302.

Ludovicus Mercatus in Vol. III. *de internorum morborum curat.* L. II. cap. 8. de ſuppuratione. Walth. V. *pag.* 383.

Nic. Abraham Frambesarius in *canonum & conſult. med.* L. IV. tit. 7. de empyemate. Walth. V. *pag.* 14.

Tho-

(b) Edit. *Patav.* 1643. fol.

Thomas Fienus *de præcipuis artis* &c. tract. 5. de paracenteſi thoracis. Walth. V. *pag.* 591.

Joh. Schenk in *obſervat. med.* L. II. *obſ.* 116. &c. de empyemate. Walth. V. *pag.* 16.

Alexander Massaria in *prælectionum* &c. L. V. cap. 5. de empyemate. Walth. V. *pag.* 384.

Joh. Jessenius in *inſtitut. chir.* ſ. III. cap. 11. de empyematis tractatione. Walth. V. *pag.* 384.

Andreas Cæsalpinus in *ſpeculi artis medicæ* L. VI. cap. 12. de empyemate. Walth. V. *pag.* 384.

Jacobus Fontanus in *practicæ curand. morb.* L. II. cap. 8. de empyemate. Walth. V. *pag.* 433.

Felix Platerus in Tract. III. L. I. cap. 5. agit de empyematis curatione. Walth. V. *pag.* 385.

Caspar Hoffman in *inſtitut. medicar.* L. III. cap. 153. de empyemate. Walth. V. *pag.* 434.

Bellocq in *Mem. de Chirurgie* T. II. machinam ſatis ſubtilem ad comprimendam arteriam intercoſtalem invenit. In T. III. agit de comprimenda hæmorrhagia dentium, & ſanguinis ex vaſculo in paracenteſi inciſo fluxu. Cera molli comprimit. Haller.

Lottieri, chirurgus Italus. Ejus lamina pro liganda arteria intercoſtali deſcribitur in *Mem. de Chirurgie* T. II. Ita Haller.

Thomas Kirkland. Ejus *eſſay on the method of ſuppreſſing hæmorrhagy from divided arteries.* London 1763. 8. Pro vinculis arteriæ læſæ injectis. Arteriam non grumo obfarciente, ſed propria contractione claudi.

claudi. Agaricos ſola preſſione utiles eſſe: adſtringentia medicamenta nocere. HALLER. V. *pag.* 721.

WILH. WATSON in *Phil. Tranſ. Vol.* XLVIII. P. II. ſive anni 1754. retulit de agarico BROSSARDIANO, ejusque fungi genere botanico.

FRID. HERMAN. LUD. MUZELL. V. *pag.* 146.

LUD. GOTTFR. KLEIN in *interprete clinico* tit. de hæmorrhagia. V. *pag.* 283.

DESTREMAU. V. *pag.* 149.

BENJAMIN GOOCH. V. *pag.* 149.

HENRY PARKER, chirurgus navalis. Ejus *the ligature preferable to agaric in ſecuring the blood veſſels after amputations.* LONDON 1755. 8. Parvus libellus, quo noſter monet, non poſſe majori ſanguinis jacturæ agaricum reſiſtere. In FAGETI experimento ſanguinem ſubſtitiſſe, verum ægrum nihilo ſecius interiiſſe. Ab agarico vaſa contrahi, humores cogi, ut in parvo vulnere aut in debili ægro ſufficiat; in arteria crurali, fatente WARNERO, vim agarici non ſufficere. Sed linum arteriæ circumjectum ab omni vulnere periculum avertere, & ſibi quidem ſemper ſatisfeciſſe; agaricum adeo tunc demum debere adhiberi, quando vinculo non eſt locus. HALLER.

JACOB. LATTERMAN. V. *pag.* 152.

JACOB. PARSONS. V. *pag.* 152.

JOH. FORD. V. *pag.* 152.

GUILIELM. THORNHILL. V. *pag.* 152.

J. ALBERTUS SCHLOSSER. V. *pag.* 153.

ROCHARD. V. *pag.* 153.

. . . CHABROL. V. *pag.* 153.

PIERRE MASSUET. V. *pag.* 331.

MARTIN. V. *pag.* 157.

GEORG. NEALE. Ejus *ſome obſervations on the uſe of agaric and its inſufficiency in ſtopping hæmorrhagies after capital operations.* LONDON 1757. 8. Contra efficaciam agarici igniarii. Neminem faviſſe huic auxilio, qui de eo ſcripſerit. In caſtratione, in hæmorrhagia lithotomiæ ſuperveniente uſum agarici fruſtra fuiſſe. Ita neque in mammæ exſtirpatione, neque in vulnere ad calcaneum, neque in aliis caſibus ſpei reſpondiſſe. Neceſſario ad vinculum fuiſſe redeundum. Poſt amputationem tibiæ duos homines periiſſe, cum chirurgi agarico mederentur. Decem ab ejus uſu infelices eventus fuiſſe, ſi unicus reſponderit. HALLER.

In tertio Tomo *des Memoires de Chirurgie.* V. *pag.* 162.

FOUCHU. V. *pag.* 162.

Le BEAU. V. *pag.* 163.

J. WIL-

J. Wilhelmus Baumer. Ejus diſp. *de eo quod in hæmorrhagiis proprium eſt & commune.* Erford. 1758. 4. Haller. V. *pag.* 166.

In *obſervationum chirurgicarum faſciculo*, V. *pag.* 166.

Laugier. V. *pag.* 169.

Charles Peyroux. V. *pag.* 169.

F. A. D. Tissot in *avis au peuple* &c. deſcribit agaricum Brossardi, ejusque præparationem. Haller. V. *tendin. adfect.*

Rudolph. August. Vogel. V. *pag.* 331.

Claud. Pouteau. V. *pag.* 170.

Carolus White. Ejus *an account of the topical application of the ſpunge in the ſtopping of hæmorrhagies.* London 1762. 8. Spongiæ cono ſanguinem de arteria ruentem comprimit, & eadem ſpongia totum truncum tegit. Tota fovea ſpongia replenda, quando arteria profundo loco læſa eſt. Vehementer eadem adhæret. Inter quinquaginta caſus, in quibus ſpongiæ vires noſter expertus eſt, bis tantum vinculo opus fuit, cum tamen inter eas amputationes femoris etiam & mammæ eſſet amputatio. Agaricum Brossardianum obſoleviſſe. Haller. V. *pag.* 723.

Olivier. V. *pag.* 172.

Taignon. V. *pag.* 172.

Dumont. V. *pag.* 173.

E. Berdot. V. *pag.* 174.

Robertus Dossie. V. *pag.* 175.

Spiritus Cl. Franc. Calvet & Dan. Trimont diſp. *de hæmorrhagiis internis.* Avignon 1761. 4. Haller.

Frider. August. Weiz. V. *pag.* 175.

Leberecht Ehregott Schneider. V. *pag.* 178.

J. Paul Koch. Ejus diſp. *de ſpiritu vini rectificatiſſimo tanquam medicamento ad ſiſtendas hæmorrhagias externas optimo.* Halæ 1762. 4. Haller.

P. Sue in *dictionnaire portatif* &c. agarici Brossardiani etiam in femoris amputatione felicem fuiſſe uſum, aliis aluminis conos reſpondiſſe. Haller. V. *pag.* 183.

August Frid. Pallas. V. *pag.* 185.

J. Bapt. M. Wilh. Ferrand & J. Lud. Moreau diſp. *de variis hæmorrhagiæ ſiſtendæ modis.* Paris 1765. 4. Haller.

Phil. Georg. Schroeder. Ejus diſp. reſpondente Burgauer, *de hæmorrhagia uteri* . . . nuperrime recuſa in *opuſculis* (Phil. Georg. Schroederi) *medicis, antehac ſeorſim editis nunc vero collectis ſtudio* Johannis Christ. Gottl. Ackerman medicinæ doctoris *Vol.* I. Norimberg. 1778. 8. V. *pag.* 501.

Charles Bisset. V. *pag.* 191.

Gauthier. V. *pag.* 194.

Heelkondige oeffeningen, Eerſte Stukje betreffende het blood ſtelden en de daar toe gepaſte hulpsmiddelen, door een geſellſchap. Middelburg 1767. 8. Haller.

Henr. Andr. Koster. Ejus *verhandeling over de bloedſtorting.* Leid. 1768. Haller.

William Hewson in *Phil. Tranſ. Vol.* LX. retulit aliqua de modo, quo natura hæmorrhagias compeſcit, partim arteria contracta, partim ſanguine coacto. Redit in Cl. viri opuſculis. Haller. V. *pag.* 198.

J. Aikin, chirurgus. Ejus *eſſay on the ligature of arteries.* London 1770. 8. Cum Caroli White caſibus. Vi ſua contractili arterias claudi, vinculo laxiori hæmorrhagiam comprimi, quod ipſi quidem arteriæ melius injiciatur. Haller.

Ern. Platner. V. *pag.* 208.

Pietsch. V. *pag.* 210.

Milleret. V. *pag.* 211.

J. Christ. Ant. Theden. V. *pag.* 211.

Joh Christian. Frid. Scherf. Ejus diſp. *de hæmorrhagiarum therapia.* Jen. 1772. 4.

Jussy. V. *pag.* 238.

Audoin de Chaignebrun. V. *pag.* 249.

Raphael Joh. Steidele. Ejus *Abhandlung von den Blutflüſſen.* Wien 1776. 8. De hæmorrhagiis internis & externis, deque variis harum cauſis. Hæmorrhagiam ſiſtit vel medicamentis ſtypticis, vel ligatura, vel compreſſione. Inter medicamenta ſpiritum vini & fungum agaricum præfert. Modum comprimendi arterias explanat. Inſtrumentum *Tourniquet*, ejusque icon. V. *obſt. art.*

Wilhelm. Pluscky, Vindobonenſis. Ejus diſp. inaug. *de hæmorrhagia narium.* Wien 1777. 8.

(Aliqua porro de hæmorrhagia ex dentium evulſione. V. *dent. morb.*

De hæmorrhagia uteri. V. *obſt. art.*

De hæmorrhagia vulnerum. V. *vulnera.*

De nimio hæmorrhoidum fluxu. V. *hæmorrhoid.*)

HÆMORRHOIDES.

HIPPOCRATES in L. περὶ αἱμοῤῥοΐδων, qui liber pro minus certo HIPPOCRATIS habetur, ait rectum inteſtinum ſectionem facile ferre, hæmorrhoides autem omnes jubet exurere, cum unam certe apertam ſervare in *aphoriſmis* præcipiatur. Urere vero docet per tubum ferramento immiſſum, & ſecare, & digito abſtergere. Hunc librum EROTIANUS habet inter Hippocraticos. Edidit MANIALDUS. Græce etiam prodiit BASIL. 1540. 8. Codicem habet BANDINI III. p. 45. Ita HALLER. Vide *pag.* 286.

A. C CELSUS in *Medicinæ* L. VI. aperta venarum hæmorrhoidalium oſcula ſanguinem fundentia non debere curari. HALLER. In L. XX. cap. 45. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 287.

JUDÆUS de ligandis hæmorrhoidibus (a) agit. HALLER. V. *medicam. chir.*

SCRIBONIUS LARGUS in L. *de compoſ. medic.* cap. 91. 92. ad hæmorrhoides. WALTH. V. *medicam. chir.*

DIOSCORIDES in *facile parabil.* L. I. cap. 213. ad hæmorrhoidum fluxum. Cap. 214. ad hæmorrhoides aperiendas. Cap. 215. ad dolores hæmorrhoidum. WALTH. V. *medicam. chir.*

ORIBASIUS in *ſynopſis* L. IX. cap. 18. de hæmorrhoidibus. WALTHER. V. *pag.* 264.

AETIUS in *tetrabibl.* IV. ſ. 2. cap. 5. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 265.

PAULUS ÆGINETA in L. III. cap. 59. agit de hæmorrhoidum fluxu. WALTH. V. *pag.* 293.

JOH. ACTUARIUS in *methodi medendi* L. I. cap. 20. & in L. IV. cap. 6. agit de hæmorrhoidum fluxu. WALTH. V. *pag.* 358.

RHAZEUS in L. XI. docet, ut curentur hæmorrhoides, incidendo, venam ſecando, impoſitis cepe cum butyro, quod ait dolores ſedare. HALLER. V. *pag.* 265.

HALY ABBAS in *theoriæ* L. IX. cap. 20. agit etiam de hæmorrhoidibus. In *practicæ* L. VII. cap. 24. de hæmorrhoidum ani medela. In L. IX. cap. 61. de hæmorrhoidibus e quibus ſanguis fluit. WALTHER. V. *pag.* 295.

AVICENNA in L. III. *fen.* 16. cap. 1. &c. de hæmorrhoidibus. WALTHER. V. *pag.* 267.

ALBUCASIS in L. *practicæ* tract. 17. ſect. 2. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 267.

(a) Apud RHAZEUM L. XI. c. 7.

Gentilis de Fulgineo in *conſiliorum* &c. *conſ.* 1. ad fluxum hæmorrhoidum. Walth. V. *pag.* 418.

Lanfrancus in *Chirurgiæ magnæ* doctr. III. tract. 3. cap. 1. de hæmorrhoidum fluxu & dolore. Walther. Hæmorrhoidi mavult ignem admoveri, quam erodens medicamentum. Haller. V. *pag.* 2.

Bernardus Gordon in *Medicinæ* &c. Part. V. cap. 21. de hæmorrhoidibus. Walth. V. *pag.* 270.

Franciscus de Pedemontio in *ſupplementi* &c. de ægritudine ani ſumma 4. ſect. 1. cap. 5. de hæmorrhoidibus & earum medela. Walth. V. *pag.* 418.

Arnaldus de Villanova in *breviarii* &c. L. II. cap. 26. de provocantibus & adſtringentibus hæmorrhoides. Walther. V. *pag.* 296.

Johannes ab Ardern. V. *pag.* 688.

Guilielmus de Varignana in *ſecretorum* &c. tract. 18. cap. 2. de reſtrictione hæmorrhoidum & earum dolore. Walther. V. *pag.* 371.

Guy de Chauliac in *Chirurgiæ* tract. 4. doctr. 2. cap. 7. de hæmorrhoidibus. Walth. V. *pag.* 297.

J. Matthias de Ferrariis in *conſiliorum* &c. *conſ.* 36. de hæmorrhoidibus. Walth. V. *pag.* 372.

Bartholomæus de Montagnana in *conſilior. medicor. conſ.* 168. de tumore hæmorrhoidum. *Conſ.* 169. de fluxu hæmorrhoidum immodico. Walth. V. *pag.* 372.

Antonius Cermisonus in *conſilior. med. conſ.* 20. 21. contra hæmorrhoidum dolores. *Conſ.* 86. 87. de fluxu hæmorrhoidum. *Conſ.* 88. de hæmorrhoidibus internis. Walth. V. *pag.* 372.

J. Michael Savanarola in *practicæ majoris* &c. tract. 6. cap. 17. rubr. 5. & 6. de nimio hæmorrhoidum fluxu. Cap. 47. rubr. 2. de tumore ſ. inflammatione hæmorrhoidum. Walth. V. *pag.* 373.

J. Baverius de Baveriis *de imola conſiliorum* &c. cap. 72. de hæmorrhoidibus nimis fluentibus. Walth. V. *pag* 3.

Marcus Gattinaria *de curis ægritudinum* pag. 90. de ſuperfluo hæmorrhoidum fluxu. Walth. V. *pag.* 420.

Alexander Benedictus *de omnium a capite ad calcem* &c. L. XXI. cap. 7. 8. 9. de hæmorrhoidum natura, differentia, cauſis & cura. Cap. 13. quæ hæmorrhoides aperiant. Cap. 14. 21. 22. 23. quæ hæmorrhoides ſiſtant. Walth. V. *pag.* 300.

Symphorianus Champier in *practicæ novæ* L. IV. cap. 8. de hæmorrhoidibus. Walth. V. *pag.* 373.

Joh.

Joh. Stockerus in *praxis aureæ* L. I. cap. 52. de hæmorrhoidum dolore. Walth. V. *pag.* 374.

Petrus de Bayro *de medendis corp. hum. malis* L. XVI. cap. 8. de hæmorrhoidum dolore ſedando. Cap. 9. de provocando fluxu hæmorrhoidum retentarum. Cap. 10. de iis, quæ fluxum ſiſtunt. Walther. V. *pag.* 374.

Leonhardus Fuchs. Ejus *inſtitutionum Medicinæ ad* Hippocratis, Galeni *aliorumque veterum ſcripta rite intelligenda mire utilium libri V.* editi Basil. 1567. 8. 1572. 8. 1583. 8. 1594. 8. 1605. 8. 1618. 8. Lion 1560. 8. His omnibus antiquior datur editio, nam dedicatio eſt anni 1553. Ex Græcis collectum opus. Ita Haller (b). In L. II. ſect. 5. cap. 39. de hæmorrhoidum fluxu. Walth. V. *pag.* 683.

Andreas Vesalius in *paraphraſis* &c. cap. 80. de hæmorrhoidibus ani. Walth. V. *pag.* 375.

Hubertus Barlandus, Namurcenſis. Ejus *epiſtola medica de aquarum deſtillatarum facultatibus, de fluxu ventris & hæmorrhoidum generibus, inter quæ enucleatur* P. Æginetæ *de hæmorrhoidibus caput.* Antwerp. 1536. 8. Haller (c).

Joh. Fernelius in *univerſæ Medicinæ* L. VI. cap. 11. de hæmorrhoidum fluxu & ſuppreſſione. Walth. V. *pag.* 273.

Idem in *conſiliorum* &c. *conſ.* 54. de hæmorrhoidum fluxu. Walth. V. *pag.* 422.

Antonius Fumanellus in tract. *de compoſ. medicam.* cap. 42. hæmorrhoidum remedia. Walth. V. *pag.* 375.

Vidus Vidius *de curatione membratim* L. IX. cap. 28. de hæmorrhoidibus curandis. Walth. V. *pag.* 375.

Jacobus Sylvius *de morborum internorum curatione* &c. pag. 81. de hæmorrhoidum fluxus curatione. Walth. V. *pag.* 423.

Ambrosius Paræus in *operum chirurg.* L. XII. cap. 24. de hæmorrhoidibus. Walth. V. *pag.* 301.

Benedictus Victorius in *empiricæ Medicinæ* &c. L. I. cap. 47. ad hæmorrhoidum dolorem.

Idem in ſuis *medicinalibus conſiliis ad varia morborum genera*, Venet. 1551. 4. 1554. 4. 1556. 8. in *conſ.* 34. in nimio hæmorrhoidum fluxu. *Conſ.* 37. ad hæmorrhoidum dolorem. Walther. V. *pag.* 376.

Christophorus a Vega in *artis medendi* &c. L. III. ſect. 7. cap. 18. de hæmorrhoidibus. Walth. V. *pag.* 376.

Donatus Ant. ab Altomari in *artis medicæ* &c. cap. 76. de nimio hæmorrhoidum fluxu. Walth. V. *pag.* 376.

(b) In *Bibl. med. pract.* T. I. pag. 523. (c) Ibid. pag. 535.

J. Schyronius, cancellarius Monſpelienſis, qui ad depoſitum ſenium pervenerat, jam a. 1557. dederat *medendi methodum & inſtitutiones medicinæ faciendæ.* Prodiit deinde Monspel. 1609. 12. Hanau 1608. 12. Haller (d). In L. III. cap. 35. de hæmorrhoidibus. Walth.

J. Baptist. Montanus in *conſultat. medicar. conſ.* 16. de hæmorrhoidum dolore. Walth. V. *pag.* 424.

Reinerus Solenander in *conſilior. medicinal. conſ.* 20. medicamenta ad tumorem & dolorem hæmorrhoidum. Walth. V. *pag.* 383.

Jodocus Lommius in *medicinal. obſervat.* pag. 153. (e) agit de hæmorrhoidibus. Walth. V. *pag.* 425.

Anton. Chalmethæus in *enchiridii chirurgici* &c. L. III. cap. 29. de hæmorrhoidibus aperiendis. Walth. V. *pag.* 274.

Gabriel Fallopius in tract. *de tumoribus* cap. 36. de hæmorrhoidibus. Walth. V. *tumores.*

Leonardus Giacchinus in *commentar.* &c. cap. 2. de fluxu hæmorrhoidum nimio. Walth. V. *pag.* 376.

J. P. Pernumia in *therapeutices* &c. L. VII. pag. 117. de hæmorrhoidum dolore. Walth. V. *pag.* 377.

Guilielmus Rondelet in *method. curand.* L. III. cap. 23. (vel 25.) de hæmorrhoidibus. Walth. V. *pag.* 377.

Hieronymus Mercurialis in *conſilior. med. conſ.* 41. de dolore circa ani venas. Walth. V. *pag.* 377.

Antonius Saporta in L. *de tumoribus* &c. agit etiam de hæmorrhoidibus. Haller. V. *tumor.*

Petr. Collier & J. Girard *E. fluentium præter naturam hæmorrhoidum, una relinquenda.* Paris 1574. 4. Haller (f).

Victor Trincavellus in *enchiridii medici* &c. L. IX. cap. 4. de hæmorrhoidibus & earum noxis.

Idem in *conſiliorum* &c. L. III. *conſ.* 57. in hæmorrhoidum fluxu. Walth. V. *pag.* 378.

Dominicus Leonus in *artis medendi* &c. L. IV. cap. 10. de hæmorrhoidibus. Walth. V. *pag.* 378.

Caspar Wolfius in *viatici novi* &c. cap. 58. de nimio hæmorrhoidum fluxu. Walth. V. *pag.* 428.

Nicolaus Piso *de cognoſcendis & curandis* &c. cap. 17. de hæmorrhoidibus. Walth. V. *pag.* 379.

Justus Ortloph. Maroldus in *practicæ medicæ* &c. pag. 251. ad fluxum hæmorrhoidum & aperiendas hæmorrhoides. Walth. V. *pag.* 379.

Marci

(d) Ibid. pag. 250. (e) Edit. Francof. 1643. 8. (f) In *Bibl. Med. pract.* T. II. pag. 195.

MARCI MYRON & J. du FOUR *E. a diuturnis curato hæmorrhoidibus una relinquenda.* PARIS 1581. 4. HALLER (g).

THOMAS KELLERTHALER. Ejus *de hæmorrhoidibus.* BASIL. 1582. 4. HALLER (h).

JOH. MARQUARD in *practicæ theoricæ* &c. L. IV. cap. 10. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 379.

JOHANNES CRATO in *conſiliorum & epiſtolarum* &c. L. V. *conſ.* 23. 24. 25. ad hæmorrhoidum dolorem. *Conſ.* 205. 206. 207. 208. ad hæmorrhoides provocandas. In *epiſtol.* 110. 122. ad dolores hæmorrhoidum. WALTH. V. *pag.* 380.

RODERICUS a FONSECA in *conſultationum* &c. T. I. cap. 27. ad dolorem hæmorrhoidum laudat balſamum ſulphuris, quo peſſulæ intingantur, & applicentur tepide loco affecto. WALTH. V. *pag.* 381.

ANTONIUS ANGUISOLA. Ejus *conſilium de hæmorrhoidibus* eſt in LAUTERBACHIANIS, FRANCOF. 1605. 4. HALLER (i). V. *medicam. chirurg.*

GEORGIUS BERTINUS in *Medicinæ* &c. L. XX. cap. 45. *de curatione* hæmorrhoidum. WALTH. V. *pag.* 12.

PETRUS FORESTUS in *obſervat. & curat.* L. XXIII. *obſ.* 3. 4. 6. de hæmorrhoidum dolore. WALTH. V. *pag.* 381.

EUSTACHIUS RUDIUS in *artis medicæ* &c. L. II. cap. 55. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 382.

HERCULES SAXONIA in *Medicinæ practicæ* &c. L. III. cap. 35. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 362.

GEORGIUS CUNELIUS. Ejus *de hæmorrhoidibus.* LIPS. 1591. 4. HALLER (k).

HIERONYMUS FABRICIUS in tract. *de operationibus chirurgicis* &c. cap. 40. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 302.

GUILIELMUS FABRICIUS in *obſervat. chirurg. obſ.* 11. ex ſuppreſſis hæmorrhoidibus mictio ſanguinis & paralyſis, & cura. WALTH. V. *pag.* 274.

HIERONYMUS NYMMAN. Ejus *de hæmorrhoidibus.* WITTEBERG. 1594. 4. HALLER (l).

JOHANNES WITTICH in *vademecum* &c. pag. 361. &c. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 383.

DIOMEDES CORNARIUS in *conſult. med. conſ.* 19. de fluxu hæmorrhoidum. WALTH. V. *pag.* 335.

FRANCISCUS RANCHIN in *opuſc. med.* tract. de morbis ſubitaneis cap. 30. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 315.

ALEXAN-

(g) Ibid. pag. 234. (h) Ibid. pag. 238. (i) Ibid. pag. 270. (k) Ibid. pag. 288. (l) Ibid. pag. 303.

ALEXANDER MASSARIA in *practicæ medicæ* &c. L. III. cap. 24. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 384.

ANDREAS CÆSALPINUS in *ſpeculi artis medicæ* &c. L. VIII. cap. 35. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 384.

JACOBUS FONTANUS in *practicæ* &c. L. III. cap. 35. ad dolorem hæmorrhoidum. WALTH. V. *pag.* 433.

FELIX PLATERUS in tract. *de vitiis* L. II. cap. 4. & in tract. *de funct. læſis* cap. 14. & in tract. *de doloribus* L. V. & in *obſervationum* &c. L. II. agit de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 385.

CLAUDIUS DEODATUS in *panthei* &c. L. III. cap. 24. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 385.

CASPAR HOFMANUS in *inſtitut. med.* L. III. cap. 98. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 434.

JULIUS CÆSAR CLAUDINUS in *conſult. & reſponſ. conſ.* 38. in fluxu hæmorrhoidum.

Idem in *empiricæ rationalis* &c. L. III. ſect. 3. cap. 8. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 386.

LÆLIUS a FONTE in *conſult. medic. conſ.* 98. de ſanguinis fluxu ex hæmorrhoidibus. *Conſ.* 115. de dolore hæmorrhoidum. WALTH. V. *pag.* 434.

J. HIERONYMUS PULVERINUS in *Medicinæ practicæ* &c. cap. 72. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 435.

CHRISTOPH. GUARINONI in *conſil. medicinal. conſ.* 8. de nimio hæmorrhoidum fluxu. WALTH. V. *pag.* 436.

SEBASTIANUS CORTILIO *de chirurgica inſtitutione* &c. L. IV. cap. 15. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 17.

DANIEL SENNERTUS in *Medicinæ practicæ* &c. L. III. parte 2. ſect. 2. cap. 13. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 17.

JOH. HARTMANUS in *praxis chymiatricæ* &c. pag. 123. &c. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 437.

GREGORIUS HORST in *obſervat. med.* L. IV. *obſ.* 42. ad dolores hæmorrhoidum laudat unguentum linariæ. *Obſ.* 50. de hæmorrhoidum cæcarum dolore. *Obſ.* 53. de fluxu hæmorrhoidali.

Idem in *centuria problematum* decad. 6. quæſt. 8. an diuturnus hæmorrhoidum fluxus conſtringendus. WALTH. V. *pag.* 276.

LUDOVICUS SEPTALIUS in animadverſionum &c. L. III. cap. 35. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 18.

JOHANNES VIGIER in *obſervat. chirurg.* L. III. cap. 75. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *ulcera.*

Mauritius Schroeter. Ejus diſp. *de fluxu hæmorrhoidum præter naturam.* Lips. 1614. 4. Haller (m).

Petrus Poterius in *inſignium curationum* &c. *centuria* II. cap. 64. de hæmorrhoidibus dolorificis. Walth. V. *pag.* 387.

David Crusius in *theatri morborum* &c. L. III. cap. 9. de hæmorrhoidibus. Walth. V. *pag.* 438.

Paulus Wagner. Ejus diſp. *de hæmorrhoidibus.* Basil. 1615. 4. Haller (n).

Guilielmus Ballonius in *conſiliorum* &c. L. III. *conſ.* 98. de hæmorrhoidibus dolentibus. Walth. V. *pag.* 387.

Franciscus Peccetti in *Chirurgiæ* L. III. cap. 30. de hæmorrhoidibus. Walth. V. *pag.* 18.

Franciscus Joel in *operum omnium* T. III. L. IV. ſect. 3. de hæmorrhoidum aperitione, & fluxu. Walth. V. *pag.* 18.

Henricus Petræus in *Handbüchlein* &c. tract. 10. cap. 12. de hæmorrhoidibus. V. *pag* 18.

Idem in *noſologiæ* &c. tract. 2. diſſert. 32. de hæmorrhoidibus. Walth. V. *pag.* 388.

Lazarus Riverius in *obſervat. med. centuria* IV. *obſ.* 27. 28. de hæmorrhoidum dolore. *Obſ.* 64. de immodico hæmorrhoidum fluxu. *Obſ.* 81. de fluxu hæmorrhoidum.

Idem in *praxis medicæ* &c. L. X. cap. 10. 11. de hæmorrhoidibus. Walth. V. *pag.* 388.

Joh. Vincent. Finkius in *enchiridii* &c. cap. 24. de hæmorrhoidibus. Walth. V. *pag.* 389.

Melchior Sebiz in *manualis ſ. ſpeculi* &c. T. I. parte 4. ſect. 2. cap. 22. &c. de hæmorrhoidibus. Walth.

Ejus diſp. *de hæmorrhoidibus.* Argent. 1654. 4. Haller (o). V. *venæ ſect.*

Stephanus Manialdus. V. *pag.* 691.

Henricus ab Heers in *obſervat. med obſ.* 20. ad ſedandum hæmorrhoidum dolorem herbam ſcrophulariæ laudat. Walth. V. *pag.* 364.

Ren. Chartier. V. *pag.* 692.

Philippus Salmuth in *obſervat. med. centuria* I. pag. 47. de hæmorrhoidibus grumoſis. Walth. V. *pag.* 442.

J. Rupert Sulzberger, Gräcenſis, Profeſſor Lipſienſis. Ejus diſp. *de hæmorrhoidibus.* Lips. 1626. 4. Haller (p).

Zacu-

(m) Ibid. pag. 442. (n) Ibid. pag. 448. (o) Ibid. pag. 417. (p) Ibid. pag. 548.

ZACUTUS LUSITANUS in *praxis medicæ admirandæ* &c. L. III. *obſ.* 60. hæmorrhoides hirudinibus non ſcalpello ſunt aperiendæ. ALBERTI. V. *pag.* 389.

MARCUS AURELIUS SEVERINUS *de efficaci medicina* L. I. parte 2. cap. 17. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 303.

JOH. THEOD. de BRY in *introductionis* &c. tract. 2. cap. 26. de ani affectibus, & hæmorrhoidibus cœcis aperiendis. WALTH. V. *pag.* 444.

JOH. WALÆUS in *med. pract.* L. II. cap. 17. agit etiam de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 390.

WOLFG. HOEFER in *Herculis medici* &c. L. III. cap. 5. etiam de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 390.

PHILIPPUS GRULING in *Medicinæ practicæ* L. III. parte 2. cap. 8. de hæmorrhoidibus & earum dolore. WALTH. V. *pag.* 391. & 702.

GODOFREDUS MOEBIUS. Ejus diſp. *de hæmorrhoidibus.* JEN. 1643. 4. HALLER (q). V. *obſt. art.*

GUERNER ROLFINK in *epitomes* &c. L. III. cap. 21. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 448.

JOH. JOHNSTONUS in *ideæ univerſæ Medicinæ* &c. L. X. cap. 2. artic. 2. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 391.

DOMINICUS PANAROLI in *iatrologiſmorum &c. pentecoſte* II. *obſ.* 46. 47. de ingenti hæmorrhoidum fluxu. WALTH. V. *pag.* 25.

JOH. SCULTETUS in *armament. chirurg.* pag. 17. de hæmorrhoidum curatione. WALTH. V. *inſtrum. chir.*

PETRUS BORELLUS in *hiſtor. & obſervat. centuria* I. *obſ.* 63. ad hæmorrhoides tumentes & dolentes. In *cent.* IV. *obſ.* 58. hæmorrhoidum ſtupendus fluxus ſolo ſyrupo de roſis ſiccis cohibitus. WALTH. V. *pag.* 25.

OSWALD GREMBS in *arboris integræ & ruinoſæ* L. II. cap. 1. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 27.

J. JACOBUS WEPFER in L. *obſervationum* &c. pag. 99. &c. obſervationes de hæmorrhoidibus. ALBERTI. V. *pag.* 27.

CASPAR REIES in *Elyſio jucund. quæſt. campo*, quæſt. 73. hæmorrhoides hirudinibus non ſcalpello ſunt aperiendæ. ALBERTI. V. *pag.* 27.

J. GEORG. SOMMER in *Act. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 42. a ſuppreſſis hæmorrhoidibus ulcus in perinæo fiſtuloſum. HALLER. V. *obſt. art.*

CASPAR CALDERE de HEREDIA in *illuſtrationum & obſervat.* L. I. *illuſt.* 23. de hæmorrhoidibus dolentibus & fluentibus. In L. II. *illuſt.* 34. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 454.

GEORG.

(q) Ibid. pag. 647.

GEORG. HIERONYM. WELSCH in *obſervat. phyſico-med. hecatoſt.* II. *obſ.* 41. hæmorrhoidum dolor, fluxus, & tumor facile curatus. ALBERTI. V. *pag.* 30.

VITUS RIEDLINUS in *obſervationibus medicis* &c. poſt ſuppreſſas hæmorrhoides ulcus colli veſicæ, mors. HALLER. V. *pag.* 30.

RICHARDUS WISEMANN. V. *pag.* 41.

NICOLAUS BLEGNY in *zodiaci medico-Gallici* &c. a. 1680. *Jul. obſ.* 11. unguentum hæmorrhoides ſanans. ALBERTI. V. *pag.* 42.

GERARDUS BLASIUS in *Medicinæ univerſæ* &c. parte 2. artic. 4. cap. 3. de hæmorrhoidibus. WALTH. V. *pag.* 365.

VITUS RIEDLIN in *curarum med. cur.* 51. hæmorrhoidum dolor fomento cedens. ALBERTI. V. *pag.* 52.

LUD. le MONNIER. V. *pag.* 695.

J. LUDOV. PETIT. V. *pag.* 76.

LAURENTIUS HEISTER in *Chirurgiæ* parte II. cap. 166. de nimio hæmorrhoidum fluxu. Cap. 167. de hæmorrhoidibus cœcis. V. *pag.* 82.

MICHAEL ALBERTI. Ejus tract. *de hæmorrhoidibus.* HALÆ 1722. 4. HALLER. V. *pag.* 608.

J. HERM. FÜRSTENAU. V. *pag.* 98.

J. BAPT. LUD. CHOMEL *E. tumidis hæmorrhoidibus hirudines.* PARIS 1750. 4. HALLER. V. *obſt. art.*

JOH. de THEYLS. Ejus diſp. *de ſanguinis evacuatione per inferiora, quam hæmorrhoidem vocant, ut cauſa fiſtulæ ani.* LEID. 1744. 4. HALLER.

GEORG. AUG. LANGGUTH. Ejus *de hæmorrhoidibus morbo cœco.* WITTEBERG. 1766. 8.

Ejus *de hæmorrhoidum venoſarum vindicatione.* Ibid. 1768. 8.

Ejus *de vena fonte hæmorrhoidum non ſatis lympido.* Ibid. 1768. 8. MEUSEL. V. *pag.* 720.

ERN. JEREM. NEIFELD. Ejus *phyſikaliſche Abhandlung von der goldenen Ader.* ZÜLICHAU 1764. 8. V. *pag.* 143.

LUD. GOTTFR. KLEIN in *interprete clinico* tit. hæmorrhoides. V. *pag.* 283.

ANTONIUS de STÖRCK in *medicíniſch-practiſcher Unterricht* &c. agit quoque de hæmorrhoidibus. V. *pag.* 161.

G. BUDÆUS. V. *pag.* 166.

J. NEP. ab HUMBOURG. Ejus diſſ. *E. hæmorrhoidi recenter tumidæ ſectio non hirudo.* VINDOBONÆ 1765. 8. V. *hern.*

J. LUD. DIETERICH, Ratisbonenſis. Ejus *diſſ. inaug. ſiſtens obſervationem de hæmorrhoidibus criſtatis.* ALTDORF. 1764. 4.

Franciscus de Slaby, Hungarus Legradienſis. Ejus diſſ. *de hæmorrhoidibus.* Viennæ 1767. 8.

Caspar Stunzer. V. *pag.* 700.

J. Christ. Ant. Theden. V. *pag.* 211.

Nutzliche Nachricht von der Natur und Cur der Krankheiten, die mit der Bewegung auf die güldene Ader verbunden zu ſeyn pflegen, zum Abdruck befördert von A. S., Berlin 1771. 8. Tractatum huncce ab experto, ut videtur, medico nitide conſcriptum, nec medicamentorum compoſitorum farragine oneratum, Schaarschmidius recudendum deſumſit ex collectionibus Hannoveranis *nützlichen Sammlungen* a. 1755. pag. 69. & 70. Pro tali ſolertia meritæ grates Schaarschmidio referendæ ſunt. Ita in *deutſcher allg. Bibl.* 18. *Band.* 1. *St.* pag. 206.

Matth. Franc. Alix. V. *pag.* 218.

Daniel Wilhelm Nebel, Profeſſor Heidelbergenſis. Ejus *de hæmorrhoidibus.* Heidelb. 1775. 4.

Joseph. Benjam. Barbenius, Corona-Tranſilvanus Saxo. Ejus diſſ. inaug. *de hæmorrhoidibus veſicæ in genere, & in ſpecie.* Tirnaviæ 1777. 8.

HERNIA
SIVE
CELE, RAMEX, RUPTURA.

Ammonius in herniam umbilicalem ſpiritum docuit irrumpere (a). Haller. V. *pag.* 504.

Sostratus in eadem umbilici hernia carnem aliquando cancroſam ſubnaſci vidit (b). Haller.

Duo Herones. Eorum alter in eadem umbilici hernia, & inteſtinum, & omentum, & humorem, & ſpiritum, & carnem vitioſam ſcripſit reperiri (c). Haller.

Meges in herniam umbilici irrumpere aut inteſtinum, aut omentum, aut humorem (d). Haller. V. *pag.* 504.

A. C. Celsus in L. VII. agit de herniis. Latius inteſtinum ſui poſſe, ſpe cum dubia (e). Gaſtroraphia, quæ duabus fit acubus (f). Hydrocele interna funiculi, ab externa diverſa (g). Haller. V. *pag.* 287.

Leoni-

(a) Celsus L. VII. c. 14. (b) Cels. ibid. (c) Cels. L. VII. c. 4. (d) Celsus L. VII. c. 14. (e) C. 16. (f) Ibid. (g) C. 25.

Leonides de hydrocele: diſtinguit ejus ſpecies, & uſtionem præfert (h); de ramice inteſtinali (i). Haller. V. *pag.* 320.

Galenus *de methodo medendi* L. VI. in herniis reponendis utendum eſſe ſyringotomo, non ſcalpello utrinque ſcindente. Gaſtroraphiæ diverſi modi. Haller. V. *pag.* 264.

Oribasius in brevioris *ſynopſis* L. III. agit de bronchocele. Haller. V. *pag.* 264.

Theodorus Priscianus in *phœn. eup.* L. I. cap. 28. de hernioſo. Walth. V. *pag.* 361.

Aetius in *tetrabibl.* L. IV. ſ. 2. cap. 22. de hernia aquoſa. Cap. 23. de hernia: chartam madefactam, & in pilam efformatam reducto prius inteſtino inguini applicari, & congruo ligamento vinciri, nec ante tres dies ſolvi jubet. Walth. V. *pag.* 265.

Paulus Ægineta in L. III. cap. 53. de herniæ ſpeciebus. In L. VI. cap. 52. de inteſtini prolapſu. Cap. 62. &c. de variis herniæ ſpeciebus. Walther. In hydrocele totum ſcrotum dividit. Sutura nuperis inventa poſt inciſionem. Ut abdominis vulnus ſyringotomo dilatetur, ut inteſtina reponantur, hæc ex Galeno (k). De herniæ ſectione: recentiores ſarcotica ſutura uti. Singulas funiculi ſpermatici venas vinciri. Rupta hernia, quæ ſubito naſcitur, tum altera, in qua peritonæum non eſt niſi dilatatum: hanc herniam ſolam curandam adgreditur. Teſticulum aufert. Cauterio poſſe exuri. Peritonæum inciſum ob bubonocelen ſutura confirmat. Haller. V. *pag.* 293.

Johannes Serapionis filius in L. V. herniam fieri ex dilatato foramine, quod in ſano homine ſit anguſtius, & vaſa ſeminalia tranſmittat. Hernias curat cauterio, ut cicatrix exitum arctet, quod conſilium nuper in Anglia renovatum fuit. Haller. V. *pag.* 265.

Rhazeus in L. XI. de herniis omnis generis. Galenum earum curationem non dilucide docuiſſe. Cum magna hernia liberam ſe vidiſſe fæcum alvi excretionem, quod omenti eſſet elapſus. Tumorem durum teſtis emplaſtro cum gummi ammoniaco ſe vidiſſe ſublatum. Hæc ſe vidiſſe in noſodochio. Hydrocelen eſſe qui cauterio curent. De dolore vehemente ex flatu herniam ſubeunte; eum cucurbitula diſſipat. Ut hydrocele curetur, perforatione, & aqua ſenſim expreſſa.

Idem in L. *ad* Almans. tit. de eminentia & ruptura: omentum elapſum ſanum reponit; corruptum excidit, ſed ligatum.

Idem in Libro *diviſionum* ramicem ſola impoſita pila nonnunquam curari. In hydrocele ad utrumque latus raphes ſcrotum incidit, & aquam ait rapide effluere. Hydrocelen ſingulis menſibus jubet aperiri.

(h) Apud Aetium L. XIV. c. 21. (i) Ibid. c. 22. (k) *Meth. med.* L. VI.

Idem *de infantum morbis* iterum de ramice agit. HALLER. V. *pag.* 265.

HALY ABBAS in *theoriæ* L. IX. cap. 36. & 37. agit etiam de herniis. In *practicæ* L. VII. cap. 51. de rupturæ ſ. herniæ medela. In L. VIII. cap. 2. & 3. In L. IX. cap. 47. 50. 51. 79. 80. de herniis. WALTHER. V. *pag.* 295.

AVICENNA in L. III. *fen.* 22. tract. 1. cap. 2. 3. 4. de rupturæ ſignis & cura. Cap. 5. &c. de reliquis herniæ ſpeciebus. WALTHER. V. *pag.* 267.

ALBUCASIS in L. I. in hernia inguinali repoſito inteſtino ad os uſque urit, & quadrageſimum ad diem ægrum jubet quieſcere. In L. II. hydrocelen totam findit, cutem primum, deinde vaginalem tunicam (ſiphac); teſticulum vero reſecat. Inde paracenteſin dicit; ſed malum redire docet. In ruptura vetat incidere ſaccum hernialem (ſiphac). HALLER.

Idem in L. *theoriæ nec non practicæ* &c. in *practicæ* tract. 24. cap. 1. &c. de ruptura & cura ejus. WALTH. Herniam negat unquam, niſi manus opera ſanatam. HALLER. V. *pag.* 267.

CONSTANTINUS in *loc. comm. med.* L. IX. cap. 38. de ſiphac (herniis). WALTH. V. *pag.* 268.

GENTILIS de FULGINEO. V. *pag.* 418.

BRUNUS in *Chirurgiæ magnæ* (L. II. cap. 10.) agit etiam de herniis. Herniam reducebat, urebat ad os uſque. HALLER. V. *pag.* 2.

GUILIELMUS de SALICETO in *Chirurgia* &c. ſarcocelen & ejus exſtirpationem bene deſcripſit FREINDIO teſte. Juniores hernioſos ſæpe ſola deligatione & emplaſtro ſanavit. HALLER. V. *pag.* 268.

LANFRANCUS in *Chirurgiæ magnæ* tract. 3. cap. 6. de ruptura ſiphac. Cap. 7. de hernia teſticulorum. WALTH. Herniæ curandæ methodum ſuam laudat, in qua cultro ignito cutis duobus tenaculis intercepta amburitur, & ad os uſque cauteriis omnia exuruntur, protecto prius teſte. Neque tamen ita ſibi placet in artificio quod perfecerit, quin malit herniis ferro aut igne curandis abſtinere, & bracheria præferat, quibus aliquoties etiam adultos homines perſanaverit. HALLER. V. *pag.* 2.

FRANCISCUS de PEDEMONTIO in *ſupplementi* &c. ſumma V. part. 4. ſect. 1. cap. 1. de ruptura & ſpeciebus herniæ. WALTHER. V. *pag.* 418.

GUILIELMUS de VARIGNANA in *ſecretor. ſublim.* tract. 17. cap. 6. de ramice in inguine. WALTH. V. *pag.* 371.

JOH. de GADDESDEN in *roſa Anglica* &c. herniam emplaſtro cauſtico curat. HALLER. V. *pag.* 2.

Guy de Chauliac in *Chirurgiæ* tract. 6. doctr. 2. cap. 7. agit de herniis. Walth. Hydrocelen ferro incidebat, cauſticis medicamentis folliculum conſumebat. Herniam in homine ætatis provectæ medicamentis non tolli. In hernia curanda præfert cauſticum igni, quod a chirurgo illud iſto facilius regatur, & fuſe narrat, ut eo præſidio ipſe uſus ſit. Male cauteria nuper negligi, quod idiotæ fere iis uterentur. Berandum Metis in hernia puncto uti aureo. In hydrocele educto prius teſte ſe ſcrotum aperire, tunc arſenico eſcharam facere, & permittere ſuppurationi. Haller. V. *pag.* 297.

Balescon de Tharare in *philonii* pag. 333. &c. in hernia multum tribuit jaceæ nigræ, conſolidæ, & ſigillo Mariæ; varias tamen ad id malum curationes deſcribit, interque eas filum aureum. Curationem narrat a ſuo ſodali peractam, qui durum folliculum in hydrocele latentem perforaverit, aquam flaveſcentem expreſſerit, & ſetaceo denique malum ſuperaverit. Haller. V. *pag.* 299.

Petrus de la Cerlata in *operis chirurgici* pag. 107. (1) in hernia ſuadet medicamentis cauſticis cutem aperire, deinde cultello ignito ſcrotum (didymum) amburere. Haller. V. *pag.* 269.

J. Math. de Ferrariis in *practicæ* &c. parte 4. cap. 30. de herniis.

Idem in *conſiliorum ſecundum vias* &c. *conſ.* 83. de ſiphac in inguine. Walth. V. *pag.* 372.

Bartholomæus de Montagnana in *conſiliorum & var. tract. conſilio* 227. 228. 229. 230. de herniis variis. Walth. Sarcocelen ſe aliis auxiliis ſæpe fruſtra adgreſſum, nunc ad cauteria & candentia medicamenta deſcendere. Haller. V. *pag.* 372.

Marcellus Cumanus in *obſervationibus* &c. hydrocelen caſtratione ſanabat. Ad enterocelen emplaſtrum, quod citri ſuccus ingreditur. Haller. V. *pag.* 410.

Paulus Bagelardus a Fulmine. Ejus parvus libellus *de ægritudine infantum* impreſſus per Matthæum de Windisch Graetz 1487. 4. in quo de hernia, deque ulceribus aliisque vitiis infantum agit, & medicamenta fere tradit. Haller.

J. Michael Savanarola in *practicæ majoris* &c. tract. 6. cap. 22. rubr. 1. de ruptura. Walth. V. *pag.* 373.

Marcus Gattinaria *de curis ægritudinum* &c. pag. 162. &c. de herniæ cura: in partu natam fuiſſe herniam inteſtinalem. Bracheria chalybea ad hernias laudat. Haller. V. *pag.* 420.

Antonius Benivenius *de abditis rerum cauſis* &c. cap. 5. de hernia per vulvam elapſi inteſtini. Cap. 6. de hernia umbilicali nuper nati pueri, magna

(1) Edit. Venet. 1529. fol.

magna certe & rara felicitate ſanata. Cap. 73. ex arctiori herniæ ligatione mors. Ita HALLER. V. *pag.* 362.

JOH. de VIGO in *practicæ* &c. L. II. pag. 82. (m) in herniæ curatîone vinculum cum igne conjungit. HALLER. V. *pag.* 270.

JOH. ARCULANUS in *practicæ medicæ* &c. tract. 6. agit de ruptura ſive hernia. WALTH. V. *pag.* 373.

ALEXANDER BENEDICTUS *de omnium a capite ad calcem morborum cauſis* L. XXIV. cap. 34. 35. de enterocele & ejus curatione. WALTH. V. *pag.* 300.

SYMPHORIANUS CHAMPIER in *practicæ novæ* &c. pag. 483. (n) de herniis. WALTH. V. *pag.* 373.

GODOFR. STEGHIUS in *artis medicæ* &c. L. X. cap. 5. de enterocele & epiplocele. In L. XII. cap. 42. pneumatoceles & hydroceles ratio & curatio. WALTH. V. *pag.* 313.

JOH. STOCKERUS in *praxis aureæ* L. I. cap. 54. de hernia. WALTH. V. *pag.* 374.

PETRUS de BAYRO *de medendis corp. hum. malis* &c. L. XII. cap. 1. de ruptura. WALTH. V. *pag.* 374.

PHIL. THEOPH. PARACELSUS in *prælect. chirurg. de vulneribus* cap. 15. de ruptura.

Idem *von offenen Schäden* cap. 54. 55. 56. de hernia aquoſa, ventoſa, carnoſa. WALTH. V. *pag.* 272.

NICOLAUS MASSA in *epiſtolar. med. epiſt.* 23. caſus rarus herniæ varicoſæ, in qua eodem in latere duo fuerint teſticuli. HALLER. V. *pag.* 273.

HIERONYM. CARDANUS *de cauſis & ſignis* &c. pag. 23. de hernia. WALTH. V. *pag.* 374.

ANDR. VESALIUS in *paraphraſis* &c. cap. 89. de ramice. WALTH. V. *pag.* 375.

JOH. DRYANDER in *der ganzen Artzney* &c. caput habet etiam de herniis. HALLER. V. *pag.* 421.

Nützlich Bad, und Arzney den Bruch an alten und jungen ungeſchnitten zu heilen. ARGENT. 1539. 4. HALLER.

SEBASTIANUS AUSTRIUS *de infantum ſ. puerorum morbis* morb. 48. inguinis ramex. WALTH. V. *pag.* 375.

JOH. FERNELIUS in *univerſæ Medicinæ* L. VI. cap. 14. de hernia ſcrotali. V. *pag.* 273.

Idem in *conſiliorum* &c. *conſ.* 64. de enterocele. WALTH. V. *pag.* 422.

ANT-

(m) Edit. LION 1538. 8. (n) Edit. BASIL. 1547. 8.

Ant. Fumanellus in tract. *de compoſ. med.* cap. 53. ramici vel rupturæ quæ remedio ſint. Walth. V. *pag.* 375.

Jacob. Hollerius *de morbis internis* L. I. cap. 59. in hernia laudat ſuccum jaceæ albæ quotidie mane cum modico vini albi porrectum; etiam ſuccum herniariæ eodem modo ſumtum. Walther. De hernia agit, non ſine propriis adnotationibus; ut de funeſta hydrocele gangrænoſa; de inteſtino ileo elapſo, incarcerato, gangræna corrupto; de hydrocele repetito inciſa &c. Haller. V. *pag.* 335.

Leonhard. Faventinus *de morbis puerorum* cap. 21. herniæ remedia cap. 37. ramicis medela. Walth. V. *pag.* 422.

Dionys. Fontanonus in *practicæ* &c. L. III. cap. 31. de relaxationis inteſtinorum curatione. Walth. V. *pag.* 422.

Camillus Thomai in *rationali methodo* &c. cap. 61. de ramice. Walth. V. *pag.* 423.

Jacob. Sylvius *morborum internor.* &c. pag. 87. de enteroceles curatione. Walth. V. *pag.* 423.

C. C Kunrath in *medullæ deſtillatoriæ* &c. pag. 411. & 595. medicamenta ad hernias. Walth. V. *pag.* 397.

Ambrosius Paræus in collect. *operum chirurg.* L. VII. cap. 14. 15. de cura herniæ. Cap. 16. 17. ad hernias laudat emplaſtrum diachalcit. diſſolutum in vino generoſo malvatico cum oleo laurino. Walther. In hernia quoties plurimus adeps proceſſui peritonæi adhæſit, ſaccum ſuper ſpecillum ſulcatum jubet aperire. In pueris ſæpe aquis adſtringentibus ſe hernias ſanaſſe. Uſtionem vaſis ſpermaticis valde nocere. Teſtem connatum inguini, proque ramice habitum, ſaltibus imperatis deſcendere cœpit. Vetat caſtrare hernioſos. Plumbo potius quam auro proceſſum peritonæi intercipit. Hydrocelen totam aperire ſuadet, & ſetaceum trajicere. Haller. V. *pag.* 301.

Benedictus Victorius in *medicinal. conſilior. conſ.* 39. ad herniæ inteſtinalis curationem. Walth. V. *pag.* 376.

Amatus Lusitanus in *curat. med. centuria* II. *cur.* 71. de enterocele. *Cur.* 84. hydrocele repetita inciſione ſublata. Walth. V. *pag.* 314.

Christoph. a Vega in *artis medendi* L. I. ſect. 10. cap. 2. de hernia. Walth. V. *pag.* 376.

Jacobus Ruff in *L. de tumoribus* &c. herniam aquoſam medullæ ſpinalis funeſto eventu inciſam vidit. Haller. V. *tumores.*

Petrus Franco, Gallus, ſed qui Lausannæ chirurgiam fecit, etiam Bernæ. Romanæ religioni addictiſſimum fuiſſe teſtatur Portalius, quæ quidem laus vix cum officio Bernæ & Lausannæ ornato

to conſiſtere poteſt, & totus ſermo viri pii ad reformatæ eccleſiæ morem eſt compoſitus. Citat PORTALIUS Ejus *traité contenant une des parties principales de la Chirurgie, laquelle les chirurgiens herniaires exercent.* LION 1556. 8. Is ex approbatione idem eſt liber, qui nunc ſequitur, ſed notior eſt *traité des hernies, contenant une ample declaration de toutes leurs eſpeces, & autres excellentes parties de la Chirurgie, c. à d. de la pierre, de la cataracte, des yeux & autres maladies.* LION 1561. 8. Candidus homo, perinde paratus malos ſuos eventus narrare, bonoſque. Adminiſtrationes ſuas accurate & minute deſcribit; nova inſtrumenta novaſque encheireſes excogitavit, ut poſceret neceſſitas. Multas ſuas curationes paſſim interſpergit. Caſtrationem primum & cauterii uſum deſcribit, deinde ſuam inguinalis ramicis curationem, punctum nempe aureum, quod commendat, negatque dolorem inferre. In hydrocele ſetaceo utitur, ſed præfert adminiſtrationem, in qua totum ſcrotum ferro aperitur, turunda inmittitur, vulnus lente conſolidatur. Ne recrudeſcat, ac ex tantilla carne deterior redeat, ſarcocelen integre exſtirpat, vetat autem eſcharoticorum uſum. Varicoſæ herniæ ignem adhibet. Ita HALLER.

J. SCHYRONIUS in *medendi meth.* L. III. cap. 33. de hernia. WALTH. V. *pag.* 790.

J. BAPT. MONTANUS in *conſultat. med. conſ.* 20. ad ramicem inteſtinorum. WALTH. V. *pag.* 424.

REINERUS SOLENANDER in *conſilior. med.* ſect. IV. *conſ.* 13. in hernia: lunariæ minoris pulverem in decocto conſolidæ vel vino ſumtum pueros potiſſimum curare. *Conſ.* 14. in hernia inteſtinali: oleum hyperici laudat. *Conſ.* 16. de enterocele. WALTH. V. *pag.* 383.

JODOCUS LOMMIUS in *medicinal. obſervat.* L. II. pag. 202. (o) de ramice. WALTH. V. *pag.* 425.

ANTON. CHALMETHÆUS in *enchirid. chirurg.* L. I. cap. 23. de hernia aquoſa & flatuoſa. Cap. 24. de enterocele & epiplocele. WALTH. V. *pag.* 274.

GABRIEL FALLOPIUS in tract. *de tumoribus* parte 1. cap. 30. 31. 32. 33. 34. 35. de curatione herniæ: chalybem cum ſaccharo per 20. dies, poſt repoſitionem inteſtini, interne ſumtam expertus valde laudat. WALTH. V. *tumores.*

GUIL. RONDELET in *methodi curandorum* &c. L. III. cap. 75. &c. de herniis. WALTH. V. *pag.* 377.

LEONHARD. FIORAVANTI in *Crone der Arzney* &c. L. I. cap. 40. de hernia. WALTH. V. *pag.* 426.

HIERONYM. MERCURIALIS in tract. *de pueror. morbis* aliqua habet etiam de herniis. HALLER. V. *pag.* 362.

ANTO-

(o) Edit. FRANCOF. 1643. 8.

Antonius Saporta. Celeberrimus Haller teſtatur ſe legiſſe apud Valverdum, Saportam novum herniæ genus propoſuiſſe, in quo peritonæum in ſcrotum delabitur (intellexit nempe peritonæum in hernia non rumpi, ut vulgo putabatur). V. *tumores.*

Victor Trincavellus in *enchirid. med.* L. XI. cap. 30. de hernia ſcrotali. Walth. V. *pag.* 378.

Omnibonus Ferrari *de arte medica infantum* L. IV. cap. 18. de hernia. Walth. V. *pag.* 314.

Joh. Riolan in *particul. med. meth.* ſect. 3. agit de bubonocele. Walth. V. *pag.* 378.

Caspar Wolfius in *viatici novi* &c. cap. 63. de hernia. Walth. V. *pag.* 428.

J. Udalr. Rumler in *obſervat. medicis* de ſarcocele cum caſtratione curata. Haller. V. *pag.* 338.

Nicolaus Piso *de cognoſ. & curandis* &c. L. III. cap. 60. de hernia. Walth. V. *pag.* 379.

Rembertus Dodonæus in *obſervat. med. rar.* cap. 39. de hydrocele. Cap. 40. de ſcroti in hydrocele periculoſi ſectione. Walth. V. *pag.* 506.

Joh. Marquard in *practicæ theoricæ* L. IV. cap. 17. de hernia. Walth. V. *pag.* 379.

Joh. Crato in *conſiliorum & epiſtol.* L. VII. *conſ.* 13. de hernia inteſtinali. *Conſ.* 14. 15. 16. in ruptura. *Conſ.* 17. de bubonocele. *Conſ.* 60. de enterocele. *Conſ.* 61. in principio enteroceles. In libro *ſingular. obſervat. med.* conſil. 210. 211. 212. 213. 214. 304. 305. de variis herniarum ſpeciebus. Walth. V. *pag.* 380.

Roder. a Fonseca in *conſultationum* &c. T. I. *conſ.* 95. de hernia inteſtinali. Walth. V. *pag.* 381.

Georg. Bertinus in *Medicinæ* &c. L. XX. cap. 48. de cura herniæ. Walth. V. *pag.* 12.

Dan. Pernusius. Ejus *de herniis.* Basil. 1588. 4. Haller.

Petrus Forestus in *obſervationum & curat.* L. XXVII. obſ. 11. &c. de variis herniæ ſpeciebus & earum curatione: Multum hic medicamentorum, abſque chirurgica adminiſtratione Hernia umbilicalis pueri ſola compreſſione ſanata. Haller. V. *pag.* 381.

Eustach. Rudius in *artis medicæ* L. V. part. 1. cap. 19. de hydrocele. Walth. V. *pag.* 382.

Hieronymus Fabricius in *pentateuch. chirurg.* L. 1. part. 1. cap. 23. de herniarum differentiis, ſignis, & cauſis in genere. Cap. 24. 25. de cura herniæ inteſtinalis. Cap. 26. de cura herniæ omentalis. Cap. 27. de cura herniæ aquoſæ. Cap. 28. de cura herniæ ventoſæ. Cap. 29. de cura ſarcoceles

& hydroceles. Cap. 30. de cura herniæ varicoſæ. WALTHER. Ob hernias caſtrantes improbat. Herniæ curatione chirurgica abſtinet. Hernioſos bracherio conſolatur. HALLER. V. *pag.* 302.

GUILIELMUS FABRICIUS in *obſervat. chirurg. centuria* II. obſ. 81. in prolapſu inteſtinorum in ſcrotum graviſſima ſymptomata. *Obſ.* 82. inteſtina in ſcrotum prolapſa. In *centur.* IV. *obſ.* 64. 65. 66. 67. 68. de variis herniis: ſarcocelen in dextro latere eſſe frequentiorem. Hydrocele inciſione, & membrana aquam recipiente ligata, curata; ſæpe tamen carnem teſti adnaſci, & tunc infauſte cedere. A venere impedita ſarcocele. Tunica erythroides ſeorſim a vaſis ligari debet, & ſub ea tumor aperiri. In *cent.* V. *obſ.* 54. antiqua in ſene hernia ſanata ſolo diuturno ob morbum decubitu. In *cent.* VI. *obſ.* 69. 70. &c. de variis herniis: ABEL ROSCIUS herniam incarceratam aliquoties ſolis clyſteribus ſanavit, etiam quando lotiones per os rejectæ fuerant. Septuagenarii hominis invitus quidem herniam ſectione HILDANUS ſanavit.

Idem in tribus voluminibus, in quibus multum eſt ineditorum. HENRICUS SOBINGER de chirurgia Italorum ſui ævi: puncto aureo peritonæi proceſſum conſtringebant. DOUGLASIUM Scotum hernias inciſo peritonæo reponere, non læſis vaſis ſeminalibus. FABRICIUS BARTHOLETUS hernias abſque inciſione ſanabat. J. BURGOWER de Italorum audace chirurgia: libere ferro & igne uti. In hernia ampliori à balnei uſu inteſtina ſubito in ſcrotum deſcenderunt, ut abdomen ipſum flacceſceret, & æger extemplo exſpiraret. A caſtratione ſarcocele, & in alio mors ipſa. HILDANUS de curatione herniarum per eſcharotica, quam improbat. HALLER. V. *pag.* 274.

JOH. COSTÆUS. V. *pag.* 591.

DURANTES SCACCHIUS in *ſubſidio medicinæ* &c. de hydrocele: ſetaceum trajicitur per vulnus acu ignita inflictum. Hernia tophacea ſ. ſarcocele. Herniæ etiam umbilicales. HALLER. V. *pag.* 15.

THOMAS FIENUS *de præcipuis artis* &c. in L. X. de hernia: tres puncti aurei modi. HALLER. V. *pag.* 591.

JOH. SCHENK in *obſervat. raris* &c. habet etiam hernias. HALLER. V. *pag.* 16.

HOLZACH in iiſdem SCHENKII *obſervationibus* &c. de inteſtini in hernia ſcrotali gangræna affecti funeſta curatione. HALLER.

J. ZECCHIUS in *conſult. med. conſ.* 63. de hydrocele. WALTH. V. *pag.* 384.

ANDR CÆSALPINUS in *ſpeculi artis medicæ* L. VIII. cap. 34. de hernia. WALTH. V. *pag.* 384.

FELIX PLATERUS in *obſervàtionum* &c. L. III. pag. 640. de hydrocele; pag. 707. de enterocele, & de reliquis herniæ ſpeciebus a variis cauſis. WALTH. V. *pag.* 385.

SCI-

Scipio Mercurius *degli errori populari* &c. Nursinos duos Venetiis hernias per caſtrationem curaſſe. Haller. V. *pag.* 508.

Caspar Hofman in *inſtitut. med.* L. III. cap. 136. de hernia. Walth. V. *pag.* 434.

Jul. Cæsar. Claudinus in *conſultat. & reſponſ. conſ.* 18. de ramice aquoſo. *Conſ.* 66. de bubonocele. Walth. V. *pag.* 386.

J. Hieronym. Pulverinus in *Medicinæ practicæ* cap. 10. de ramice. Walth. V. *pag.* 435.

Petrus Pigraus in *epitome* &c. punctum aureum nunquam feliciter ceſſiſſe: ab eo convulſiones natas, quas non potuit niſi exſtirpato teſticulo ſedare. A cauſtico in hernia mors. Satis recte herniam uri, donec cicatrix dura inteſtinum retentura ſubnaſcatur. Herniam cerebri periculoſe tactam chalcantho, apta deligatione compreſſit & ſanavit. Haller. V. *pag.* 17.

Nicolaus Habicot in *problemes medicinaux* &c. caſtrationem neceſſario ad herniarum curationem non requiri. Haller. V. *pag.* 407.

Sebast. Cortilio *de chirurg. inſtitut.* L. III. cap. 5. 6. 7. 8. 9. 10. de hernia aquoſa, ventoſa, carnoſa, humerali, varicoſa, & inteſtinali. Walth. V. *pag.* 17.

Henricus Smetius in *miſcellaneis* &c. mors ex maxima hernia umbilicali in gangrænam abeunte. Hernia intra uteri cervicem, primum hujus mali exemplum. Ita Haller. V. *pag.* 436.

Daniel Sennertus in *Medicinæ practicæ* L. III. parte 2. ſect. 1. cap. 6. de hernia: varia ad hernias medicamenta. In parte 9. ſect. 1. cap. 7. de hernia & ſcroti tumoribus, ut pneumatocele, hydrocele, ſarcocele, & cirſocele. Walth. V. *pag.* 17.

Joh. Hartmannus in *praxis chymiat.* pag. 168. ad bubonocelen, enterocelen & epiplocelen. Walth. V. *pag.* 437.

Petrus van der Stylle in *chirurgiſchem Handbüchlein* &c. parte 2. cap. 21. & 22. de hernia. Walth. V. *pag.* 555.

J. Henr. Frölich. Ejus *de herniis cognoſcendis methodo tum ab antiquis, tum modernis lecta curandis.* Basil. 1612. 4. Haller.

Gregorius Horst in *complemento ad librum II. conſultationum* &c. Exomphalos congenitus. Haller. V. *pag.* 276.

J. B. Cortesius in ſua *in univerſam Chirurgiam inſtitutione* &c. Ulyssem Nurſinum hernias ſanaſſe admoto medicamento cauſtico, loco inuſto exciſo; profunda facta cicatrice. Haller. V. *pag.* 17.

Joh. Vigier in *operum med. chirurg.* L. I. cap. 49. 50. 51. 52. de ramicum differentia & earum curatione. Walth. V. *vulnera.*

Valentinus Hartung. Ejus *de herniis inteſtinalibus marium.* Lips. 1614. 4. Haller.

J. Philipp. Brendel in *conſilior. med. conſ.* 91. de herniæ curatione: laudat decoctum vinoſum radicis chamæleontis albi mane hauſtum. Walth. V. *pag.* 387.

Guil. Ballonius in *conſiliorum* &c. L. III. *conſ.* 16. de varicoſa hernia. *Conſ.* 27. de hernia. Walth. V. *pag.* 387.

Franc. Peccetti in *Chirurgiæ* &c. L. I. cap. 21. de umbilici aquoſo tumore. Cap. 22. de hernia aquoſa. Walth. V. *pag.* 18.

Theod. Corbæus in *pathologiæ* &c. L. II. ſect. 4. cap. 28. de hernia. Walth. V. *pag.* 315.

Valentinus Emmerich. Ejus *de hernia.* Basil. 1616. 4. Haller.

Henricus Petræus in *Handbüchlein* &c. parte 9. cap. 21. de hernia. V. *pag.* 18.

Idem in *noſologiæ* &c. T. II. diſſ. 47. de hernia omenti. Walth. V. *pag.* 388.

Lazarus Riverius in *obſervationum* &c. *centuria* II. *obſ.* 4. & in *cent.* III. *obſ.* 82. & in *obſervat. communicat. obſ.* 15. de enterocele. Walth. V. *pag.* 24.

Carolus Piso in *ſelectar. obſervationum* &c. cap. 7. de hydrocele. Walth. V. *pag.* 439.

J. Vincent. Finkius in *enchiridii* &c. cap. 36. de hernia. Walth. V. *pag.* 389.

Claud. Charles & Petr. Robynet *E. contumaci bubonocele* *απλοτομια*. Paris 1618. 4. Haller.

Melchior Sebiz in *manualis ſ. ſpeculi* &c. T. I. part. 4. ſect. 1. cap. 8. ad herniam inteſtinalem. In T. II. part. 4. ſect. 8. cap. 9. ad ſarcocelen. Sect. 9. cap. 2. ad herniam ventoſam. Cap. 3. 4. ad herniam aquoſam & varicoſam. Walth. V. *pag.* 364.

Henr. ab Heers in *obſervationibus medicis* &c. de herniotomo, qui filo ferreo ileum inteſtinum comprehendit funeſto eventu: aliis inteſtinum pro omento reſecuit. (Memini, inquit celeberrimus Haller, me ſcalpello chirurgi hominem eripuiſſe, qui hoc ipſo momento temporis elapſum inteſtinum pro ſacco erat inciſurus) V. *pag.* 364.

Joh. Strum. Ejus *de herniis.* Greifswald 1622. 4. Haller.

Philipp. Hoechstetter in *raris obſervationibus* &c. inteſtinum ab imperito herniotomo inciſum patulum manſiſſe. Haller. V. *pag.* 19.

J. Rudolph. Camerarius in *ſylloge memorabilium* &c. *centuria* III. part. 48. herniis dicata herba Hollerii. In *cent.* IV. part. 77. herniæ medicina ex magnete. In *cent.* VIII. part. 50. herniarum panacea, decubitus in dorſum; part. 51. in hernia laudatur hypogloſſum, pinoſella, lunaria major,

jor, perfoliata, cinis lactantis leporis, lac coagulatum. In *cent.* X. part. 14. hernia ventriculi ab antimonii uſu. ALBERTI. V. *pag.* 19.

PHILIPP. SALMUTH in *obſervat. med. centuria* III. pag. 156. hydrocele a potu. WALTH. V. *pag.* 442.

ARNOLDUS WEICKARDUS in *pharmacopeæ* &c. L. I. cap. 18. de ſarcocele, enterocele, exomphalocele, hernia ventoſa, aquoſa, & umbilicali. WALTH. V. *pag.* 389.

J. ANTOINE LAMBERT in *commentaires & œuvres chirurgiques* &c. L. III. agit etiam de hernia. Tres quartæ omenti partes abſque malo eventu reſectæ. Hydrocele ſublata. Exempla ſanguinis de hydrocele abunde effuſi. HALLER. V. *pag.* 20.

ZACUTUS LUSITANUS in *praxis medicæ admirandæ* &c. L. II. *obſ.* 84. de hernia aquoſa (hydrocele) immiſſo ſiphone curata. WALTHER. V. *pag.* 389.

JACOB. PRIMEROSIUS in *enchiridii medico-practici* part. 2. pag. 275. de puerorum hernia.

Idem *de morbis puerorum* part. 2. pag. 9. de hernia puerorum. WALTH. V. *pag.* 443.

J. PHARAMOND RHUMEL. V. *pag.* 443.

HUGUES BABYNET, medicus Aurelianenſis. Ejus *la maniere de guérir les deſcentes de boyau ſans tailler ni faire inciſion.* La HAYE 1630. 12. Experimentum ſe feciſſe in numeroſis variarum gentium ægrotis. Emplaſtrum laudat ex pice alba cum terebinthina & rubro ſantalo compoſitum: id mire extollit in ſiniſtri lateris herniis: in dextro vinculis utitur & bracherio. Deinde probat ſuccos adſtringentes tormentillæ, ſymphyti &c. HALLER.

MALACHIAS GEIGER, medicus Bavarus. Ejus *kelegraphia ſ. deſcriptio herniarum, cum earum curationibus tam medicis quam chirurgicis.* MONACHII 1631. 8. Germanice *ausführlicher Bericht von den Brüchen*, STUTGARD 1661. 12. ULM 1696. 12. De ipſa chirurgica curatione pauca, quam molitur per punctum aureum, & cauſtica medicamenta, eo ævo uſitatiſſima. Subligacula varia. HALLER.

MARC. AUR. SEVERINUS *de recondita abſceſſuum natura* in L. IV. agit quoque de herniis; inter eas vaſtiſſima hernia umbilicalis. HALLER. V. *pag.* 276.

Idem *de efficaci medicina* L. I. part. 2. cap. 13. novum genus curationis enteroceles & hydroceles. Cap. 14. de hydroceles paracenteſi & punctione. In parte 2. *de ſectionibus* cap. 5. de certo loco ſecando in hernia. Cap. 80. de enteroceles exciſione. In *pyrotechniæ* L. II. parte 1. cap. 73. de bubonocele. Cap. 75. de hernia ex inteſtinis aut omento prolapſis. Cap. 78. &c. de hydrocele, & ſarcocele. WALTH. Ad herniam teſſella eburnea BENEDICTI. Hydrocelen præputii frequentibus vulneribus incidit. In herniis

feli-

feliciter uſtione ſe uſum eſſe. Hydrocelen ſcalpello candente perforat, ſetaceum trajicit: eſt ubi tribus locis ferro lunato ſcrotum aduſſit, ut conſtringeretur. Sarcocelen vidit, teſte albo concremento obducto: eam excidit & exemit, eoque modo teſtaceum ſcroti tuber ſuperavit. HALLER. V. *pag.* 303.

NICOLAUS FONTANUS in *obſervationibus raris* &c. hydrocele educta aqua ſanata; ſic ſarcocele exciſa & varicocele. HALLER. V. *obſt. art.*

JOH. THEOD. de BRY in *introductionis* &c. tract. 2. cap. 29. de hernia ſcroti. WALTH. V. *pag.* 444.

JOSEPH. COVILLARD in *obſervations chirurgiques* &c. herniarum inciſiones variæ, etiam cum gangræna. HALLER. V. *pag.* 303.

WOLFGANG. HOEFER in *Herculis medici* &c. L. III. cap. 5. etiam de hernia inteſtinorum. WALTH. V. *pag.* 390.

JOH. van BEVERVIK in L. *idea Medicinæ veterum* &c. etiam de herniis. HALLER. V. *pag.* 22.

PHILIPP. GRULING in *curationum & centuria* I. *cur.* 98. de hernia inguinali. *Cur.* 100. de hernia umbilicali. In *cent.* III. *obſ.* 88. 90. 91. de hernia & ejus cura.

Idem in *Medicinæ practicæ* L. IV. part. 3. cap. 3. de hernia. WALTHER. V. *pag.* 391.

JOH. RHODIUS in *obſervat. medicinal. centuria* III. ab herniotomo inciſum inteſtinum tenue per inguen porro patuit, J. PRÆVOTIO teſte, fæcesque reddidit. Hydrocele curata, igne ad radicem proceſſus ſpermatici admoto. HALLER. V. *pag.* 447.

NICOLAUS TULPIUS in *obſervationibus medicis* &c. Faucibus per os rejectis, tamen repoſita hernia. Hernia gangrænoſa, inteſtinum abdomini adhæſit, vita per ſex annos ſuperſtite. HALLER. V. *pag.* 22.

GUERNER ROLFINK in *epitomes* &c. L. III. cap. 26. de herniis & earum ſpeciebus.

Idem in *ordinis & methodi Medicinæ* &c. L. XII. *conſ.* 1. de ægro hernia carnoſa laborante. WALTH. V. *pag.* 448.

Ejus porro diſp. *de enterocele.* JEN. 1664. 4. De caſtratione. HALLER.

THOM. BARTHOLINUS in *hiſtor. anatom. centuria* I. *hiſt.* 3. bubonocele lethalis. *Hiſt.* 73. omphalocele rupta a cute. In *cent.* V. *hiſt.* 5. bubonocele rara. In *cent.* VI. *hiſt.* 70. hernia poſt colicam.

Idem in *obſervat med.* ab HENRICO a MÖINICHEN transmiſſis *obſ.* 18. hydroceles curatio tuta per ſimplicem puncturam. *Obſ.* 24. nova herniæ curatio. WALTH. V. *pag.* 23.

Idem

Idem in *Act. Hafnienſ. Vol.* I. *obſ.* 28. ſarcocele, tumor dextri teſticuli. HALLER.

JOH. JOHNSTONUS in *ideæ univerſæ Med.* L. X. tit. 3. cap. 1. art. 4. de hernia inteſtinorum. WALTH. V. *pag.* 391.

JOH. PETR. LOTHICHIUS in *conſilior. & obſervat.* L. VI. cap. 3. *obſ.* 9. ſarcocele medicamento ſanata. *Obſ.* 10. hydrocele. WALTHER. V. *pag.* 23.

JOSEPH. SCHMIDT in *Spiegel der Wundarzney* &c. L. III. parte 2. pag. 422. 427. ad herniam. WALTH. V. *pag.* 23.

YSBRAND de DIEMERBROECK in *centum obſervationibus* &c. Inteſtinum in hernia gangrænoſum, lethali eventu. Inteſtinum ab hernia gangrænoſum patulum, vita ſuperſtite. HALLER. V. *pag.* 24.

PETRUS PIAZZA *breve ed utile diſcorſo* &c. in ultimo tractatu tangit etiam hernias. HALLER. V. *pag.* 25.

GUILIELMUS HARVEUS in *exercitationibus* &c. herniam cancroſam illæſo teſte exciſam vidit. HALLER. V. *obſt. art.*

SAMUEL FORMEY. V. *pag.* 684.

DOMINICUS PANAROLUS in *iatrologiſmorum* &c. *pentecoſte* II. de hernia umbilicali congenita. HALLER. V. *pag.* 25.

CAROLUS ARTHURUS PLESSIUS in magna *anatome*... elapſam veſicam herniam vidit feciſſe. HALLER. V. *pag.* 277.

JOH. SCULTETUS in *armamentarii chirurgici* pag. 149. (p) de modo applicandi retinaculum in hernia. De cura enteroceles; pag. 161. herniam NURSINORUM more caſtratione ſanatam deſcribit. In *obſerv. chirurg. obſ.* 74. hernia carnoſa. WALTH. V. *inſtrum. chir.*

PETRUS BORELLUS in *hiſtor. & obſervat.* (*obſ.* 4.) de hydrocele inciſione ſanata, eductis fere duabus aquæ libris. HALLER. V. *pag.* 25.

BALDASSAR TIMÆUS in *conſilior. med.* L. III. *conſ.* 11. de hernia inteſtinali.

Idem in *epiſtol. med.* L. III. *epiſt.* 36. de hernia. *Epiſt.* 43. de hernia inteſtinali. WALTH. V. *pag.* 26.

PETRUS de MARCHETTIS in *obſervat. medico-chirurgicarum* &c. *obſ.* 84. epiplocele cum ſarcocele conjuncta. *Obſ.* 89. bubonocele. WALTH. V. *pag.* 26.

PAULUS BARBETTE in *Chirurgia* &c. peritonæum in hernia vix unquam rumpi. Hernias dari infra umbilicum, ad ejus latera, & longe ſuper inguen, quales ſint pro abſceſſu habitæ. HALLER. V. *pag.* 26.

Os-

(p) Edit. NORIMBERG. 1657. 8.

OSWALD GREMBS in *arboris integræ & ruinoſæ* &c. L. II. cap. 1. de hydrocele & hernia carnoſa. WALTH. V. *pag.* 27.

J. JACOB. WEPFER in tract. *de cicuta aquatica* &c. hiſtoriam dat ſarcoceles malo effectu ab herniotomo tractatæ. HALLER. V. *pag.* 27.

JOH. ANDR. SMITZIUS in *Medicinæ practicæ* pag. 108. de hernia. WALTH. V. *pag.* 316.

PAULUS AMMAN in *Medicinæ criticæ* &c. *caſ.* 12. de ſarcocele. *Caſ.* 63. ſectio herniæ inguinalis. *Caſ.* 26. de hernia inteſtinali. WALTH. V. *pag.* 601.

HENRICUS v. ROONHUYSEN in *genees en heelkonſtige aanmerkingen* &c. (in novo volumine). Hernia umbilicalis rupta, magnus tumor elapſus, fiſtula ſuperſtes. Alia ejusmodi hernia rupto peritonæo funeſta: alia in puero modo nato, abſurde exciſa. HALLER. V. *pag.* 28.

J. LAURENT. BAUSCH in L. *de lapide hæmatite* &c. Omentum cum ventriculo & pancreate per tendineæ expanſionis diaphragmatis hiatum in pectoris cavum receptum. In hernia gangrænoſa inteſtinum apertum aliquamdiu cibos per vulnus reddidit. Inteſtinum craſſum a verme eroſum, ſanatum. HALLER. V. *pag.* 453.

HENRICUS a MÖINICHEN in *obſervationibus* &c. Hydrocele ſanata, excitata per turundam ſuppuratione. Hiſpanos herniotomos teſtem non amputare, ſed in abdomen repellere, deinde puncto aureo uti. Herniam in proceſſu aperiebat. HALLER. V. *pag.* 29.

EBERHARDUS GOEKEL in *conſilior. & obſervat. decade* I. *obſ.* 9. hernia inteſtinalis mercurio vivo reſtituta. *Obſ.* 10. herniæ ſectioni ſpaſmus ſuperveniens lethalis.

Idem in *gallicin. ſ. obſervat. centuria* I. *conſ.* 31. ex hernia male repoſita ileus. In *cent.* II. *conſ.* 68. æger ſibi ipſi herniam ſecans, vaſa ſpermatica cum teſticulo, intermiſſa ligatione, abſcidens, a nimia hæmorrhagia ferme exanimis reſtitutus. ALBERTI. V. *pag.* 29.

OLAUS BORRICHIUS in *Act. Hafnienſ. Vol.* I. *obſ.* 97. ſarcocele, ipſe teſtis ſanguine undique turgens. *Obſ.* 61. indigna eo viro hiſtoriola, de hernia per transplantationem in tibiæ ramum ſanata. *Vol.* V. *obſ.* 59. inteſtinorum minima particula in herniam prolapſa eventu funeſto. HALLER. V. *pag.* 30.

FRANCISCUS MAURICEAU in *traité des maladies des femmes* &c. agit etiam de infantum herniis. HALLER. V. *obſt. art.*

JOB van MEEKREN in *heel en genees konſtige* &c. Hernia umbilicalis congenita. Hernia cerebri occipitalis. HALLER. V. *pag.* 30.

GEORG. HIERONYM. WELSCH in *obſervat. phyſico-medicis* &c. Hernia umbilicalis alias funeſta, alias ſanata.

Idem

Idem in *curat. propriis* &c. Aqua punctione ex hydrocele emiſſa, ſed rediens. Entero ele. HALLER. V. *pag.* 30.

JOH. MURALTUS in *Schriften von der Wundarzney* &c. Hernia incarcerata curata, cum inteſtinum inciperet corrumpi. Dilatato annulo inteſtinum incarceratum repoſitum.

Idem in *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* I. *obſ.* 113. de hernia umbilici in puerpera cum ani prolapſu vinculis ſanata. *Ann.* III. *obſ.* 128. hernia umbilicalis vinculo ſanata. *Obſ.* 135. felix inciſio in ileo a bubonocele nato. *Obſ.* 141. ab inteſtino a vermibus eroſo hernia. *Obſ.* 148. hydrocele curata caſtratione & cereo immiſſo. HALLER. V. *pag.* 30.

J. FREYTAG in iisdem MURALTI *Schriften* &c. de hydrocele gangrænoſa cum hernia inguinali ſanata, & hernia incarcerata cum ſtercoreo vomitu aperto peritonæi proceſſu; ſic aliæ graves herniæ, etiam inguinales ſanatæ. HALLER. V. *pag.* 30.

VITUS RIEDLINUS in *obſervat. medicis* &c. ab hernia ſpreta funeſtus ſpaſmus cynicus. HALLER. V. *pag.* 30.

J. NICOLAUS PFIZER in *zwey ſonderbare Bücher* &c. agit etiam de hernia. HALLER. V. *obſt. art.*

FRIDERICUS HOFFMANNUS in *meth. med.* L. I. cap. 19. contra herniam inteſtinalem ſpecifica. In L. II. cap. 2. inteſtinorum prolapſus in ſcrotum. WALTH. V. *pag.* 393.

J. HENR. MEIBOM. Ejus diſp. *de hernia.* HELMSTADT 1686. 4. HALLER. V. *oſſ. morb.*

JOH. FERDINAND. HERTOD in *crocologiæ* &c. cap. 16. de inteſtinorum hernia. WALTH. V. *pag.* 393.

THEODOR. KERKRING in *ſpicilegio anatomico* &c. de fœmina, quam bronchocele præfocavit. HALLER. V. *pag.* 31.

JUSTUS SCHRADER in ejus *obſervat. & hiſtoriis* &c. hernia deſcribitur & proceſſus peritonæi teſtem comprehendens. Item proceſſus quidem peritonæi, absque hernia tamen, cum icone. HALLER. V. *pag.* 31.

In *Act. Nat. Cur. Dec* I. *ann.* III *obſ.* 132. hernia exulcerata, unde excrementa ſine alia ſanitatis noxa ejiciebantur. *Ann.* IV. *obſ.* 102. herniæ transplantatio. *Ann.* VIII. *obſ.* 43. hernia inteſtinalis *Dec.* II. *ann.* III. *obſ.* 14. hernia ab inteſtino vermibus eroſo. *Obſ.* 128. hernia umbilicalis. *Obſ.* 184. hernia aquoſa caſtratione ſublata. *Ann.* VI. *obſ.* 55. herniæ ſectio ἀμεθόδως in viro facta lethalis. *Obſ.* 56. herniarum ſectiones in pueris & viro methodice inſtitutæ ſalutares. *Ann.* VII. *obſ.* 11. conjecturæ & conamina circa hernias. *Ann.* VIII. *obſ.* 55. hernia male ſecta, prolapſus perpetuus & fæcum exitus in inguine. *Obſ.* 97. hernia umbilicalis neglecta, tandem ligatura alleviata. *Ann.* IX. *obſ.* 33. hernia aquoſa transplantatione ſ. translatione curata. *Dec.*

III. *ann.* II. *obſ.* 51. hernia exulcerata curata. *Ann.* IV. *obſ.* 9. in herniæ inguinalis curatione miraculum medicum, quod natura cum abſceſſu operata eſt. *Obſ.* 107. hernia ex forti ſuctione mammillarum orta. *Ann.* V. VI. *obſ.* 37. herniæ ſectionem ſpaſmus ſuperveniens lethalis. *Ann.* IX. *obſ.* 150. herniam inteſtinalem ſigna quædam antecedentia. In *cent.* VII. pag. 48. herniæ carnoſæ imprudens ſectio in ſene; pag. 94. herniæ umbilicalis cura ſympathetica; pag. 307. herniæ monſtroſæ magnitudinis. ALBERTI. V. *pag.* 31.

LAURENTIUS WOLFSTRIGEL. V. *pag.* 32.

GEORG. WOLFG. WEDEL. Ejus *æger paſſione iliaca ex hernia laborans.* JEN. 1681. 4.

Ejus *de ægro hernia laborante.* Ibid. 1684. 4.

Idem in L. *de morbis infantum.* Ibid. 1717. 4. etiam de herniis agit. Hernia infantilis vinculis curata absque ſutura. HALLER. V. *pag.* 34.

BERNARDINUS GENGA in *anatomia chirurgica* &c. etiam de herniis, contra PARÆUM. Non debere continuo de reponendo inteſtino deſperari: neque facile ſummo cum periculo annulum tendinoſum incidi. Hydroceles curatio inciſione exigua facta, ſed inmiſſo tubulo, quem non probat, ut neque acum BARBETTI. Sanatio radicalis hydroceles ſetaceo aliisve modis ſuſcepta. De ſarcocele: neceſſariam eſſe operationem, ut vitioſus teſticulus eximatur. Periculoſam eſſe paracenteſin in hydrocele. Si aqua inter teſtem fuerit & proximas membranas, incidit, cannulam inmittit. HALLER. V. *oſſ. morb.*

REGNERUS de GRAAF in L. *de virorum organis* &c. aliqua habet de caſtratione & de hernia.

Idem *de organis genitalibus muliebribus* &c. etiam aliqua de herniis fœminarum. HALLER. V. *pag.* 755.

FRIDER. LOSSIUS in *obſervationibus* &c. Hernia umbilicalis funeſta; ſic ex hernia volvulus. Inteſtinum a verme perforatum. HALLER. V. *pag.* 34.

J. HENR. LAVATER. Ejus diſp. *de εντερoπεριςολη.* BASIL. 1672. 4. recuſa in HALLERI *collectione diſp. chirurg.* Bona diſputatio & plena adnotationibus. Ligamentum uteri latum in hernia elapſum. Hernia incarcerata a D. BIENAISE curata. Inteſtina per vulnus abdominis effuſa; gaſtroraphia feliciter adminiſtrata. Colon per vulnus effuſum reſtitutum. Canes frequenter hernioſi. Peritonæum a repetito partu valde relaxatum. Inteſtina lacerabilia ad chartæ madidæ modum (quod ſæpe ſe vidiſſe ait celeberrimus HALLER in cadaveribus varioloſis). Adminiſtratio curandarum herniarum. HALLER.

SA-

Salomon Reisel. V. *pag.* 35.

Daniel Ludovici. V. *pag.* 36.

Cornelius Solingen in *manual operation* &c. hernias diuturno decubitu curari, ſolisque bracheriis. Punctum debere modice adſtringi, ut inteſtinum contineat, ſed ipſe herniam non videtur ſecuiſſe. Herniam veſicæ in vaginam prolapſæ vidit. Lethali auſu herniam umbilicalem in puero fuiſſe ligatam. Setaceo trajecto curata hydrocele. Hernia umbilicalis injecto vinculo levata. De bracheriorum varietate, deque cupreis a Muschenbroeckio fabrefactis. Haller. V. *pag.* 304.

Fridericus Decker in *exercitationibus medicis* &c. Hernia ſtrangulati inteſtini a Nicolao Smalzio reducta, ut tamen ægra ex ſphacelo inteſtini periret. Haller. V. *pag.* 37.

J. Nicol. Binninger in *obſervat. & curationibus* &c. Herniotome cum caſtratione. Haller. V. *pag.* 37.

Lucas van Ryp. Ejus diſp. *de hernia.* Leid. 1673. 4. Haller.

Rudolphus Wilhelmus Krause, Profeſſor Jenenſis, pluſculas diſputationes edidit chirurgici argumenti. Ejus *de hernia ſcroti a prolapſu inteſtini nata.* Jen. 1675. 4. Haller.

Alphonsus Kohn. V. *pag.* 40.

Oligerus Jacobæus. V. *pag.* 41.

Richardus Wisemann in *ſeveral chirurgical* &c. L. I. etiam de herniis. De hydrocele utiliter egit. Haller. V. *pag.* 41.

Bernardinus Christinus in *obſervationibus medicis* &c. herniam preſſione & medicamentis adſtringentibus curavit. Haller. V. *pag.* 317.

Nicolaus Blegny, qui amabat ſe vocare Nic. de Blegny, chirurgus, vanus homo, nimiumque laudis cupidus, qui equitem ſe ipſe fecit, & infelicem vitæ finem habuit. Primum ejus opus fuit: *l'art de guerir les hernies.* Paris 1676. 12. plerique tamen annum numerant 1677. 12. Recuſum 1693. 12. Latine in *zodiaco medico - Gallico* 1679. Libellus ſcriptus ad commendanda bracheria elaſtica, ex laminis frigidis, malleo tuſis & circulo chalybeo parata, quæ ſibi tribuit inventa; & medicamenta quædam chemica, potiſſimum etiam *Prioris de* Cabrieres, qui ſpiritu ſalis profunde inguen exurebat, ut ſubnata dura cicatrix deſcenſum inteſtini porro inhiberet, magnam partem tamen laudis Blegny ſuis bracheriis tribuit. Inteſtinum rectum continet, introducto, deinde inflato ventriculo galli indici. Non debere ligari peritonæi proceſſum. Adnotationes memorabilium caſuum & curationum: hic etiam reperias ſe primum填 inveniſſe, debere eum proceſſum aperiri, quo inteſtinum reducatur. Herniam veſicæ in annulum elapſæ vidit. Ita Haller.

Idem in *zodiaci medico-Gallici ann.* 1679. *Febr. obſ.* 1. de hernia rara; pag. 185. herniarum ars curatrix. *Novemb. obſ.* 10. emplaſtrum ad herniam. *Ann.* 1681. *April. obſ.* 2. hernia uterina lethalis. *Auguſt. obſ.* 5. emplaſtrum ad hernias. ALBERTI. V. *pag.* 42.

GERARDUS BLASIUS in *obſervationibus medicis* &c. Hernia inguinalis, peritonæo vere rupto. HALLER. V. *pag.* 42.

LUDOVICUS v. HAMMEN, DRELINCOURTII diſcipulus, celebris inventis vermiculis ſpermaticis, & Archiater Regis POLONIÆ. Ejus *de herniis diſſ. academica.* GEDANI 1677. 4. maj. recuſa LEID. 1681. 12. Ipſe de herniis libellus parum habet proprii. HALLER.

LUCAS SCHROECK. V. *pag.* 43.

SAMUEL LEDEL. V. *pag.* 43.

STEPHANUS BLANCARD in *collectaneis medicis* &c. Exomphalos infantis ex colicis doloribus natus. D. van DUUREN in ſponſa hernia ſubito nata.

Idem in *duabus aliis centuriis* &c. Veſica in ſcrotum elapſa. RUYSCHIUM & BOKELMANNUM vidiſſe herniam veſicæ in ſcrotum illapſæ.

Idem in *centuria* VII. omphaloceles congenitæ varia exempla.

Idem in *anatomia practica* &c. Hernioſus inciſus: in ſede exeuntis inteſtini adipis pila adnata inteſtinum continebat. Exomphalos congenitus, moles carnea inteſtina urgens.

Idem in *collectione operum* &c. Veſica in ſcrotum illapſa. Proceſſum ſe peritonæi in viro vidiſſe, quem tamen non putat in homine ex naturæ conſilio reperiri. Poſſe inteſtinum in femur elabi, & per peritonæum prope ſpinam dorſi ruptum. HALLER. V. *pag.* 45.

MATTH. GODOFR. PURMANN in *curioſis obſervationibus* &c. Hernia, in qua peritonæum ruptum filo ſericeo a PURMANNO ligatum fuerit. In hernia proceſſum puncto adhuc aureo ligabat. Cauſtica rejicit. HALLER. V. *pag.* 45.

ABRAHAMUS CYPRIANUS in *epiſtola hiſtoriam exhibente fœtus* &c. feliciſſime herniam incarceratam eſſe operatum. In hernia incarcerata gangrænoſa, noſter annulum abdominalem dilatavit, colon adnatum cultro ſeparavit, ægrum reſtituit, argumento, etiam ampliores inciſiones cum ægri emolumento ſuſcipi; inciſiones cæterum ad herniarum curationem factas non probat, quas fere ſubligaculis ſperat poſſe contineri. Ita HALLER. V. *obſt. art.*

JOH. HELLWIG in *obſervationibus medico-phyſicis* &c. Hernia umbilicalis pueri ſanata compreſſione. Caſtratio integra ab autocheiro ſuſcepta, ſanata. HALLER. V. *pag.* 46.

ANTON. de HEYDE in *obſervationibus medicis* &c. Hernioſorum aliqui eventus, etiam funeſti. HALLER. V. *pag.* 46.

FELIX

Felix Platerus in *obſervationibus medicinalibus* &c. Funeſtus ſpaſmus cynicus a caſtratione. Haller. V. *pag.* 46.

M. Oucides. Ejus diſp. *de hernia uterina.* Leid. 1680. 4. Haller.

J. Mauritius Hofmann. V. *pag.* 47.

Samuel Stiegler. Ejus diſp. *de* οσχεοκηλη, ſ. hernia ſcroti. Argentor. 1681. 4. Haller.

In *Act. Eruditor. Lipſienſ. ann.* 1689. *Menſ. Novemb.* pag. 561. hernia inteſtinalis ſuppurata. *Ann.* 1690. *Jul.* pag. 356. hernia inteſtinalis non curata. *Ann.* 1691. *Febr.* pag. 71. hernia renalis; pag. 96. hernia cyſtica ex prolapſu veſicæ in ſcrotum. *Ann.* 1692. *Mart.* pag. 104. herniarum inguinalium ſubjectum in viris & fœminis diverſum. *Ann.* 1714. *Oct.* pag. 460. hernia ſympathetice curata. *Ann.* 1719. *Aug.* pag. 343. hernia rarior. *Sept.* pag. 413. herniæ cauſa. *Ann.* 1720. *Mart.* pag. 130. hernia umbilicalis monſtroſa; pag. 320. hernia pro abſceſſu habita; pag. 371. hernia per dyſenteriam curata. *Ann.* 1721. *Maj.* pag. 198. hernia veſicæ. *Ann.* 1724. *Decemb.* pag. 538. herniæ incarceratæ non ſine amputatione. *Ann.* 1725. *Novemb.* pag. 501. herniarum examen. *Ann.* 1727. *Sept.* pag. 404. hernia umbilicalis connata. Alberti. V. *pag.* 49.

J. Petrus Albrecht. V. *pag.* 49.

J. Laurentius Fehr. V. *pag.* 50.

Amedee Bourdon. V. *pag.* 50.

Mich. Bernard. Valentini. Ejus diſp. *de herniis arcano Regis Galliarum abſque ſectione curandis.* Giess. 1697. 4. quæ recuſa eſt in *polychreſtis exoticis* Francof. 1700. 4. Spiritum ſalis Cabreri hic iterum exponit. Haller. V. *pag.* 51.

Joh. Muys in *Podalirio redivivo* &c. Herniam in pueris ſæpe ſolorum vinculorum uſu ſanari. Bronchocele verior ab aëre per aſperam arteriam recepto intumeſcens. Haller. V. *pag.* 51.

Vitus Riedlin *lineæ medicæ ann.* I. *Menſ. Jun. obſ* 26. herniæ repoſitio facilis. *Aug. obſ.* 20. herniarum initium diverſum. *Ann.* II. *Febr. obſ.* 28. hernia puerorum facile curatur emplaſtro Mynsichti, & faſcia *Novemb. obſ.* 25. abſceſſus in inguine herniam mentiens. *Ann.* III. *Jan. obſ.* 28. herniolarius teſticulo male parcens. *Mart. obſ.* 10. herniæ ſcroti majores. *Ann.* IV. *Febr. obſ* 9. dolores ex hernia in principio pro nephriticis habiti. *Mart. obſ.* 6. hernia in fœminis. *Ann.* V. *Jun. obſ.* 10. hernia in figulo. *Jul. obſ.* 25. herniam curatam falſo & cum ægri damno jactitans. *Decemb. obſ.* 29. herniæ ſectio feliciter impedita. *Ann.* VI. *Maj. obſ.* 31. hernia in tempore detecta. *Septemb. obſ.* 20. an balneum conveniat her nioſis?

Idem

Idem in *curarum medicarum cur.* 158. hernia feliciter repoſita. *Cur.* 185. hernia mortem ſubitaneam inferens. *Cur.* 321. hernia ſub umbilico. *Cur.* 481. herniæ infelix ſectio. *Cur.* 496. hernia ſectione curata. *Cur.* 568. herniæ remedium ſympatheticum. ALBERTI. V. *pag.* 52.

THEODORUS ZWINGER. V. *pag.* 52.

NICOLAUS le QUIN. Ejus *traité des hernies ou deſcentes.* PARIS 1684. 12.

ANTONIUS le QUIN. Ejus *chirurgien herniaire contenant un nouveau traité des deſcentes des femmes & des filles.* PARIS 1685. 12. 1690. 12. 1698. 12. Opuſculum eſt NICOLAI le QUIN ab ANTONIO nepote recuſum. Laudes bracherii facti ex filis ferreis, quæ aliis BLEGNYANIS ex ferro tuſo fabricatis noſter præfert. Medicamentum P. de CABRIERES paucis profuiſſe. Strangulationis exemplum a tumore duro factæ tunicarum inteſtini, qui tegumentis adhæſerat, & quo ſoluto hernia reponi ſe paſſa eſt. Multæ curationes ab auctore ANTONIO peractæ. Suſpicatur celeberrimus HALLER ex ipſis ANTONII verbis, alium eſſe ab iſto libello NICOLAI, anno 1684. editum.

ROSINUS LENTILIUS. V. *pag.* 54.

JOHANNES MERY in *Mem. de l'Acad. des ſciences* a. 1701. inſignem dedit de hernia diſſertationem. Peritonæum conſtanter produci in proceſſum, qui ſaccus ſit hernialis, & teſtis tunicis adnaſcatur: muſculos abdominis ſuis tendinibus ei ſacco exteriora involucra circumponere: ſæpe adhærere inter ſe peritonæum, omentum & inteſtinum, aut omentum ad teſtem. Fœminam ſervavit, cui partem inteſtini ad aliquot pedes longam amputaverit. Veſicam etiam ſupra os pubis felici eventu compugit. HALLER. V. *pag.* 512.

J. JACOB. HARDER in *apiario* &c. a verme effractum inteſtinum, & tumor in dextro inguine. Sanatum inteſtinum, cum fæces ex hernia exiiſſent. HALLER. V. *pag.* 56.

ANTONIUS NUCK in *adenographia curioſa* &c. de peritonæi diverticulis in fœminis, in quæ inteſtina deſcendebant herniam factura. HALLER. V. *pag.* 56.

CORNELIUS STALPART van der WIEL in *centum & quinquaginta obſervationibus* &c. Hernia inguinis pro bubone inciſa.

Idem in alterius centuriæ prima parte. Hernia umbilicalis congenita. HALLER. V. *pag.* 56.

BARTH. DEUXIVOYE & NIC. de la CARLIERE *E. demoliendo difficili enterocele emeticum.* PARIS 1686. 4. HALLER.

PHILIPP. JACOB. HARTMANN. V. *pag.* 57.

JOSEPHUS COURTIAL. V. *off. morb.*

GUAL-

GUALTHERUS HARIS in *diſſertat. med. diſſ.* XII. de herniis. Operationem habet pro periculoſa. Ex partu difficili ſæpe hernia. HALLER. V. *pag.* 339.

ALEXANDER PFISTER. Ejus diſp. *de hydroſarcocele* &c. BASIL. 1689. 4. HALLER.

CHRISTIANUS VATER. V. *pag.* 414.

Idem porro in diſp. *de gangræna* WITTEBERG. 1693. 4. Hernia ex ſinu pudoris pendens, gangræna omnium viſcerum abdominis, lotium in abdomen effuſum. HALLER.

PETRUS DIONIS in *cours d'operations* &c. jam MARECHALLIUM omentum reſecuiſſe nullo injecto vinculo. Relatio de ano artificiali, per quem inteſtinum patebat. Hydrocelen connatam cedere fomentis vinoſis. Contra vinculum ſacco herniali injiciendum, & contra punctum aureum, niſi una teſtis auferatur: ſaccum ſupra ſpecillum ſulcatum jubet aperiri. Adnatum inteſtinum difficulter ſolvi. Fœminas frequenter pati hernias. In umbilici hernia rumpi peritonæum, non dilatari. HALLER. V. *pag.* 304.

FRIDER. RUYSCH in *obſervat. anatomico-chirurg. obſ.* 98. hernia cyſtica, cui ex terrore juncta bubonocele. ALBERTI.

Idem in *theſauro anatomico* VII. monet, poſſe diverticulum inteſtini in herniam elabi, neque gravia ſymptomata ſupervenire. Hernia ex dilatato facta peritonæo, cui extus vaſa ſpermatica adhærent.

Idem in *adverſariorum &c. decade* II. Turunda in ſcrotum data, & ſuppuratione excitata, ſe hydrocelen funditus ſanatam vidiſſe. Lien in hernia, & uterus gravidus. HALLER. V. *pag.* 63.

ANDREAS PETERMANN. Ejus *de enterocele.* LIPS. 1696. 4. HALLER. V. *obſt. art.*

JEAN PIRRHON de LAUNAI, chirurgus herniarius. Ejus *inſtructions neceſſaires pour ceux qui ſont incommodés de deſcentes.* PARIS 1690. 12. 1730. 8. Relatio de homine ex hernia incarcerata mortuo & inciſo, in quo proceſſus peritonæi exiguus, & portio inteſtini elapſa minima fuit, inteſtinum vero adnatum. De medicamentis P. de CABRIERE: bonum eſſe, ſed ejus uſum obſoleviſſe. De bracheriis, quæ venditat, chalybeis. HALLER.

CHR. MAUR. HOFMAN. Ejus diſp. *de enteroſcheocele.* NORIBERG. 1690. 4. HALLER.

GUSTAV. CASIMIR GAHRLIEP. V. *pag.* 62.

CONRADUS HORLACHER. Ejus *Erörter- und Eröfnung der ohnſchmerzlich und nicht gefährlichen Cur die Brüche ohne das Bruchſchneiden zu heilen.* ULM 1695. 12. Helmontianus homo. Sectionem herniæ crudelem

lem eſſe. Arcano proprio ſe multos hernioſos ſanaſſe, requiri ad id colcothar, ſed rite præparatum. HALLER. V. *venæ ſect.*

BARTHOLOMÆUS SAVIARD in *nouveau recueil* &c. Hernia umbilicalis in puero vinculo injecto ſanata. Herniæ inguinales per inciſionem ſanatæ, & in fœmina inteſtina in labia vulvæ delapſa. In hydrocele prædura cyſtis. HALLER. V. *pag.* 64.

PHILIPPUS BOUTELLIER. Ejus diſp. *de herniis inteſtinalibus & omentalibus.* LEID. 1692. 4. HALLER.

J. BAPT. VERDUC in *traité des operations* &c. cap. 5. de paracenteſi ſcroti in hydrocele. Cap. 6. de operatione exomphali. Cap. 7. de operatione bubonoceles. Cap. 8. de caſtratione.

Idem *pathologie de Chirurgie* &c. cap. 30. de herniis. Cap. 36. de exomphalo. Cap. 38. de hernia ſcrotali. V. *pag.* 305.

PHILIPPUS VERHEYEN in *anatome corporis humani* LOVAN. 1693. 4. hernias habet inguinales, a. 1694. primum viſas. HALLER.

J. PHILIPP. EYSEL. Ejus diſp. *de herniis.* ERFORD. 1697. 4.

Ejus diſp. *de herniæ ſcrotalis gangræna & paſſione iliaca comitibus.* Ibid. 1717. 4. HALLER. V. *paracent. abdom.*

WOUTER SCHOUTEN in *verhandeling* &c. cirſocelen emplaſtro diabotano ceſſiſſe. Moribunda ex hernia incarcerata, alvo ſoluta emollientibus tamen tarde ſanata. HALLER. V. *tumores.*

CHRIST. JOH. LANG in *operibus omnibus* &c. habet diſſertationem de herniis inteſtinalibus & omentalibus. De omphalocele. HALLER. V. *vulnera.*

NICOLAUS BERENGER, medicus. Ejus *celandre ou traité nouveau des deſcentes.* PARIS 1694. 12. 1701. 12. PORTALIUS.

J. VICTOR JÆGERSCHMIDT. V. *pag.* 66.

AUGUSTINUS BELLOSTE. V. *pag.* 68.

DANIEL MARTINI. Ejus diſp. *de enterocele.* LIPS. 1696. 4. HALLER.

FRIDER. HOFMAN in *Medicinæ conſultatoriæ* T. V. de hydrocele aliquoties compuncta, in qua aqua maxima copia renaſcebatur. In T. VII. Hernia inteſtini ilei in veſicæ celluloſam elapſi. HALLER. V. *pag.* 279.

ELIAS CAMERARIUS. V. *pag.* 70.

JACOBUS BEAULIEU. V. *pag.* 513.

BERNARD. SCHIFFERDEGHER (vel BENJ. SCHIEFERDEKER). Ejus diſp. *de herniis.* UTRECHT. 1700. 4. HALLER.

ALEXIUS LITTRE. V. *pag.* 73.

Traité des hernies des hommes, des femmes & des petits enfans, avec la maniere de les guerir; tr. des maladies après l'accouchement. LYON 1701. 12. HALLER.

POLY-

Polycarp. Gottlieb Schacher. Ejus & Friderici diſp. *de morbis a mutato ſitu inteſtinorum.* Lips. 1721. 4. Bona diſputatio. Inteſtini per abdominis vulnus elapſi hiſtoria; ani prolapſus, hernia. Enormis hernia ſcrotalis. Repoſitio herniæ, tentata homine capiti impoſito.

Ejus *progr. de epiplocele prægrandi.* Ibid. 1734. 4. Haller.

Richardus Mead in *morbis biblicis* London 1749. 8. aliqua habet chirurgici argumenti de herniis. Haller. V. *morſ. anim. venen.*

In *hiſtoria morb. Vratiſlav.* V. *pag.* 75.

J. Matth. Müller in *Eph. Nat. Cur. cent. VIII. obſ.* 31. enormis hernia, in quam inteſtina pene omnia effuſa. Haller. V. *vuln. capit.*

J. Philipp. Nenter in *phyſiologia* &c. de hernia ad initium ligamentorum teretium agit, quæ per graviditatem evaneſcens a partu redierit. Haller. V. *veſicat.*

J. Ludov. Petit in *traité des maladies* &c. T. II. agit de herniis. Herniæ ventrales, etiam per fibras muſculi tranſverſi. Peritonæum vulneratum nunquam coaleſcere. Coli partem & ventriculi Petitus in thoracem vidit migraſſe, ipſas per tendineas tranſverſi ſepti fibras, rupto peritonæo & pleura rupta. In alio exemplo peritonæum integrum cum parte ventriculi & inteſtinorum in pectus adſcenderat. Quando aqua in hernia effuſa eſt, minor eſt gangrænæ metus, major quando inteſtinum ſolum elabitur. Vetuſtæ herniæ non increſcunt. Nunquam vidit noſter peritonæum ruptum fuiſſe. Ut bubo, & hernia, & abſceſſus confundantur: & ſigna veræ herniæ. Omentum elapſum etiam perito chirurgo imponere poſſe. Exempla inteſtini gangrænoſi, aperti, curati: exempla herniæ ex magna frigidæ copia ſuperfuſa repoſitæ. Herniæ, quam vocant, operationem vix feliciter ſuccedere, niſi inteſtinum incarceratum fuerit. Plerumque annulo illæſo hernia reponi poteſt, idque nunquam oportet non tentare. Repoſitio herniæ abſque ſacci inciſione, dudum a Petito inventa: etſi fatetur, non ſemper ſpei reſpondere. Annulum fruſtra ſcarificari. Vetuſtum ſaccum craſſum ſæpe reddi, in cancrum abire poſſe, & reſecari debere. Inteſtinum ad teſtem nunquam adhærere, qui extra ſaccum ſit (præter herniam congenitam noſtro ignoratam). Eſſe ubi præſtet herniam non reponere. Hernia veſicæ: ejus ſigna: vix vomunt ægri, ſed urina ſupprimitur. Hydrocele: debere eam bene diſtingui, in qua aqua in celluloſam telam effunditur. Hernia varicoſa. Sarcocele varia: gelatina etiam duro involucro contineri poteſt. Ita Haller. V. *pag.* 76.

Christ. Michael Adolphus. V. *pag.* 76.

J. B. Morgagni. V *pag.* 77.

J. G. Verpoorten. Ejus diſp. *de ramice.* Leid. 1706. 4. Haller.

JACOBUS DOUGLAS magnum de herniis opus molitus erat, figuris ornatum, & partibus corporis ægrotorum ſiccatis ſuperſtructum, quarum aliquas ſe vidiſſe teſtatur celeberrimus HALLER. Verum virum optime meritum morbus catarrhalis magno cum rei medicæ damno abripuit. HALLER. V. *pag.* 515.

FRANÇOIS GIGOT de la PEYRONIE. V. *pag.* 78.

HERM. FRIDER. TEICHMEYER. Ejus diſp. *de exomphalo inflammato, exulcerato & poſtea conſolidato.* JEN. 1738. 4. recuſa in HALLERI *collectione.* Rara felicitate ſuperata herniæ umbilicalis pericula. HALLER. V. *pag.* 607.

LUD. FRID. JACOBI. Ejus diſp. *de entero & epiplocele utriusque ſexus eorumque non ita pridem invento enemate commodiſſimo.* ERFORD. 1712. 4. HALLER. V. *ocul. morb.*

RAPHAEL MORENO in *Galeria di Minerva* a. 1708. aliqua de ſtatu artis medicæ, quæ CAIRI exercetur; de hernia umbilicali, & modo inſolente ejus reponendæ, torto in gyrum digito. HALLER.

ANDREAS OTTOM. GOELICKE. Ejus diſp. *de ileo ex hernia.* FRANCOF. ad VIADR. 1735. 4.

Ejus *de hernia femorali.* Ibid. 1740. 4. HALLER. V. *lites chirurg.*

JOH. PALFYN in *anatomie du corps humain* &c. de omphalocele, in qua media pars coli in herniam ſubierat, libera manſerat, quam PALFYNIO BIDLOUS oſtendit. Mors ex hæmorrhagia, cum omentum absque vinculo reſectum eſſet. HALLER. V. *pag.* 306.

LAURENTIUS HEISTER. Ejus diſp. *de entero & oſcheocele.* ALTDORF 1713. 4.

Idem in *Chirurgiæ* &c. Parte II. cap. 114. &c. de herniis.

Ejus diſp. *de hernia incarcerata ſuppurata ſæpe non lethali.* HELMSTADT 1738. 4. & in HALLERI *ſelectis.* Exemplum ſubito ex decubitu natæ herniæ ventralis. Gravis herniæ incarceratæ & ſuppuratæ felix exemplum. De inteſtinis a lumbricis perforatis; de incarceratis appendicibus minimis. Inciſio fœminæ ex gangrænoſa hernia mortuæ.

Ejus *de hydrocele.* Ibid. 1744. 4. & in HALLERI *ſelectis.* Signa mali: Ab hernia frequentes colici dolores oriri ſolent, & vomitus: hydrocele fere indolens eſt. Nullas dari hernias ventoſas, & quæ habentur pro eo malo, eſſe veras hernias inteſtinales, utiliter monet. Puerorum hydrocele ſæpe medicamentis poteſt ſuperari. Curatio chirurgica utraque; neceſſe eſſe ſcroti interiorem tunicam totam in pus verti; exemplum curatæ per cauſticum medicamentum hydroceles, quæ curatio male a GARENGEOTO rejecta ſit. Deinde curatio RUYSCHIANA, turunda in inciſum ſcrotum data, inuncta cathæretico. Non ſemper in ſiniſtro latere ſedem habere.

Ejus

Ejus & HESSE diſp. *de hernia carnoſa ſ. vulgo ſarcocele dicta*. Ibid. 1754. 4. & in HALLERI *ſelectis*. Ut ab hydrocele & ab enterocele diſtinguatur. Curatio chirurgica per exempla. Funiculum ſpermaticum lino intercipit, teſtem excidit: in alio maximus in meſenterio purulentus tumor mortem intulit.

Idem in *Eph. Nat. Cur.* obſervationes aliquas de herniis habet.

Idem porro in *mediciniſch chirurgiſch* &c. de herniæ incarceratæ funeſta inciſione. Hydrocele funditus ſanata, toto ſcroto aperto. Sarcocele ablata. HALLER. V. *pag.* 82.

In *bibliotheca anatomica* &c. hernia vetuſta in abſceſſum ſeptem orificiis patentem abiit, tamen ſanata. Sic inteſtinum in hernia ruptum. Hernia ventralis maxima, in quam uterus & fœtus elapſus, tamen peperit. Hydrocele ſub darto, ſanata ſcroto fiſſo carpto repleto. HALLER. V. *pag.* 84.

ANTONIUS DEIDIER in *conſultations* &c. etiam de hernia ventrali. HALLER. V. *tumores*.

ENGELBERTUS KÆMPFER. V. *pag.* 84.

GUILIELMUS CHESELDEN in *anatomy* &c. iconem dedit exomphali indeque nati ani ſecundarii; hernioſi curati aperto ventre, ut inteſtinum reponeretur; vincti omenti, ſcroti enormiter tumidi. In editione a. 1741. acceſſerunt etiam de herniis novæ obſervationes. Reſecta parte inteſtini gangrænoſa, felix anus artificialis. Cum homo inter caſtrationem ſe jactitaret, elapſus proceſſus, & ſola vaſa ſpermatica ligata fuerunt, adeo feliciter, ut porro noſter eo vinculo in ratione curandi uſus ſit. In hernia abdomen incidit, inteſtinum retraxit, gaſtroraphiam fecit.

Idem in *oſteographia* &c. vidiſſe ſe ſub ligamento POUPARTI, herniam, cum ſuſpicione inteſtinum in ea contineri. HALLER. V. *pag.* 86.

Idem porro in *obſervations and a ſett of inſtruments* &c. inſtrumenta ad ſaccum hernialem. Pingit ſaccum hernialem a vaginali diſtinctum, alias id ſeptum ruptum: inteſtinum negat intra vaginalem tunicam reperiri: ſaccum ex morbo putat naſci, ut in aneuryſmate. HALLER. V. *inſtrum. chirurg.*

JOHANNES FANTONUS. V. *pag.* 87.

JOH. SALZMANNUS. Ejus diſp. *de hernia veſicæ urinariæ*. ARGENT. 1732. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis*. De modo quo poſſit veſica ſua de ſede elabi. Herniæ ab ictu ſubito natæ exemplum. HALLER. V. *pag.* 87.

J. BAPTISTA BIANCHI. V. *obſt. art.*

Martin Gotthelf Loescher. Ejus diſp. *de curatione herniarum chirurgica.* Witteberg. 1728. 4. Haller. V. *pag.* 475.

J. Jac. Grambs in *Comm. Litt. Nor.* T. I. retulit de curatione ſympathetica herniæ infeliciter tentata. Haller.

Hieronymus Laub. V. *pag.* 88.

J. P. Wagret in *obſervations de Medecine* &c. Hernia incarcerata ſanata. Haller. V. *pag.* 89.

Johannes Freind. V. *pag.* 90.

Guilielmus Mauquest. V. *pag.* 90.

Henr. Bass. V. *pag.* 90.

Patrik Blair in *miſcellaneous* &c. *Ep.* X. exemplum etiam curatæ hydroceles. Haller. V. *pag.* 91.

Georg. Clacius in *chirurgiſch-practiſche Anmerkungen* &c. herniam ventoſam jubet aperire, periculoſo conſilio, cum flatus ipſo inteſtino contineatur. Ita Haller. V. *pag.* 91.

Franciscus Wiedeman in *Bericht von Stein auch Brüche zu ſchneiden* &c. ut absque caſtratione hernia manu curetur, quæ adminiſtratio eo tempore novitatem habebat. Haller. V. *pag.* 92.

J. Adam Morasch in *Eph. Nat. Cur. cent. X. obſ.* 57. retulit de hernia in oſſeam duritiem tranſeunte. Haller. V. *vuln. capit.*

Michael Ludovicus Reneaulme de la Garanne. Ejus *eſſai d'un traité des hernies nommées deſcentes*.... (puto Paris 1725. vel 1726. 8.) Belgice ... 1729. 8. quæ fuerat theſis; nunc aucta. Variæ herniæ; ſcirrhus enormis abdominis viſcera comprimens, auctor volvuli. A nucleis ceraſorum & prunorum congeſtis volvulus. A duriſſimis fæcibus collectis funeſta abdominis inflammatio. Herniæ in quibus appendix inteſtini elabitur. In adhærente hernia commendat vinculum ſuſpenſorium. Bracheria, in quibus pilæ loco charta emporetica (*carton*). Inteſtinum facilius reduci, quando æger in latus ab hernia liberum decumbit, tum corpore prono & quadrupede. Periiſſe ex hernia quem faciebant hypochondriacum. Subitas hernias rupto fieri peritonæo. Solam chartam maſticatam ad compreſſionem convenire. Punctum aureum a perito homine adminiſtratum tamen inutile fuiſſe. Haller. V. *pag.* 637.

Samuel Steurlin. V. *pag.* 92.

J. Christoph. Sproegel. V. *pag.* 92.

J. Rudolph. Zwinger. V. *pag.* 93.

Renatus Jacob. Cres. Garengeot in *traité des operations* &c. hernias a magnis venæ ſectionibus ſæpe ſponte evaneſcere relapſis in ordinem inteſtinis. Super ſpecillum ſulcatum & alatum annulum dilatat. Turundas fere rejicit. Ut hernia incidatur laminæ celluloſæ peritonæo circumpoſitæ ſurſum incidantur. Petitum ſaccum non aperire, ſed contra ſentire, niſi in

recenti

recenti malo, ubi ſaccus totus poteſt reponi laxato annulo. Vidit involucris miſtum teſtem. MERY turunda utitur. Hernia umbilicalis, in qua colon inteſtinum partim liberum partim compreſſum. Mors ab ileo in colon adacto. Contra balneorum uſum. De hernia femorali in fœminis frequentiori. Hydrocele varia. In anaſarca teſtis aquis miſtus.

Idem in *Memoires de l'Acad. de Chirurg.* T. I. a. 1743. egit de herniis rarioribus cruralibus, de hernia ventriculi per ſpatium carnibus nudum pone enſiformem appendiculam elapſi. De hernia inteſtini in vaginam excidentis, & de hernia per foramen ovale, cujus aliquot adfert exempla. HALLER. V. *pag.* 306.

FRANC. RONCALLUS PAROLINUS in *Europæ medicina* &c. de hydrocele in provincia Narbonenſi. Frigida ſanata inteſtini incarceratio. HALLER. V. *pag.* 93.

MARTINUS SCHURIG in *chylologia* DRESD. 1725. 4. agit etiam de herniis: de herniis incarceratis ſanatis, fæcibus alvinis per umbilicum exeuntibus, ano artificiali parato. HALLER. V. *pag.* 307.

J. ZACHARIAS PLATNER. Ejus diſp. *de hydrocele.* LIPS. 1745. 4. Herniarum antiquitates. Hydrocele varia, ſcroti hydrops. Exemplum inflammati ex contuſione teſtis. Radicalem curationem periculoſam eſſe, ſucceſſiſſe tamen.

Idem in *Act. Eruditor. a.* 1729. deſcribit herniotomum le DRANII. Ita HALLER. V. *pag.* 94.

J. HENR. FREYTAG. Ejus diſp. *de oſcheo-entero & bubonocele Helvetiæ morbis frequentibus.* ARGENTOR. 1721. 4. Patris ſui curationes aliquas recenſet. HALLER. V. *ocul. morb.*

THEBESIUS. V. *pag.* 95.

SALVATOR FRANCISCUS MORAND in *opuſcules de Chirurgie* &c. ſæpiſſime ſe hernias incarceratas curaſſe, quod continuo ad ſecandum accederet. Noxæ palpitationis. Rupti inteſtini caſus varii, felices, infelices. Se bono eventu caſtraſſe: funiculum ſpermaticum tamen ligari debere. Hydrocele ſerie fruſtorum lapidis infernalis curata. HALLER. V. *pag.* 95.

ANTONIUS BENEVOLI. Ejus *diſſertazioni ſopra l'origine dell' ernia inteſtinale, ed intorno alle piu frequenti ragioni dell' iſchuria ſopra il leucoma … aggiuntevi quaranta oſſervazioni.* FIRENZA 1747. 4. Belgice *heelkonſtige Warneemingen* cum notis J. BERNARDI SANDYFORD, HAAG. 1770. 8. Herniarum veram cauſam eſſe in laxitate meſenterii, inteſtina minus firmiter ſuſtinentis, cujus reſtitutio caput ſit rei. Sola perite ſanatæ herniæ. In hernioſo veſica gangrænoſa inciſa, tamen ſanata: ſic alia hernia, cum ſtercus prodiret, repoſita veſica. Contra cauſtica. Dura cicatrix in inteſtino per herniam incarceratam rupta & ſanata. Recidivus morbus poſt inteſtini incarcera-

ti reſtitutionem. In parva hernia ſaccum ligari poſſe. In adnotationibus ubique favet curationi mitiſſimæ. Varias non vulgares habet curationes. Gangrænam inteſtini recti curavit, de quo pars non modica tunicæ internæ deceſſit: confirmat ſalutarem effectum purulenti lotii in abſceſſibus internis: veſicam urinariam bis vidit per herniam inguinalem elabi: herniam curari vidit, cum repoſito inteſtino inflammatio ſubnata fuiſſet: ſola faſcia maximam herniam ſanavit, & rachiticos infantes ente veneris. HALLER. V. *ocul. morb.*

BURCHARD DAVID MAUCHART, Profeſſor Tubingenſis, diſcipulus WOOLHOUSII, medicus ocularius, & in iis morbis plurimum expertus. Numeroſas & doctas ſcripſit diſputationes. Ejus diſp. præſide ELIA CAMERARIO *de hernia incarcerata nova encheireſi extricata.* TUBING 1722. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis.* Delineatio herniæ PARISIIS parata, cum fuſa deſcriptione. Contra rupturam peritonæi, ſacci hernialis fibræ ab obliqui externi muſculi tendinis expanſione natæ. Cum hernia caſtratione tentaretur, erat hydrocele. In ſiniſtro latere frequentius colon prolabi. Annulum nimis amplum ſcarificandum. Non tuto poſſe ſaccum integrum reponi. Scarificationem ſacci laudat.

Ejus *de epiploenterocele crurali incarcerata, ſphacelata, cum deperditione notabili ſubſtantiæ inteſtini ſponte ſeparati feliciter curata, alvo naturali reſtituta.* Ibid. 1748. 4. Memorabilis curatio. Coaleſcentia inteſtina anguſtiora reddit, etiam in cane. HALLER.

GIROLAMO MARINI. V. *pag.* 307.

J. HERM. FÜRSTENAU. V. *pag.* 98.

FARCY in *Hiſt. de l'Acad. des ſciences* 1723. in hernia incarcerata oſſicula reperit ovilla, cum inteſtinum incidiſſet; inteſtinum, cujus pars non exigua perierat, clauſum eſt & coaluit. Eam felicitatem perpetuam fore celebris chirurgus ſperavit, modica acu per meſenterium trajecta, confirmato inteſtino. HALLER.

In *Breslauer Samml.* V. *pag.* 101.

R. H. (ROBERTUS HOUSTOUN). Ejus *the hiſtory of ruptures and rupture cures occaſioned by a letter on a never failing way of curing ruptures, with a genuine recept of the ſecret and a famous ſtyptic.* LONDON 1726. 8. D. SCHAW a Germanis habuerat curationis herniæ artificium, antiquum ſed renovatum, ut vitrioli oleo dura cicatrix procuratur, quæ herniam coerceret. Cl. SCHAW imitatus eſt T. BOWLES, hunc THOMAS RENTON, qui a GEORGIO I. pro revelando arcano 5000. libras ſt. & annuas libras 500. obtinuit. Noſter demonſtrat rem dudum notam eſſe, ab ipſo retro LEONIDE, & plurimos locos auctorum eo ſpectantes collegit. Idem arcanum medicus nomine LITTLE JOHN claſſi regiæ obtulit, ſed res neglecta eſt. Inteſtinum ab herniotomo apertum. Mors a medicamento cauſtico. Saccum

her-

hernialem ſæpe inteſtinum ſtrangulare. De vi medica & chirurgica ſymphyti. HALLER.

CHRISTOPH. JACOB. TREW in *Commercio Litterario Norico ann.* 1735. *N.* 12. hernia umbilicalis, tumor una cum inteſtinis temere reſectus. *Ann.* 1736. *h.* 42. de hernia umbilicali congenita, ſ. defectu tegumentorum abdominis.

Idem in *Eph. Nat. Cur. Vol.* II. *obſ.* 27. de hernia colica ſpaſmodica diſcuſſa. HALLER. V. *vuln. capit.*

CHABERT in *obſervations de Chirurgie* &c. De hydrocele conſtanti effectu cauſticis curata. Vetuſta hydrocele cyſtica ſanata. Hernia incarcerata cum metu gangrænæ ſanata in calculoſo. Gravis in hydrocele caſus curatio. HALLER. V. *pag.* 758.

J. STORCH. V. *pag.* 98.

HENR. ALBERT. NICOLAI in *decade obſervationum* &c. de hydrocele inter vaginalem tunicam & albugineam, hanc cartilagineam. HALLER. V. *pag.* 100.

AUGUSTINUS FRID. WALTHER, natus WITTEBERGÆ, Profeſſor Lipſienſis, vir eruditus & inciſor (obiit ann. 1746. 12. Oct. æt. 58.), retulit in *Act. Erudit. Lipſ.* 1725. de ſarcocele, ſeu tumore totius membri genitalis vaſtiſſimo: teſtis tophoſus erat, ejusque propria caro deſtructa.

Ejus progr. *de enteroſarcocele* LIPS. 1737. 4. ad alium tamen ægrotum factum. Exſtat etiam in *Act. Erud.* 1738. Annuli pars ſuperior præcraſſa ex tribus abdominis muſculis facta: in herniam elapſum ileon, colon membranæ ſacci hernialis adnatum. Peritonæum valvulam faciebat, quæ repoſitioni obſtaret HALLER.

J. SERMES in *lithotomia* &c. herniæ curandæ methodum didicit a FRANKS operatore in Ruſſico exercitu. Caput rei eſt ſaccum hernialem ligare. Bracheria eſſe infida, inteſtinum non facile adnaſci, ſaccum utique teſti adhæreſcere. Acceſſit Ill. SCHWENKII hiſtoria adminiſtrationis herniæ ab ipſo peractæ. HALLER. V. *pag.* 523.

JOHANNES v. WYCK in *waarneeminge* &c. in BELGIO minus frequenter herniæ curationem chirurgicam exerceri, quæ alioquin fere inutilis ſit, potiſſimum quando gangræna acceſſit. HALLER. V. *pag.* 101.

CATHERINE BOLES *an anſwer to a book entitled the hiſtory of ruptures and rupture curers by* D. ROBERT HOUSTOUN, LONDON 1726. 8. Ipſa medicamentum mariti adminiſtraverat, ipſa etiam manu curaverat. Optimum bracheriorum eſſe, quod vocat *flanel-bandage.* Cauſticum medicamentum ſe viginti quatuor horis a reductione imponere: umbilico tamen continens emplaſtrum potius adhibet. Quando delapſa eſt eſchara, argenteo ſe cau-

cauſtico uti: ſemel vitrioli oleo, quod minus tutum ſit. Hydrocelen ſe etiam curare ſcroto diu aperto ſervato. Alcalina cauſtica & alia in HOUSTOUNIANA formula carpit. Arcanum Regi offert. Contra LITTLEJOHNIUM, ejuſdem arcani venditorem. HALLER.

DANIEL KOCH. Ejus diſp. *de hernia crurali.* ARGENTOR. 1726. 4. In medico, funeſta cum ſerius repoſitæ gangræna ſuperveniret. A ruptura ſubito nata. HALLER.

SAMUEL. THEOD. QUELMALZ. Ejus progr. *de ileo ex hernia eaque cum inteſtino ſuppurata.* LIPS. 1750. 4. HALLER. V. *pag.* 308.

ANDR. ELIAS BÜCHNER. Ejus & HARNISCH diſp. *de graviſſima herniarum ſpecie enteroepiplocele.* HALÆ 1749. 4. HALLER. V. *pag.* 479.

J. HENR. SCHULZE. V. *pag.* 102.

ANDRE' JOSEPH. LORIN *lettre d'avis pour la gueriſon de l'hernie ou deſcente.* PARIS 1727. 12. HALLER.

J. GEORG. BREBIS. V. *pag.* 102.

In *the practical* &c. V. *pag.* 103.

HENRICUS FRANC. le DRAN in *obſervations de Chirurgie* &c. de crurali hernia: fruſtranea proſtratio a RENFALMIO commendata: non ligamentum ſtrangulationis cauſa fuerat, ſed aditus ſacci a pila compreſſus. In crurali hernia ſaccum poſſe ligari. Sæpe ab ipſo ſacco eſſe ſtrangulationem. Alias noſter ſaccum aperuit, aquam corruptam emiſit; ſanavit aliquoties inteſtinum gangræna tactum. Duplicem vidit ſtrangulationem, & ab vinculo, & a ſacco: anus inde artificialis cum gangræna inteſtinum corrupiſſet. Herniæ ventrales aliquæ, & in iis corruptus ventriculus. Sarcocele aliquoties feliciter curata, ſed mortes a funiculo ſuper annulum varicoſo & craſſiori. Sæpe teſtem innocentem excidi, & tumorem extus adnatum. Scalpellum herniarum cultello (nimis debili) alterne flexo, & de ſulcato ſpecillo exeunte, cui alæ ſunt, ne inteſtina alvinæve partes lædantur. Si ſanum fuerit inteſtinum, poſſe ſaccum integrum per dilatatum annulum reponi, etſi non multum ab hac adminiſtratione noſter ſperat. Fungum ab inciſione ſuperſtitem aqua mercuriali conſumſit. Ab exigua parte inteſtini ſtrangulata perinde maxima ſymptomata. Omentum tamen ligat, ſed monet ne in gangrænæ ſede ligetur. Saccus hernialis aqua plenus. HALLER. V. *pag.* 103.

Idem porro in *traité des operations* &c. multum butyri & olei uſum utique ad herniam diſponere. Annulus in vetuſta hernia latus eſt. Hernias ventrales potuiſſe compreſſione ſanari. Ventriculum in ea poſſe incarcerari. Abdomen ſuper ſpecillum ſulcatum incidit: ſaccus vetuſtus craſſus eſt, nuperus tenuis & prudenter debet aperiri. Annulus non incidendus, niſi neceſſitas urgeat. Omentum adhærens ſibi relinqui poteſt, gangrænoſum noſter ligat, idque elapſum inteſtinum defendit, quod ſolum elapſum confeſtim in gan-

gangrænam abit. Adhæſio partium ſacco herniali contentarum repoſitionem non impedit: adhibet eo in caſu emollientia. Omenti in hernia non multum neceſſe eſſe reſecare. Si elapſum fuerit viſcus, fere vulnus dilatat. Suturam multarum anſarum deſcribit, qua utitur, ſi inteſtinum fuerit inciſum. Si multa pars inteſtini amiſſa eſt, adſuit vulneris labio. Gaſtroraphia non opus eſſe, niſi in vaſtiſſimo vulnere. Caſtrandi ratio ea, qua ſola ligatur arteria: funiculi ſpermatici morbi. Si tumor funiculi ſupra annulum aſcenderit, funiculum reſecat. Hydroceles variæ ſpecies. In radicali curatione ſcrotum findit & cyſtidem, & unam ſcroti partem amputat. Hydrocele cum hernia conjuncta difficulter adgnoſcitur. Hernia veſicæ fere cum inteſtinali & omentali conjungitur. Non eſt in ſacco. Fœminis hernia omenti frequentior, in ea fere craſſa inteſtina: in adminiſtratione facile arteria epigaſtrica læditur. HALLER. V. *pag.* 308.

J. FRID. PAUER. V. *pag.* 104.

J. CAR. ROST. V. *pag.* 104.

J. HUXHAM in *Phil. Tranſ. n.* 459. hernia incarcerata funeſta: inteſtina flatu diſtentiſſima. Nocuiſſe calidos fotus. V. *pag.* 481.

ABRAHAM TITSINGH in *ruſtuuren* &c. de hernia incarcerata tertio die ſanata, alias die nono. In hernioſis noſter vidit omentum induratum ſacco herniæ & vaſis ſpermaticis adcreviſſe. Spongia in veſica ſuilla fomentum in hernia optimum. HALLER. V. *pag.* 106.

HENRICUS VYLHOORN in HEISTERI *inſtitutionibus* &c. ex hernia femorali frequentiores ſibi ægrotos interire. Umbilicales hernias ſæpe inſanabiles eſſe, omentum repoſitionem impedire, debere duplici circulari lamina comprimi. Herniam ventralem ab ignaro chirurgo apertam fuiſſe, & una inteſtinum. Enormium herniarum exempla, cum ampliſſimo annuli hiatu: eſſe in quibus æger repoſita inteſtina ferre nequeat. Quibus in herniam ſit elapſa inteſtini appendix, eos ea per gangrænam deſtructa commodius habere. Ad bracheria præfert laminas chalybeas frigide malleo percuſſas. Sacco ligato, ut SERMES ſit ſolitus, hernias facile recruduiſſe. Omentum craſſum reſecari debere, id ni fiat ægros a repoſitione deterius habere. Pro frigido fotu & pro maturanda inciſione. Embrocha inutilis. Hydrocele ab equitatione ſoluta. Exemplum hæmatoceles. In hydrocele infantibus acus triquetra. Plenæ curationis modus: periculoſius inciditur, quando acu ſæpius jam eſt perforata. Dextrum teſtem frequentius indurari, ejus tumores periculo plenos eſſe. A caſtitate ſarcocele. Emplaſtrum HEISTERI nocere ob admiſtum adipem Quæ teſtem ambeunt ea vix indureſcere, quin & ipſe corruptus ſit. HALLER. V. *pag.* 106.

PAULUS GOTTLIEB WERLHOF in *Comm. Litt. Nor.* 1734. h. I. refert de feliciter morti ereptis in hernia incarcerata per ſectionem ægrotis. HALLER. V. *pag.* 781.

CLAUDIUS AMYAND in *Phil. Tranſ. n.* 450. bubonocelen cum fæcum vomitu incarceratam incidit, quam omentum fecerat, quo in abdomen repoſito malum ſublatum eſt: & in univerſum omenti in ſymptomatibus herniæ ſupervenientibus, magnas putat partes eſſe. HALLER. V. *pag.* 759.

J. SEBAST. ALBRECHT. V. *pag.* 107.

J. DANIEL SCHLICHTING in *nieuw hervormde examen* &c. peritonæum in hernia etiam ſubito rumpi. HALLER. V. *pag.* 582.

JAC. JAMIESON. V. *pag.* 109.

ROBERT LEWIS. V. *pag.* 109.

COLLIN, chirurgus, in *Mercure de France* 1733. *Jun.* contra GARENGEOTUM dicit, pro turundarum in herniis uſu. HALLER.

NIC. ROSEN von ROSENSTEIN. V. *obſt. art.*

ALEXANDER MONRO in *Actis Edinburgenſibus n.* 20. integram diſſ. de hernia inguinali: de ſacco herniali intra cremaſterem prolapſo & extra. Ut celluloſa tela diſtracta dureſcat. Signa herniæ ab appendice inteſtini factæ. Fotus laxantes non convenire, quoties aër inteſtinum diſtendit. Eſſe ubi viſcera nullo ſacco contineantur. Si viſcera adhæſerint, præſtare ſaccum ſuo loco relinquere, dum annulus dilatetur. Num neceſſe ſit omentum ligare, noſter dubius eſt. Pilas bracheriorum non probat; ita neque curationem per cauſtica.

Idem ibid. *n.* 21. de hydrocele, ſarcocele, aliisque ſpuriis herniis. Diſtinguit anaſarcam ſcroti: & funiculi, & hydropem, in quo aqua inter teſtem & vaginalem tunicam effuſa eſt. De curatione radicali, quæ fit cauſtico lapide, & ſæpe recte ſuccedit. Pneumatocele ab emphyſemate. Caſtratio in ſarcocele, & ejus funeſtum exemplum. HALLER. V. *pag.* 110.

JOHN ATKINS. V. *pag.* 111.

ALBERTUS de HALLER. V. *pag.* 112.

CLAUD. NIC. le CAT in *Phil. Tranſ. n.* 460. ex ſuppuratione herniæ anus ſecundarius, inteſtinum quaſi bipartitum, inverſum, mira facie, quam noſter arte eſt imitatus.

Idem ibid. in *Vol.* XLVII. herniam vidit a rupto peritonæo natam, ut tamen ſuum ſaccum haberet: aliam ſacco duplici: hernioſum etiam ductum congenitum. De hernia fœminæ, in qua bona pars ilei inteſtini inter ſtrangulationem & anum inutilis fuit.

Idem ibid. in *Vol.* LVII. de hernia incarcerata cum aquæ effuſione conjuncta & funeſta. HALLER. V. *pag.* 529.

LAURENTIUS PEREYRA de ROCA, Luſitanus. Ejus eſt *obſervaçao cirurgica caſo uno ſo raro mas unico de humana hernia caſualmente diſcubierta animoſamente extraida e felizemente curada.* LISBON. 1735. 4. HALLER.

CAROL.

CAROL. FRIDER. KALTSCHMIDT. Ejus diſp. de *ileo in hernia incarcerata gangræna affecto, ægra tamen ſuperſtite.* JEN. 1747. 4.

Ejus *de neceſſitate exſtirpationis chirurgicæ herniarum ſpuriarum majorum inguinis, hydroceles & ſarcoceles, vel hydroſarcoceles.* Ibid. 1749. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis.* Monet ne aliud præter cultrum auxilium exſpectetur.

Ejus *de hernia exulcerata incarcerata cum veſica, ita ut fœces, & urina ex rupto perinæo profluerent, ægro per 17. annos conſervato.* Ibid. 1751. 4.

Ejus *de inteſtino in hernia incarcerata a chirurgo incaute læſo.* Ibid. 1759. 4.

Ejus *de herniis, ſpeciatim oſcheocele.* Ibid. 1762. 4.

Ejus *de caſu herniæ incarceratæ.* Ibid. 1769. 4.

Idem in *Eph. Nat. Cur. Vol.* IX. *obſ.* 3. ileon inteſtinum in hernia incarceratum, gangrænoſum, hactenus reſtitutum, ut fiſtula remaneret. *Obſ.* 4. ileon inteſtinum a congeſtis meſpilis ruptum. HALLER. V. *vuln.*

J. G. ANDREAS DIETERICHS, chirurgus, in *Commerc. Litt. Nor.* 1735. *n.* 9. de hernia umbilicali congenita. HALLER.

J. CHRISTOPH POHL. Ejus diſp. *de herniis & in ſpecie de ſarcocele.* LIPS. 1739. 4. Exemplum hominis ab eo malo enecti, ex contuſo teſte nato. HALLER. V. *tumor.*

WILLIAM COOKESLEY. V. *pag.* 115.

CAR. WILH. SACHS in *Satyris Sileſiacis ſpec.* IV. a. 1737. de placentis lini in hernia reſolvenda utilibus. HALLER. V. *pag.* 162.

JUSTUS GODOFR. GUNZ. Ejus *obſervationes anatomico-chirurgicæ de herniis.* LIPS. 1744. 4. Novas herniarum ſpecies proponit, in GALLIA nuper dictas, ad vaginam, per foramen ovale. Multa contra GARENGEOTUM. In curationibus brevis eſt. Herniæ ventriculi exemplum. Hernia ventriculi, quam inciſurum chirurgum medicus continuit, reperiri apud PAULUM BARBETTE, neque eo videri hernias referri debere, quas GARENGEOTUS dixit. Putare ſe ejusmodi herniam vidiſſe & ſanaſſe. Ventrales hernias nonnunquam cum umbilicali conjungi: eas facile ſanari. Tria exempla herniarum incarceratarum ab HÆNELIO communicata, ſanatæ unum, tertium funeſtum, cum inteſtinum gangræna eſſet vitiatum. Vidiſſe ſe herniam in ſeptuagenario fomentis ſanatam. HÆNELII peſſus ex ſpongia factus &c. Ab epigaſtrica arteria in herniæ femoralis curatione inciſa duæ mortes. Ideo ſcalpellus introrſum dirigendus. In ſenibus ea hernia frequentior eſt & rigidior tendo. Per foramen ovale herniam vidit le MAIRE & aliquoties CASSEBOHM, quæ iter vaſorum obturatoriorum ſequebatur. Arduam eſſe eam operationem & periculoſam. Omentum potius in ſphacelum abire, quam inflammari, facile adhæreſcere, ſcirrhoſum non abſque

inciſione poſſe reduci. Ne in fœminis quidem herniæ inguinales raræ ſunt. Rarius a ruptura herniam fieri, ab ictu frequentius. Eſſe ubi introitus ſacci hernialis anguſtiſſimus ſit, ut ab eo incarceratio fiat. WINSLOWI proſtrationem deridet. Solas immobiles hernias ſcalpellum deſiderare. Si fieri poſſit, ſaccus ligandus, non tamen reponendus.

Ejus *de enteroepiplocele obſervatio.* LIPS. 1749. 4. Minuta deſcriptio morbi. Omentum erat elapſum, cum ſolum inteſtinum exſpectaretur: in ipſo velamento vaſorum ſpermaticorum appendix inteſtini deſcenderat: herniæ ſacco obliquus externus muſculus fibras tendineas circumjecerat. HALLER. V. *pag.* 532.

ZACHARIAS VOGEL, chirurgus Lubecenſis, gratioſus & multa expertus, HALLERI olim amicus (obiit a. 1772. 18. April. æt. 64.). Ejus *Abhandlung aller Arten von Brüchen, auch wie die Herniotomia ohne Caſtration zu verrichten, mit einer Vorrede* J. G. WAGNERS, LIPS. 1737. 8. 1746. 8. quæ editio aucta eſt. GLOGAU 1769. 8. Belgice UTRECHT 1743. 8. LAMBERG. Gallos diligenter legit, aliosque nuperos, inque arte ipſe verſatus eſt. De faſciis fuſe: de herniis, quæ ſpuriæ dicuntur; ventrali, ſarcocele, hydrocele &c. hernia per magnum foramen, adve vaginam. De operatione bubonoceles, quam nollet noſter valde reformidari; neque caſtrationem putat eſſe neceſſariam. Saccum vincit, quando inteſtina repoſuit. GUNZIUM paſſim refutat. De hernia gangrænoſa. Omentum gangrænoſum non neceſſe eſſe ligari. Gangrænoſum inteſtinum perſanatum. Ex ſaltu epiplocele, omentum inflammatum, ſuperfluum reſecuit, ſanum feliciter ligavit. Apertus cum eſſet annulus, ſaccus tamen gangrænoſus fuit. Novas GARENGEOTI hernias non adgnoſcit. Hydrocele ab aſcite, paracenteſi: inſtrumentum tradit, ſuper quod ſcrotum aperuit. Ob anaſarcam ſcarificatio funeſta. Hydroceles ſpecies variæ. Dartos in hydrocele præcraſſa. In *præfatione* CL. WAGNER dicit pro hernialis ſacci non inciſi repoſitione. HALLER. V. *pag.* 115.

SAMUEL SCHAARSCHMIDT in *mediciniſchen und chirurgiſchen* &c. T. I. Herniæ incarceratæ feliciter ſectæ duo exempla. In T. III. De hydrocele a contuſione, ſanata reſecta tunica vaginali, quæ ſcirrhoſa erat. Inteſtinum in hernia incarcerata læſum, bono tamen eventu. Sic hydrocele cum cancroſo teſte. In T. IV. Hydrocele cum ſarcocele conjuncta, exciſo vitiato teſticulo ſanata. Hernia incarcerata inciſione ſanata, omentum ligatum. Feliciter ob herniam incarceratam caſtratus æger, etſi inteſtinum gangrænam ſenſerat. Alias inteſtinum ileon per valvulam BAUHINI propendebat: id inteſtinum apertum, ſanatum, manente ano artificiali. HALLER. V. *pag.* 115.

GEORGE de la FAYE in *cours d'operations* &c. docet, ut optime nteſtini ſtrangulatio ſolvatur, quæ fit ab annulo abdominali. Ad herniam umbi-

umbilicalem opus eſſe ſcuto continente. Tela ad inteſtina continenda: Herniæ ventralis curatio, cujus alias ſaccus adeſt, alias nequaquam. Hernialem ſaccum ſæpe ſolam ſtrangulationis cauſam eſſe. Laceratum omentum abſque ligatura repoſitum. Exemplum tubi de inteſtino decedentis, & quaſi exfoliationis. Inſignis curatio FRANCISCI GIGOT; inteſtinum nempe gangræna corruptum, reſecta parte mortua, unico utrinque filo trajecto ad meſenterium firmavit, quod feliciter eſt reconciliatum. Hydrocelen (PARISIIS) ægre ſola inciſione curari. Caſtratio, ut adminiſtretur in vitiato teſte. HALLER. V. *pag.* 308.

CAJETANUS TACCONI. V. *pag.* 116.

JOH. FREKE. V. *pag.* 698.

SAMUEL SHARP in *treatiſe on the operations* &c. fuſe agit de hydrocele, ſæpe funeſta: excidit ipſe, & vulnus dilatat. Hydrops ipſius teſtis. In hernia inguinali cauſtica medicamenta nonnunquam bene ſuccedere, crudelem tamen eſſe medicationem, etſi poſt eam curationem tamen inteſtina elabantur, idque cum maximo periculo fiat. Inteſtinum perforatum ſanari vidit. Saccum hernialem integrum non reponit, cum fœtidam aquam præſtet emittere, & gangrænæ ſi fuerit aliqua. Omenti partem corruptam reſecat, vulnus per cutem conſuit. Inteſtinum adnatum ſæpe caſtrationem requirere. In hernia femorali inciſio extrorſum dirigenda, ut arteria femoralis vitetur, epigaſtricam enim timere non eſt neceſſe. In hernia ad foramen ovale adminiſtrationem nunquam voto reſpondiſſe.

Id. in *crit. inqu.* &c. agit iterum de hernia. Sæpe omentum cum inteſtinis, & teſte in eodem ſacco reperit, ſeptumque inter vaginam vaſorum ſpermaticorum, & teſtis vaginam ruptum. Suturam regiam laudat. Ad reponendum inteſtinum neque perforari vult inteſtinum, neque frigidam inponi; ſed neque integrum ſaccum ſuadet reponere: & eum unica, ſed parva inciſione aperit. Annulum incidit, cultro curvo, cujus mucro obtuſus ſit. Arteriam epigaſtricam non facile lædi. Omentum gangrænoſum non ligatum reſecat. Inteſtinum ſuit punctis repetitis. In hernia umbilicali nupera ſæpe nullum ſaccum reperiri, qui ſenſim ſubnaſcatur; eum, ut reponat, incidit a ſiniſtris: vidiſſe ſe in ea hernia peritonæum multis locis ruptum. Parvum malum poſſe ligando ſanari: idem ab operatione raro feliciter curari. Omentum fere gangrænoſum eſſe. Saccum debere in circuli ſpeciem ipſa cum cute excidi. Inteſtinum gangrænoſum poſſe reſecari. Hydroceles duas tantum ſpecies admittit, ſuperficiei propiorem & profundam, neque ſeparat hydrocelen ſolius funiculi. Sarcocele duplex, funiculi, hæc minus periculoſa; & teſtis, facile in gangrænam abitura. Teſtem eo in caſu amputare vetat, dum malum exiguum eſt, laudat in magno & confirmato malo. In ea exſtirpatione ſcroti partem ovatam excidit. Vaſa ſpermatica abſque periculo convulſionis ligari. Tumorem epididymidis exſtirpationem non requirere,

teſtis

teſtis utique; prius id malum eſſe cirſocelen Celsi, in qua teſtis nihil patiatur. Cancer autem & ſcirrhus teſtis amputationem requirunt. Scirrhus indolens diu toleratur, neque nimis facile teſtem debere reſecari, cum ab ipſa ſectione facile in gangrænam abeat. Mors a funiculo ſpermatico longe ſuper annulum tumente. In herniæ femoralis curatione arteriam epigaſtricam non poſſe vulnerari. Saccum hernialem repoſitis viſceribus, quæ elapſa fuerant, ſolere extra abdomen manere, & vaginali tunicæ adhærere. Saccus ſtrictus dilatandus. Omentum non neceſſe eſt ligare, neque ex eo ſanguinis metuenda jactura; quod nimium id reſecandum. Inteſtini pars gangrænoſa reſecanda, ſana labiis vulneris aut alteri inteſtini parti adſui. Frigida etiam inteſtina nonnunquam convaleſcere. Adhæſiones digitis fere ſolvuntur. Saccum integrum reponi non probat. Sutura poteſt pro pila eſſe. Peritonæum rumpi poſſe, ut inteſtinum & omentum ſint in vaginali tunica. Satis probat ſuturam regiam. Maximas hernias diuturno decubitu fuiſſe ſanatas, dum ſaccus ad vaginalem tunicam non adhæſerit. Non probat frigidæ in ſtrangulatione uſum. Herniam veſicæ bis vidit cum bubonocele conjunctam. Haller. V. *pag.* 309.

J. Andreas Deisch. V. *obſt. art.*

J. Wilhelm Jutting. Ejus *de vera herniarum inteſtinalium cauſa, & ſpeciatim de curatione herniarum ſcrotalium.* Berlin 1740. 4. Haller.

In *ſelectorum Med. Francofurtenſium Vol.* III. agitur de hernia umbilicali congenita. Haller.

Gottwald Schuster in *mediciniſchem Journal* &c. T. I. refert de cirſocele ſubita curata per fotus vinoſos. Haller. V. *pag.* 119.

Percival Pott, celebris noſtri ævi chirurgus. Ejus *treatiſe on the ruptures.* London 1756. 4. Nuperam Chirurgiam laudat, quæ minus ſit ſæva. Inter infantes tenerrimos ſolos fere pueros herniis infeſtari. Saccum hernialem eſſe peritonæum deorſum, ad digitalis modum depulſum. Neque reponitur facile ſaccus, neque rumpitur. In hernia ſubinde colon & cæcum & vermiforme inteſtinulum continetur. Porro in infantibus nondum anniculis magna mala ex hernia naſci; eſſe tamen ubi ea ætate incarcerata ſit, & in gangrænam abierit. Cauſa mali anguſtia eſt annuli, hujus iterum cauſa margo tendinis muſculi oblique deſcendentis. Solum inteſtinum elapſum gravius nocet; ſi omentum una exciderit, omnia mitiora ſunt. Facilius hernia ſanatur in infante, in adulto difficilius, in ſene nunquam. Vetuſtus ſaccus inferne lateſcit, anguſtus ad annulum, qua ſede in puero apta preſſio ne poſſis annulum claudere. Inteſtinum & omentum per nimium aditum in ſaccum elabi poteſt, quare bracherium nunquam licet deponere. Venæ ſectione valida inteſtini repoſitio poteſt adjuvari, poſtquam continuo oportet vinculum admovere. Suſpenſorium vinculum adjuvat concretionem elapſa-

elapſarum partium, & periculum auget. Hernias ſecari abſque magno periculo, neque fere majori, quam reponantur: ſupra digitum optime annulum aperiri. Saccum utiliter pene totum reſecari, niſi qua vaſa tegit ſpermatica. Non deſperandum de ſolvendo inteſtino, quod cum ſacco conferbuerit. Gangrænoſum inteſtinum ad ſuperiorem ſui partem adſui poteſt, aut portio corrupta inteſtini reſecari, uterque inteſtini finis ad vulneris oram adſui. Gangrænam corticis Peruviani uſus arcet: malum tamen ſemper inſigne eſt. Non probat injectum ſacco vinculum, ſi vel leve adfuerit inflammationis ſignum. Herniam cruralem in fœminis frequentius reperiri. Tendinem obliqui majoris parce debere incidi, venæ epigaſtricæ parci. Integrum ſaccum reponi non probat. Periculo plenam eſſe curationem, quæ uſtione aut roſione fit. Sic & punctum aureum rejicit & caſtrationem. In hernia umbilicali ventriculi pars aut hepatis elabi viſa eſt, & in vetuſto malo ſaccus fere ruptus reperitur. Vinculum perpetuum coercere debet, ne nimium cieat periculum. Non poſſe incidi. Operationem raro felicem ſucceſſum conſequi. Herniam ventralem nunquam ſe vidiſſe: elapſum vero per annulum ovarium feliciter reſecuiſſe NOURSIUM.

Ejus *account of a particular Kind of rupture frequently attendet upon newborn childern and ſometimes met with in adults.* LONDON 1757. 8. Herniam deſcribit congenitam, qualem celeberrimus HALLERUS dudum jam dixit; ita fieri, ut teſtis in eodem cum inteſtino ſacco reperiatur, quod malum alii rupto imputaverint peritonæo. Id in adultis vidit hominibus, ut aut in ſcroto, aut in inguine, aut in abdomine teſtis eſſet, in ſacco vero ſemper contineatur. HALLER.

Ejus *practical remarks on the hydrocele or watry rupture and other diſeaſes of the teſticles* LONDON 1762. 8. *Von dem Waſſerbruche* &c. vertente J. C. TODE, HAFNIÆ 1770. 8. (Tam opus ipſum, quam verſio magnopere laudatur a criticis (q)). De tumore aquoſo totius utrinque ſcroti. De tumore vaginalis teſtis tunicæ, qui uno in latere reperiatur. Iterum de hernia congenita. Alius tumor ſcroti anaſarcodes, diverſus ab hydrocele. Aquam emitti poſſe, ſed parvis vulnuſculis; magnorum malum fere eſſe eventum. Alia hydrocele in vaginali tunica funiculi, quando teſtis abſque malo eſt, aut quando in ea quidem vaginali tunica, cæterum in propria veſica aqua congeritur; & de caſu in quo utrumque malum conjungitur: ejusmodi veſicas noſter totas aperit. Herniæ pro ventoſis habitæ ſunt aquoſæ *originales.* Denique hydrocele in vagina ipſius teſtis, quam oporteat anterius aperire, & inferius, ſcalpello potius, quam lapide infernali, ſed amplo vulnere. De hæmatocele, cujus mali multa hic exempla narrantur, & de eo definitur, quando inciſionem requirat. Eſt ubi teſtem oportuerit amputare.

(q) In *deutſcher allg. Bibl.* 14. *Band* 2. *St.* pag. 520.

putare. Cirſocele & ſarcocele, in qua teſtem aufert, ut tamen neque hoc crudele auxilium ſufficiat, ſi malum vetuſtum fuerit. Non poſſe vaſa ſpermatica ligari. Cicutam nihil poſſe. Verum ſcirrhum aut cancrum non poſſe absque extirpatione teſtis ſanari.

Ejus *account of a method of obtaining a perfect cure of the hydrocele by means of a ſeton.* LONDON 1771. 8. Acus triquetra. Tubulus argenteus adaptatus in tubum trocarti. Specillum mucrone triquetro, cum oculo, cujus ope ſetaceum trajicit, acu triquetra perforat, trajicit tubulum in vaginalem tunicam per acus triquetræ cavum. Per ſecundum tubulum trajicit ſpecillum. Vaginalem perforat, ſic ſetaceum trajicit. Ita HALLER.

Ejus porro *chirurgical obſervations relative to the cataract* &c. *the different kinds of ruptures, and the mortification of the toes of the feet.* LONDON 1775. 8. V. *tumor.*

TH. WILHELM. HENSING. Ejus diſp. *de peritonæo.* GIESS. 1742. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis anatomicis.* Aliqua habet ad hernias. Immanis hernia, in qua colon. HALLER.

PAUL. JACOB. MALOUIN & NAT. MARIA de GAVIGLAND *E. herniæ inguinali cum adhæſione ſubligaculum nocet.* PARIS 1742. 4. HALLER.

PETR. ROUSSIN de MONTABOURG & C. FRANC. BOUTIGNY *E. in herniis inteſtinalibus, etiam cognita inteſtini prolapſi læſione, operatio celebranda.* PARIS 1742. 4. HALLER.

J. JACOB. RITTER. V. *pag.* 124.

GOTTFRIED WILHELM MÜLLER. V. *pag.* 124.

J. CONRAD. TRUMPF. V. *pag.* 125.

PETRUS TABARRANI in *memorie ſopra la Fiſica* &c. tradit etiam herniæ cruralis hiſtoriam.

Ejus *lettre.* LUCCA 1764. 4. de hydrocele &c. HALLER. V. *pag.* 344.

DALE INGRAM. V. *pag.* 125.

JULIANUS OFRAI. V. *pag.* 126.

THOMAS SCHWENKE. V. *pag.* 126.

GUILIELM. HUNTER. V. *pag.* 127.

JOACHIM. FRID. HENKEL. V. *pag.* 128. & 309.

J. HENR. WELTI. Ejus diſp. *de hernia crurali.* ARGENT. 1744. 4. Exemplum. Ita HALLER.

H. W. TAUBE in *Phil. Tranſ. n.* 475. de hernia umbilicali enormi & funeſta. HALLER.

PHILIP. ADOLPH. BOEHMER. Ejus *de herniis incarceratis.* HALÆ 1761. 4. V. *prolapſ. uteri.*

OLAUS

Olaus Acrell. V. *pag.* 131.

Matthias Georg. Pfann, Profeſſor Erlangenſis. Ejus diſp. *de enteroofcheocele antiqua, reſtitutione ſacci hernioſi feliciter peracta, absque bracherio & ſectione curata.* Erlang. 1748. 4. recuſa in Halleri *ſelectis.* Per ſolum diuturnum decubitum hernia ſenſim reducta, ut vix quidquam ejus reliqui eſſet. Haller.

Christian. Fridr. Eschenbach. V. *pag.* 133.

Antonius Louis. V. *pag.* 133.

Joseph Sue. V. *pag.* 686.

Beatus Ignatius la Chausse'e. Ejus diſp. *de hernia ventrali.* Argentor. 1746. 4. recuſa in Halleri *ſelectis.* Cura felix in gravi caſu. Haller.

Andreas Levret. V. *obſt. art.*

Henr. Frider. Delius. V. *pag.* 137.

Herman Schützer. V. *pag.* 138.

Georgius Arnauld, chirurgus Gallus, celebris Rolandi Pauli filius. Patris nullum exſtat opus, ſed ejus inventa paſſim apud Garengeotum & in Clerici *chirurgie complete* reperiuntur. Filius vero peculiari cura herniarum curationem coluit, atque de his plura ſcripſit. Ob triſtes aliquas cauſas, natamque ex arte obſtetricia calumniam, in Anglia vixit, (& obiit Londini 1774. 20. Febr.)

Ejus *diſſertations on hernias or ruptures in two parts translated from the original manuſcript* London 1748. 8. Gallice Paris 1749. 12. 2. vol. In præfatione propriæ vitæ hiſtoriam tradit, & monet ſe ampliſſima collectanea de herniis ex Mazarinianæ bibliothecæ ſcriptis poſſidere. In P. I. docet, ut quisque, qui herniam patitur, ſe ipſum curare & a periculo ſervare queat. In P. II. herniarum diverſa genera exponit. Ut Benevolus, ita noſter multum humori tribuit abdominali. Ut reponatur ramex, decumbendum. Strangulationis initia frigida impugnat: ſi ſero ad id auxilium veniatur, medicamenta emollientia adhibet, deinde ſi aliquot intra horas malum ſe non remiſerit, ipſam inciſionem, ante eam vero ſpirituoſa fomenta, quæ gangrænæ reſiſtant. Bracheria parat, quorum laminæ partim ferreæ ſunt, & partim chalybeæ. A cauterio mortes. Epirotas herniotomos peritonæum incidere, inteſtinum retrahere, ſaccum ligare, ſuturam injicere. Hernia ventriculi in apertura triangulari pro vaſis patente (intervallo, ut putat celeberr. Haller, carnium diaphragmatis). Hominum partem octavam hernias pati. Hernia ſeminalis. Cirſocele diuturna: ad id malum commendat conjugium. Nulla datur pneumatocele. Eſſe ubi ſolo ſitu diuturno herniæ ſanentur. In primis principiis gelidam convenire, non vero ſerius, tunc mollientia debere imponi. Bracheria elaſtica chalybea non bona eſſe; ſed omnia omnino longo uſu laxari. Prolapſum etiam uteri tangit, & ani, & hydrocelen. In Part. III.

de herniis agit adnatis, quæ fere pro incurabilibus habentur. Signa dilucida dat, ex quibus inteſtina aut inter ſe connata adgnoſcas, aut cum ſacco, aut ſaccum cum cute cohærentem. Cohæſiones ſolvit ſtricta vitæ ratione, aptis pulvinis, hydrargyro. A ſtrangulatione adhæſionem diſtinguit; inteſtina digito, aut ſpathula, ſcalpello in cylindrum terminato a ſacco ſolvit. Gangrænam ſæpe felix ſuperavit, aliquando 84. pollices inteſtini ſiderati reſecuit, ægrotum ſanavit, ut fiſtula in latere pateret. P. IV. agit de ſtrangulatione, etiam a peritonæo facta, parum nota, quod vel ſolum, vel cum annulo inteſtinum poſſit comprimere. Ut inteſtinum ex hernia ſub muſculos poſſit aberrare: ut etiam in eo caſu ſaccum aperuerit, inteſtina ſolverit. Poſt gangrænam longa particula membranarum intimarum de inteſtino deceſſit. Utilis & practicus labor.

Ejus *memoires de Chirurgie* LONDON 1768. 4. 2. vol. Ampla collectio. De hernia primum congenita, de qua HUNTERI libellum hic vertit & notas addidit. De herniis adnotationes. Nudum fuiſſe teſtem, cum ſaccus quaſi evanuiſſet (herniam nempe congenitam vidit). Interiiſſe ex ſanguinis jactura hominem, cui imperitus chirurgus cum ſacco vaſa ſeminalia reſecuiſſet; alium nihilo prudentiorem chirurgum veſicam elapſam amputaſſe. Teſtem in inguine reſidem ſummo cum cruciatu ſtrangulatum vidit, neque rarum eſt, ejusmodi teſtem pro hernia haberi: & bracherio eliſum, finem feciſſe virilitatis. In T. II. fere de herniis agitur. Fuſe de omento in herniam elapſo, convoluto, & cum ſe ipſo connaſcente, aut in funiculum abeunte. Dureſcit etiam, & mire tumet omentum, ut octo libræ & ultra ex omphalocele potuerint auferri. Epiplocele ſectione non curatur, & cum ſummo periculo cultro tentatur. Omentum difficulter a ſacco ſolvitur, ad quem adhæſit. Annulum ſcarificare & ſanare noſter non putat in medici eſſe poteſtate. Enormes epiplocele, aliquando tamen ab auctore ſanatæ, & omentum ſolutum, quod adhæſerat. Pulvino & preſſione repoſita hernia. Cancroſa hernia felici eventu reſecta. Omentum elapſum & inflammari poteſt, & in funeſtam ſuppurationem tranſire. Subita & rudi preſſione ſublata hydrocele. Raro, aliquando tamen utrinque omentum elabitur, ſiniſtrorſum cæterum fere vergit, & eo in latere frequentior epiplocele eſt. Strangulatum inteſtinum a fibris tendineis obliqui majoris muſculi, quæ in os pubis producuntur; aut ab omento in funiculum mutato. Omentum tamen in herniæ inciſione ligare præſtat, ſubinde tamen dolores ab eo vinculo & convulſiones ſupervenerunt. Absque ligatura repoſitum corruptum eſt, cum funeſto abſceſſu. Ad finem operis deſcribit noſter ſellam chirurgicam; & novum uteri ſpeculum; aliqua addit de crurali hernia, in qua ſecanda facile arteriæ læduntur. Valde metuit vulnera vaſorum ſpermaticorum; epigaſtricæ etiam arteriæ violationem. Staphylotomus, quo polypum de recto inteſtino excidit. De exploratione chirurgorum Pariſinorum, quæ ſit ſeveriſſima. Ita HALLER.

J. FR.

J. FR. le CHAT de la SOURDIERE (WINSLOWI gener), & J. JAC. MESSENCE *E. chirurgicæ herniarum curationi muſculorum ſterno-maſtoideorum tenſio nocet.* PARIS 1748. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis.*

Le BLANC, chirurgus & lithotomus. Ejus *nouvelle methode d'operer les hernies.* PARIS 1768. 8. Scopus eſt in hernia incarcerata dilatationem ſuadere, rejicere inciſionem. Digito ſolo feliciter uſus eſt, & inteſtina etiam gangrænoſa reduxit, anſa trans meſenterium ducta, cujus filum propendebat: in crurali tamen hernia digitus operi non ſufficit. Forcipem ergo invenit, quæ clauſa in annulum datur, tunc elaſtro aperitur. Neque carptum linteum in vulnere fert, neque turundam. Inteſtinum una cum ſacco reducit, tantumne æger nimis ſupinus decumbat. Id eſſe in dilatatione commodi, quod bracherio non egeas, cum inteſtinum facile elabatur, ſi annulum diviſeris. In annulo vetuſto & duro forcipe eſt opus MARETI adnotatio, qui omentum quaſi laqueo inteſtinum vidit ſtrangulaſſe.

Ejus *refutation de quelques reflexions ſur l'operation de la hernie.* Ibid... Contra cenſuram ANTONII LOUIS, cui objicit, eum de ſymptomatibus ſcripſiſſe operationis, quæ facta ſit in cadavere.

Idem in *Journal de Medecine* T. XXXV. de ſuis herniarum curationibus agit. Eſſe tamen ubi hernia curata rediit. HALLER. V. *pag.* 311.

JANUS REGHELLINI in *oſſervazioni* &c. de hydrocele ictu curata. HALLER. V. *pag.* 139.

PETRUS KIRSCHBAUM. Ejus diſp. *de hernia ventriculi.* ARGENT. 1749. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis.*

J. FRIDER. CORVIN. Ejus diſp. *de hernia cerebri.* ARGENTOR. 1749. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis.* Bona diſputatio. HALLER.

ANTONIUS de HAEN. V. *pag.* 140.

Idem porro in *prælectionum* &c. pag. 252. fuſe agit de herniis veris & ſpuriis. V. *pag.* 656.

HUGO RAVATON in *traité des playes* &c. de hernia inteſtini per foraminulum oſſis pubis exeuntis & ſtrangulati. Simile exemplum in diaphragmate. Annulum abdominis melius ſuper digitum incidi. HALLER. V. *vulnera.*

FRANC. NICOL. MARQUET, medicus civitatis NANCI. Ejus *obſervations ſur la guériſon de pluſieurs maladies notables aigues & chroniques.* PARIS 1750. 12. Intercedunt etiam chirurgicæ curationes. Hernia umbilicalis in ulcus incurabile abiens. Hernia gangrænoſa rupta anus ſecundarius. HALLER.

CHRISTOPHORUS HENRICUS PAPEN, HALLERI olim amicus. Ejus *epiſtola ad* HALLERUM *data ſiſtens herniam dorſalem nunquam deſcriptam.* GÖTTING. 1750. 4. recuſa in HALLERI *ſelectis.* Germanice in *Hamb. Magaz.* T. VI. Suecice in *Suecicis Tranſact.* a. 1751. Gallice in BEAUMONTIÆ *Magazin.* Inteſtina de pelvi per inciſuram iſchiatico-ſacram exierant, ut ſaccus hernialis de imo dorſo penderet. Inauditum morbum inciſione cadaveris noſter detexit. Ita HALLER.

JOHANNES MONNIKHOF, chirurgus. Ejus *ontleed heel en werktuygkondige ſaamen ſtellig ter ontdekking van de bezondere plaatzen, oorzaaken, kenteeken, bevallen en genezingen van de ſcheurſels of breuken.* AMSTERDAM 1750. 8. Negat hernias per foramen ovale locum habere poſſe. Ex patris, chirurgi, experientia ſatis accurate partes ipſas deſcribit, tum eas, quæ elabuntur, modumque quo reponantur, & repoſitæ ſerventur. Fotus frigidos rejicit, neque permittit aliquid de inteſtino extrahere, præter id, quod elapſum eſt; digitis vero maſſam hernialem jubet ſubigere. Non debere ſaccum hernialem vel integrum reponi, vel ligari. Bracheria omnia rejicit, melius promittit, quod nunquam aberret: ferrea elaſtica præfert. Herniæ ad ipſa genua deſcendentes. Herniam a rupto peritonæo factam vidit. HALLER.

JOSEPH. WARNER in *caſes in Surgery* &c. herniam cerebri occipitalem vidit; monet chirurgos, ne excidiſſe velint. Poſt inciſum umbilicum hydropici hernia umbilicalis, quam cum *operari* vellet, noſtro infeliciter res cecidit. HALLER. V. *pag.* 142.

RAIMOND de VERMALE in *obſervations de Chirurgie* &c. de hernia incarcerata gangrænoſa curata. HALLER. V. *pag.* 329.

GEORGIUS HEUERMAN in *vornehmſten chirurgiſchen Operationen* &c. fuſe agit de herniis ventralibus. Supinum hernioſum in dorſum miniſtri ponit, ut hernia reducatur. Herniam umbilicalem ſanavit, cum inteſtinum corruptum eſſet. Sutura herniam non retinuit. Non timet adhæſiones. Exemplum herniæ per foramen ovale. Hernia ventriculi repoſita, tum inteſtinalis. Inteſtinum a meſenterio ſtrangulatum. In vetuſta hernia peritonæum etiam rumpitur. Spiritum vini cum ſapone frigide herniis imponere jubet. Die etiam octavo hernia repoſita. Hernia repoſita, ſed funeſta, cum oſſiculum acutum pollicare ſe repoſitioni opponeret. Tumor poſt vomitum mobilis, & demum preſſione curatus. Hernia inteſtinorum in vaginam elapſorum. Ter vidit ventriculum incarceratum. Incarceratum inteſtinum a meſenterio obtorto. Funiculum ſpermaticum non ligat, quod nervi cum periculo ligentur, neque ſeparari poſſint, arterias ligare non ſit neceſſe.

Idem in *vermiſchte Bemerkungen* &c. de hernia crurali ſuppurata, cum lumbricus inteſtinum perforaſſet, eventu funeſto. HALLER. V. *pag.* 310.

J. Go-

J. Godofredus Brendel, Halleri olim collega, celebris clinicus, doctusque vir. Ejus progr. *de herniarum natalibus.* Götting. 1751. 4. recuſ. in *opuſculis.* Ibid. 1769. 4. ut ab hernia viſcerum abdominis ſitus perturbetur. Facere ad hernias meſenterii debilitatem.

Non videtur ejusdem Cl. Viri eſſe *tetras obſervationum chirurgicarum* ab Ernesto Gottl. Schmidt a. 1751. 4. defenſa. Hernia incarcerata facile repoſita, tum alias cum inteſtinum gangrænoſum eſſet, quod ſponte ſeceſſit. Haller.

J. Jacobus Ludovicus Hoin. Ejus *eſſai ſur différentes hernies* Paris 1768. 8. cum le Blanc ejusdem argumenti opere. Multas rariores hernias deſcribit: inteſtina veſicam inter & rectum inteſtinum delapſa, veſicæ hernias; inteſtina per vaginam elapſa; ejusdem generis herniam veſicæ ſanatam, & inteſtina in uterum prolapſum cadentia. Hernias ventrales; umbilicalem congenitam, ventriculares. Apparatus pro ægrotis, quibus inteſtinum de latere patet. Magna portio inteſtini absque noxa amiſſa, & cæcum inteſtinum per anum pendens, & inverſum per vulnus exiens inteſtinum. Le Catii curatio, qui hernias cum inteſtino ſtrangulato & corrupto ſcarificatione curat. Haller. V. *ocul. morb.*

J. Franc. Couthier & Sim. Ant. Bringaud auctoris *E. infauſtus bubonoceles eventus ab operatione procraſtinata.* Paris. 1752. 4. Haller.

Gerard. de Wind. Ejus diſp. *de hydrocele.* Leid. 1752. 4. Haller.

Gaillard, chirurgus, in *Hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* a. 1752. refert de hernia cæci inteſtini, per veram peritonæi rupturam elapſi, pleni oſſiculis & nucleis. Haller.

Delaisse in *recueil des obſervations* &c. in hernia gangrænoſa, cum inteſtinum apertum eſſet, fotus ſpirituoſus profuit, & alias digeſtivorum uſus. Herniam poſt fæcum vomitum nudato inteſtino repoſuit. Haller. V. *pag.* 145.

Gerardus ten Haaf in *Hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* a. 1765. retulit de ſarcocele, quam cum teſticulo extirpavit, in quo oſſicula reperit.

Idem in *verhandel. von de Hol. Maatſchappy* T. VIII. P. I. de hernia umbilicali, quam in vetula 80. annorum celeriter manu curavit. Haller. V. *obſt. art.*

Cæsar Verdier, chirurgus, & inciſor. In *Mem. de l'Acad. R. de Chir.* T. II. Paris 1753. 4. exſtat ejus bonæ notæ diſſertatio de herniis veſicæ urinariæ, cum numeroſis ejus calamitatis exemplis. Eſt ubi per abdominis annulos in ſcroti viam veſica elapſa eſt, eſt ubi in prolapſam vaginam.

Ven-

Ventriculum, lienem, partem hepatis in thorace noſter reperit. HALLER.

TOUSSAINT BORDENAVE. Ejus & JUSSEAUME diſp. de *hydrocele per injectionem curanda.* PARIS 1771. 4. Vinum jubet injicere. HALLER. V. *ocul. morb.*

PETRUS CAMPER in *Verhand. der Holl. Maatſch.* T. VI. P. I. & II. agit de hernia congenita, eorumque ſimilia docet, quæ ipſe HALLERUS vidit. V. *pag.* 541.

PAULUS de WIND in *Verh. der Maatſchappy* &c. retulit de gravibus nonnullis herniæ caſibus, de crurali hernia ex exigua parte inteſtini incarcerata atque gangrænoſa. HALLER. V. *obſt. art.*

SAMUEL LEE, chirurgus noſodochii Greenwicenſis. Ejus *proper reply to the ſergeant ſurgeons defence in their conduit at Chelſea hoſpital.* LOND. 1754. 8. Arcanum ad hernias curandas auxilium noſter poſſidet: eo in noſodochio militari Chelſeenſi uſus, chirurgum RANBY minus faventem expertus eſt, qui in LEEUM cum inquiſitum eſſet, obtinuit ut noſter abdicaretur. Ergo ſe tuitus eſt in *true narration of ſome proceedings in the management of Chelſea hoſpital as far as relates to the dimiſſion of ſ.* LEE. Reſponderunt primarii chirurgi CÆSAR HAWKINS & J. RANBY in l. *true account of all the tranſactions before the right honourable the Lords and other commiſſioners of Chelſea hoſpital.* Iterum reſpondet LEE ſatis acriter, ut tamen ſuum arcanum velet. Non improbabile videri, adſtringentem fotum id omne præſtare in abdominali annulo confirmando, quod a faſcia ſperatur. Teſtimonia profert ſuæ felicitatis. Cum CHESELDENIUS contra noſtrum ſententiam tuliſſet, id totum judicium conatur infirmare: negat unquam legitimam in inquirendo curam adverſarios ſuos adhibuiſſe, negat militum ſtatum ſollicite ſcrutatos eſſe, novum ad examen provocat. Suorum ſucceſſuum teſtimonia citat. RANBYUM pro hernia morbum curaſſe, quem noſter dignoverit hydrocelen eſſe, & ad ſanitatem perduxerit.

Ejus *memorial to the King.* Ibid. 1771. 8. oſtendit ſuas curationes felicem habere exitum. HALLER.

FRID. HERMAN. LUD. MUZELL. V. *pag.* 146.

J BAPT. THURANT & HENR. MICH. MISSA E. *herniosis ex ſcroto eburneo coriaceoque cingulo ſubligacula* PARIS 1754. 4. & in HALLERI *ſelectis.* Hernias in univerſum humorum colluviei imputat. Ante quintum annum ſubligacula non vult geri; deinde fuſe ejusmodi deſcribit, quæ omni herniæ apta ſint. Alia etiam vincula ad uteri aut vaginæ prolapſum proponit.

Idem in *Journal de Medecine* T. II. retulit de maxima hernia abdominis cum curvata ſpina dorſi conjuncta. HALLER.

LUDOV. GOTTFRIED. KLEIN. V. *pag.* 147.

Idem

Idem porro in *interprete clinico* tit. de hernia. V. *pag.* 283.

J. FRIDR. MEKEL. Ejus tract. *de morbo hernioſo congenito ſingulari, & complicato feliciter curato.* BERLIN 1772. 8. Germanice ibid. eodem anno. Archiatri ZIMMERMANNI herniam congenitam deſcribit, quam SCHMUKERUS cultro feliciter curavit. HALLER. V. *pag.* 496.

BENJAMIN GOOCH. V. *pag.* 149.

JOSEPH. LIEUTAUD in *précis de la Medecine* &c. in nova & aucta editione agit de herniis: dilatationem annuli probat, & ſacci ſuper ſpecillum ſulcatum fiſſionem. Inverſa veſica per fœminæ urethram dependit. Hernia ſpuria ab indurato adipe. In pneumatocele raro perforationem requiri. HALLER. V. *pag.* 151.

JOHAN. DOUGLAS, Britannus, chirurgus, qui in BARBADO inſula vixit, inde in patriam rediit. (celeberrimus HALLER diverſum putat eſſe a JOHANNE DOUGLAS dicto *pag.* 519.) Ejus L. *de hydrocele.* LONDIN. 1755. 8. BACKERI chirurgi noſocomii D. THOMÆ artificia laudat, quibus hydrocelen curat, tum humanitatem in communicandis ſuis adnotationibus. Multa legit, veterumque potiſſimum ſcripta. Anaſarca ſcroti: gelatinoſam vidit in filis celluloſæ telæ intertextam. Subito etiam orta hydrocele, ex rupta hydatide. Hæc ſpecies fotui cedit & ſcarifatis cruribus. Inde anaſarca funiculi ſpermatici, in qua teſtis liber eſt; malum parum notum, in quo cutem & celluloſam telam per totam longitudinem oportet findere. Tertia ſp. in cyſtide tunicæ vaginalis continetur; rotundus tumor, in quo aquæ undas percipias; non neceſſario cum duro teſte conjungitur, & ſiniſtrum fere latus tenet, a WISEMANNO dicta. Melius lanceola quam triquetra acu aperitur, & facile quidem. Ut abſque recidivæ metu curetur, oportet totam cyſtidem deſtruere, quod vix niſi in nupero malo fieri poteſt, neque fere niſi totam cyſtidem findas, quod optime fit ſerie fragmentorum lapidis infernalis impoſita. In vetuſtiori malo neceſſe eſt ovatam particulam cutis excindere, tunc totam cyſtidem ſolvere a celluloſa tela & eximere. Gangrænam ut avertas, bonumque pus excites, cortice Peruviano eſt utendum. Exemplum ubi idem cortex in profundo ulcere pedis feliciter adhibitus fuit. Neque tendines dolere, neque dubium eſſe, novum ſubnaſciturum velamentum, quod teſtem nudatum operiat. Alius humor aquoſus ſedet in cyſtide funiculi ſpermatici, & eamdem curationem accipit. Denique vera hydrocele teſtis ſupereſt a FABRICIO ab AQUAPENDENTE deſcripta, rarum malum: ſed etiam in hernia vera aqua poteſt colligi. Saccum hernialem etiam cum bracherio vix obturari, quin aditus aliquis patulus ſuperſit. Morborum & curationum exempla. De aquoſis fœminarum herniis, in labiis pudendi, in plica inguinis, utrinque aut in celluloſa tela, aut in cyſtide. Si in vulvæ labiis plurima aqua collecta fuerit, poterit gangræna ſupervenire,

venire, niſi ſcarifices. Sub finem POTTIUS jubet cyſtidem totam dividere, abſque exciſione ovatæ particulæ cutis.

Huc etiam pertinet *Remarks upon* DOUGLAS's *treatiſe on the hydrocele* LOND. 1758. 8. Auctor eſt OBADIACH JUSTAUMONT chirurgus, qui nomen tamen ſuum in eo demum ſcripto aperit, quod mox ſubjungetur. Multa minuta carpit in anatome, in ſignis hydroceles. Omnes cellulas vaginalis tunicæ communicare. Non poſſe hydrocelen tanquam cyſticum tumorem curari, & cum periculo ejusmodi cyſtidem excidi.

Reſpondit JOHANNES DOUGLAS in libello *an anſwer to the remarks on a treatiſe upon the hydrocele.* Ibid. 1758. 8. Pluſculos chirurgos citat, qui feliciter ſecundum ſua præcepta hydrocelen curaverint.

Cum interim DOUGLASIUS de vita deceſſiſſet, reſpondit JUSTAUMONT & ſcripſit, *Defence of the remarks on Douglas's treatiſe of the hydrocele.* Ibid. 1758. 8. Anatomica quædam excutit: nocuiſſe tamen adminiſtrationem DOUGLASIANAM, ex ipſa relatione confirmat. HALLER.

PETRUS DEJEAN. Ejus *regles & obſervations importantes pour les perſonnes attaquées des hernies, avec une diſſ. ſur les bottines pour les enfans.* PARIS 1755. 8.

Ejus *obſervations touchant les hernies ou deſcentes.* Ibid. 1762. 8. HALLER.

C. G. LUDWIG in *adverſariis* &c. in eadem fœmina hernia inguinalis & cruralis. HALLER. V. *pag.* 151.

HENRICUS NEPOMUCENUS de CRANTZ in *Eph. Nat. Cur. N. Vol.* I. *obſ.* 63. abdomine ab anthrace eroſo nata hernia. HALLER. V. *obſt. art.*

MARIGUES. V. *pag.* 152.

FAVWEL. V. *pag.* 153.

ROUSSELET. V. *pag.* 154.

PIPELET. V. *pag.* 154.

L. STENHUYS. V. *pag.* 155.

ERNEST GOTTLOB BOSE. Ejus *de enterocele iſchiadica.* LIPS. 1772. Inteſtinum ileon relaxatum prolapſum ani ſimulans, rectum inteſtinum arctatum. HALLER. V. *obſt. art.*

SAMUEL AURIVILLIUS. Ejus diſp. *de herniis ſpuriis.* UPSAL 1765. 4. HALLER. V. *medicam. chir.*

THOMAS LEVINGSTON. V. *pag.* 156.

TRECOURT. V. *pag.* 156.

MARTIN. V. *pag.* 157.

HENRY. V. *pag.* 160.

LAU-

Laurency. V. *pag.* 160.

Majault. V. *pag.* 160.

G. Daignan *maladies traductes de* Baglivi. Paris 1757. 12. Hernias Turonibus familiares eſſe. Haller.

Georg. Frid. Richertz *obſſ. viſcerum abdominalium labis brevis epicriſis.* Leid. 1757. 4. recuſ. in Halleri *ſelectis practicis.* Herniæ tria involucra, quorum medium a muſculis abdominalibus obliquis externis erat: a peritonæo nata magna verſus abdomen plica. Vix poſſe ſaccum hernialem ligari, quia vaſa ſeminalia ſtrangulantur: arteria cæterum ſpermatica in ejus herniæ curatione chirurgica facile vitatur, non perinde facile funiculus ſpermaticus ſeparatur. Haller.

Petrus Wolfzen. Ejus diſp. *de bubonocele.* Leid. 1757. 4. Haller.

Sabatier. Ejus & T. Coste *theſes anatomico-chirurgicæ.* Paris 1757. 4. In repoſitione herniæ caput humili debere loco poni. Frequenter ab ipſo ſacco herniali inteſtinum ſtrangulari; quare periculoſe integrum ſaccum reponi, adnatum inteſtinum relinquendum, ut tamen ſcalpello annulus laxetur.

Ejus & J. B. Ferrand diſp. *de encephalocele ſ. hernia cerebri.* Ibid. 1763. 4. Haller. V. *prolapſ. uteri.*

Car. Wilh. Sachs. V. *pag.* 162.

Ambrosius Bertrandi. V. *pag.* 162.

La Peyre. V. *pag.* 163.

Guillerme. V. *pag.* 164.

Baratte. V. *pag.* 164.

Tardieu. V. *pag.* 164.

Henrion. V. *pag.* 164.

Hieronym. David. Gaubius. V. *pag.* 165.

J. Georg. Thamm. V. *pag.* 166.

J. Franc. Paris & Steph. du Haume *E. inteſtinis integre diſſectis ano artificiali alia eſt anteponenda methodus.* Paris 1758. 4. Haller.

Duclos. V. *pag.* 168.

Louis, chirurgus. V. *pag.* 168.

Campardon. V. *pag.* 168.

Le Chandelier. V. *pag.* 169.

Icart. V. *pag.* 169.

Petrus Ferdinand. Dapples. Ejus diſp. *de cyſtocele.* Monspel. 1759. 4. Haller.

Lud. Franc. Busnel & J. Claudius Mertrud *de hydrocele.* Paris 1759. 4. Haller.

